UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

urn:nbn:de:hbz:466:1-66032

Visual Library

Th. 5178

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
LATINE REDDITA
ET NOTIS ILLUSTRATA
A
R. P. BRUNONE PARODE
ORD. S. BEN. IN MONASTERIO ETTALENSI
PROFESSO p. t. SUBPRIORE.

TOMUS IV.

AB ANNO 361. USQUE AD ANNUM 395.

Collegii Paderani Societ. Jesu 1762.



Cum Approbatione & Consensu Superiorum.

AUGUST. VIND. & OENIPONTI
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRÆFATIO.

E Prelo exiit, Lector Benevole! Historiæ Ecclesiasticæ, quam vertere aggressus sum, Pars quarta. Hæc Ecclesiæ Doctrinam, & Christianorum vitam, in Sæculo IV. ab Anno 361. usque ad Annum 395. tibi ob oculos ponet. Leges, quam provide mirabiliterque Deus Optimus Maximus Ecclesiam suam ab insidiis versutissimi Apostatæ, qui solus inter Romanorum Imperatores a Fide Catholica semel suscepta perfide defe-

Julianus Apostata.

cit, liberavit. Profecto nisi Cœlum avertisset malum, Julianus Religioni Christianæ plus illudendo & contemnendo quam Antecessores eius persequendo nociturus erat.

Concilium Constantinopolitanum.

In eodem hoc Tomo referuntur Acta Concilii Universalis Constantinopolitani, atque illud Episcoporum Orientalium Decretum celeberrimum, quod tunc quidem Episcopis Constantinopolitanis primum solummodo Honoris locum post Episcopum Romanum concessit, at posteriore tempore iisdem Episcopis amplissimam in alios Jurisdictionem usurpandi ansam præbuit, Decretum Romanæ Sedi nunquam probatum, atque subsequentibus quibusdam Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopis Ambitionis Materia, & irritamentum.

Theodosius Magnus.

Occurret quoque Imperator Theodosius, rerum gestarum Gloriæ Magnus, Beneficiis in Ecclesiam JEsu Christi collatis

latis Maximus, illius Veritatis Hiſtoricæ & Teſtis & Exemplum, nullos Feliciores Potentioresve inveniri Principes quam qui Eccleſiæ Romanæ Fautores, Benefici & fortiſſimi Defenſores extitiſſent.

Præterea in hoc Tomo legere erit multorum SS. Patrum Vitam, Sanctitatem, Doctrinam, Theologiam, Mores, Libros & exantlatos pro Fide Catholica Labores; fuit enim Sæculum IV. Sanctis æque ac præſtantiſſimis Eccleſiæ Doctoribus fertiliſſimum. In eo S. Baſilius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Ambroſius, S. Auguſtinus, S. Hieronymus, S. Cyrillus, S. Epiphanius, S. Chryſoſtomus, S. Martinus floruere. Inde in iſta Hiſtoriæ Periodo Lectoribus Theologiæ poſitivæ amantibus latiſſimus & jucundiſſimus campus aperitur. SS. Patres.

Interim Interpres noſter Germanus Catholicos & SS. Patres cavillari &

Interpretis Protestantis improbitas.

spernere eorumque Doctrinam Lectoribus suis perverse exponere non desinit. Si ipsum audias, Veteres Christiani nihil, quod in Sacra Scriptura non inveniretur, docebant, at hodie in Ecclesia Romana multa traduntur, quibus S. Scriptura refragatur. Putidum Mendacium! Rursus: anile illud & stupidum impudenter ingerit, Catholicos cum Idololatris loqui & credere. Si ipsi fidem habemus, S. Augustinus nec bonus Dialecticus nec bonus Theologus fuit, nam in sua Annotatione ad illum locum, ubi S. Augustinus cum Fortunato Manichæo disputavit, dicere ausus est homo Theologica Disciplina nequidem leviter tinctus, Manichæum causam malam melius quam S. Augustinus bonam defendisse, quod iste magis Rhetorica, quam Logica valeret. Lib. XIX. §. XL. Vah hominis insolentiam! Dum vero Interpres noster omnium SS. Patrum Laudibus aliquid detrahit, nullum non

Hære-

Hæreticorum genus Neſtorium, Eutychem, turpem Vigilantium atque etiam abominandos Manichæos vel defendit vel excuſat, ita ut iſti Homini, qui Lutheri vel Calvini Doctrinam ex omnis generis erroribus pridem ab Eccleſia Catholica damnatis conflatam ſectatur, jure merito illud Poetæ occini poſſit: *Et Documenta damus, qua ſimus Origine nati.* Ovid. Metam. Verum enim vero plurimum intereſt hujus Hominis Proteſtantis deprimere Auctoritatem SS. Patrum, quos in omnibus Sæculis ſibi Adverſarios & Catholicæ Veritatis Teſtes irrefragabiles experitur.

Melior Conditio Diſputantis Catholici.

Ceterum hujus Proteſtantis Annotationes refutans ſæpius obſervavi, viri Catholici adverſus Acatholicum diſputantis (ſi ad alicujus Gentilis nullis in unam Partem præjudiciis occupati arbitrium provocarent) Conditionem & Cauſam ipſius Rei Natura eſſe me-

liorem, eoquod Interpres noſter, dum Veritatem Religionis Catholicæ impugnat, plerumque talia affirmet, quæ Catholici a ſe doceri vel credi negant; econtra quæ Catholicus contra Proteſtantem affert, ejusmodi ſunt, quæ ipſe ab Eccleſia ſua doceri & credi confitetur. Hinc ſufficit Catholico ſi probaverit, aliquem Doctrinæ Lutheranæ Articulum eſſe falſum, at Proteſtanti noſtro contra Catholicum duo, & quidem ipſi impoſſibilia, probanda ſunt, primum quod Romano-Catholici id credant, & doceant, quod ipſe a Catholicis doceri comminiſcitur, & alterum, quod Doctrinæ Catholicæ Articulus quem ipſe impugnat, ſi hunc in Eccleſia Romana doceri Catholicus fateatur, Sacræ Scripturæ non ſit conſentaneus. Ejusmodi vero, ſi Doctrinam de Præſentia Corporis Chriſti in Evchariſtia excipiamus, Interpres Noſter pauciſſima adducit.

Per-

Perſtringamus breviter aliqua, quæ Interpres iſte Catholicis objicere ſolet. *Traditio in Senſu Papiſtarum eſt Doctrina, quæ Sacræ Scripturæ repugnat.* Quid hic reſpondet Catholicus? nempe ſimpliciter negat, dicitque, hanc inſimulationem eſſe falſam & in cerebro objicientis natam Tum citat Sacræ Scripturæ loca, quibus ſinguli Catholicorum Articuli Fidei nituntur. Traditio.

Rurſus: *Papiſtæ Romanum Episcopum faciunt infallibilem, & Jurisdictionem tribuunt aliorum Epiſcoporum Poteſtate majorem.* Obſervavi, hunc Interpretem, quotiescunque de Infallibilitate Romani Epiſcopi loquitur, vel ſtupide neſcire vel mala fide diſſimulare, in quo Senſu tota Eccleſia Catholica Papæ Infallibilitatem tribuat. Ideoque hæc objectio in ore ipſius vel eſt turpis ignorantiæ partus, vel mendacium. Quod per- Infallibilitas SS. Pontificis.

tinet ad alterum membrum; Romano Pontifici competere Jurisdictionem in totam Ecclesiam, facile probo ex multis aliis JEsu Christi verbis & præsertim ex illis: Luc. XXII. 32. *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua. Et tu aliquando conversus confirma Fratres tuos.* Cum enim hæc Verba solum de confirmandis cœteris Apostolis a JEsu Christo ipso missis & a Spiritu Sancto sensibiliter illustratis accipi non possint, ad S. Petrum & Successores ejus dicta fuisse credi debent, nisi quis putet, hæc JEsu Christi verba esse inania, & congruo sensu carere.

De Merito.

Iterum objicit Protestans noster; Doctrinam Catholicorum de Merito esse JEsu Christo contumeliosam. Id quoque negando diluitur, donec ipse probaverit. Nos vero JEsu Christi Verbis sensum litteralem, & proprium inesse credimus, dum dicit: Matth. V.

Quo-

Quoniam Merces vestra copiosa est in Cœlis.

Præterea: *Catholici Cultu Idololatriæ Crucem & suos Sanctos colunt.* Quid ad hoc Catholicus respondeat, nisi nego, mentiris? Idololatria.

Tandem: *Catholici superstitiose credunt, se per miracula non a JEsu Christo, sed a Sanctis aut etiam a virtute e Sanctorum vestibus exeunte juvari.* Id dicit Interpres in sua Parte quinta p. 188. Hoc iterum negando solvitur, nam æque ac priora falsum est; sed Catholici Prodigia & Beneficia soli Deo, licet quandoque ad intercessionem Sanctorum, tribuunt. Simili fundamento scilicet nullo nituntur reliqua, quæ Interpres contra Doctrinam Catholicam scripsit, nam non objicit plerumque ea, quæ Ecclesia Romana docet, sed quæ non docet. Superstitio.

Econtra autem, quæ Catholici de Protestantium Doctrina affirmant, ea ipsis

Sacramenta.

ipsis Protestantibus fatentibus ab illis docentur. Afferamus hujus rei Exempla. Dicimus, Acatholicos quinque Sacramenta, efficaciſſime Salutis nostræ auxilia, a JEsu Christo instituta, rejicere. Hoc ipsi non negant, nos vero Singula non posse rejici ex Sacra Scriptura probamus.

Caput Visibile.

Dico, Interpretem nostrum in Ecclesia existere, quæ visibile Caput non habet. Hoc ipse non negat, & tamen demonstrare non potest, Ecclesiam Visibile Caput non habentem esse illam, quam JEsus Christus fundavit, deest enim Fidei Unitas. Nam si quæro ab ipso, quo Signo, quo Argumento aut Indicio illam Unitatem JEsu Christi Ecclesiæ adeo necessariam Protestans in sua Ecclesia inveniri probet, nullum aliud affert quam S. Scripturam & Separationem ab Ecclesia Romana; illud nimirum argumentum, quod omnibus retro Hæreticis ab Origine fundatæ Ecclesiæ commune fuit.

Dico,

Dico, ipsum nulla merita humana admittere. Hoc ipse non negat. Verumtamen si S. Paulum objiciam loquentem de: *Corona Justitiæ, quam reddet mihi Justus Judex.* II. ad Tim. IV. non habet, quod respondeat, nisi inania. Meritum.

Dico, ipsius Ecclesiam Potestatem Clavium in Sensu Romanæ Ecclesiæ, & Indulgentias, rejeciisse. Hoc etiam non negat. Si autem quæram, quomodo JEsu Christi Verba Matth. XVI. *Et tibi dabo claves Regni Cælorum. Et quodcunque ligaveris super terram erit ligatum & in Cœlis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in Cœlis;* accipienda sint, hæc ipse in aliquo sensu rationi consentaneo explicari nequit. Potestas Clavium.

Dico in ipsius Ecclesia rejecta fuisse Bona Opera & Vota Voluntaria. Hoc iterum non negat; verumtamen negare non potest, JEsum Christum in Bona opera.

Evan-

Evangelio Bona Opera ſuaſiſſe, & Votorum uſum in vera Eccleſia ſemper viguiſſe.

Itaque, quæ ego objicio Interpreti noſtro, ipſo fatente in ipſius Eccleſia docentur, quæ ipſe nobis Catholicis oggerit, falſa ſunt & commentitia. Pauca autem, quæ objicit, & revera in Eccleſia Romana docentur, facile probo tam ex Sacra Scriptura quam Teſtimonio Romanæ Eccleſiæ. Ipſe ad ea probanda, quæ affirmat, nusquam alicujus Eccleſiæ Auctoritatem adducit; & quidem prudenter ſilet, nam cujus Eccleſiæ teſtimonio ſe tueretur, niſi forte talis, quam alicubi terrarum ante Lutheri tempora extitiſſe, nec ipſe Interpres nec quisquam alius unquam poſſet demonſtrare.

Habe tibi & iſtam Hiſtoriæ Partem,
Amice Lector! & Vale!

CON-

CONSPECTUS
TOMI QUARTI.
LIBER XV.

§. 1. *Vicissitudines in aula sub Juliano.* Pag. 1
§. 2. *Philosophi acciti.* 4
§. 3. *Idololatria reducitur.* 7
§. 4. *Exules revocantur.* 10
§. 5. *Persecutio occulta.* 13
§. 6. *Christiani docere, aut discere prohibentur.* 16
§. 7. *Julianus vult Christianos imitari.* 22
§. 8. *Confessio Cæsarii.* 29
§. 9. *Confessio militum Christianorum.* 32
§. 10. *Martyres sub Juliano.* 36
§. 11. *S. Basilius Presbyter Ancyranus &c.* 39
§. 12. *Martyres in Cappadocia.* 42
§. 13. *Eusebius Episcopus Cæsariensis in Cappadocia.* 43
§. 14. *SS. Gregorius Nazianzenus, & Basilius Presbyteri.* 47
§. 15. *Julianus Antiochiæ.* 50
§. 16. *Sacrificuli Filius convertitur.* 52
§. 17. *Martyres in Syria.* 54
§. 18. *Martyres Gazenses.* 58
§. 19. *S. Hilarion persecutionem patitur.* 63
§. 20. *Persecutio universalis.* 65
§. 21. *Epistola Juliani ad Bostrenses.* 70
§. 22. *Martyres Antiocheni.* 72

§. 23.

§. 23. *Greorgius Alexandrinus trucidatur.* 74
§. 24. *Juliani Epistolæ.* 77
§. 25. *S. Athanasii Reditus.* 79
§. 26. *Concilium Alexandrinum.* 81
§. 27. *Doctrina de Trinitate, & Incarnatione.* 86
§. 28. *Epistola ad Ecclesiam Antiochenam.* 91
§. 29. *Ordinatio Paulini. Schisma Luciferi.* 93
§. 30. *S. Eusebii Vercellensis, & S. Hilarii Labores.* 97
§. 31. *Martyres in Italia, & in Gallia.* 99
§. 32. *Quædam a Donatistis in Africa vi injusta peracta.* 101
§. 33. *Confessio S. Apollonii in Ægypto.* 103
§. 34. *S. Athanasius expulsus.* 105
§. 35. *Macedonianorum initium.* 110
§. 36. *Juliani Superstitiones.* 113
§. 37. *Translatio S. Babylæ.* 116
§. 38. *Templum Daphnes consumitur.* 119
§. 39. *Alii Martyres Antiocheni.* 122
§. 40. *Comitis Juliani Exitus.* 126
§. 41. *Imperatorem Antiocheni oderunt.* 127
§. 42. *Misopogon.* 131
§. 43. *Miracula in Templo Jerosolymitano.* 135
§. 44. *Julianus in Persas movet.* 139
§. 45. *Juliani Scripta contra Religionem Christianam.* 144
§. 46. *Alia Juliani Scripta, & Philosophia.* 151
§. 47. *Juliani Cædes.* 155
§. 48. *Revelationes de Morte Juliani.* 161
§. 49. *Jovianus Imperator.* 163
§. 50. *Juliani Exequiæ.* 166
§. 51. *S. Gregorii Nazianzeni Sermo in Julianum.* 167
§. 52. *Jovianus Pacem Ecclesiæ reddit.* 175
§. 53. *Epistola S. Athanasii ad Jovianum.* 176
§. 54. *Libellus Semi-Arianorum.* 179
§. 55. *Concilium Antiochenum.* 181
§. 56. *Ariani inter se divisi.* 184
§. 57. *Arianorum contra S. Athanasium machinatio.* ibid.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 58. *S. Athanasius in Thebaide. S. Pacomius.* 188
§. 59. *Monasterium Sororis S. Pacomii.* 193
§. 60. *Miracula S. Pacomii.* 195

LIBER XVI.

§. 1. *Joviani obitus. Valentianus, & Valens Imperatores.* 201
§. 2. *Colloquia S. Hilarii cum Auxentio.* 205
§. 3. *S. Hilarii Scripta contra Auxentium.* 208
§. 4. *Concilium Lampsacenum.* 215
§. 5. *Procopii Seditio, & Fata.* 217
§. 6. *Valens Arianorum Patronus.* 219
§. 7. *Legatio Orientalium ad Occidentales.* 221
§. 8. *Liberii obitus. Damasus Papa. Schisma Ursini.* 224
§. 9. *Concilium Tyanæum.* 229
§. 10. *Initia Persecutionis sub Valente.* 234
§. 11. *S. Hilarionis peregrinatio, & obitus.* 239
§. 12. *Concilium Laodicenum.* 246
§. 13. *Persecutio restauratur.* 253
§. 14. *S. Basilius Valenti resistit.* 257
§. 15. *Mors S. Emmeliæ, S. Cæsarii, & S. Gorgoniæ.* 263
§. 16. *Monachi Nazianzeni cum Episcopo reconciliantur.* 266
§. 17. *S. Basilius eligitur Episcopus Cæsariensis.* 270
§. 18. *S. Basilii vita in Episcopatu.* 274
§. 19. *S. Basilius unire Catholicos adlaborat.* 276
§. 20. *Concilia Romæ, & in Illyrico.* 280
§. 21. *Epistola S. Athanasii ad Africanos.* 285
§. 22. *Epistola ad Epictetum.* 286
§. 23. *Aliæ S. Athanasii Epistolæ.* 290
§. 24. *S. Basilii Discretionem calumniantur.* 294
§. 25 *Concilium Antiochenum.* 298
§. 26. *Persecutio Antiochiæ* 301
§. 27. *S. Aphraates.* 303
§. 28. *S. Julianus Sabbas.* 306
§. 29. *Magorum Cædes.* 310

§. 30. *Ordinatio S. Martini.* 315
§. 31. *S. Martini pro Fide labores.* 318
§. 32. *Perſecutio in Syria.* 322
§. 33. *Perſecutio Edeſſena.* 325
§. 34. *S. Athanaſii obitus. Petrus ejus Succeſſor.* 330
§. 35. *Perſecutio in Ægypto.* 334
§. 36. *Perſecutio in Monachos.* 338
§. 37. *Duo Macarii.* 341
§. 38. *S. Moyſes Epiſcopus Saracenorum.* 345
§. 39 *Res Eccleſiæ Romanæ.* 347
§. 40. *S. Optatus contra Donatiſtas calamum ſtringit.* 351
§. 41. *Leges Valentiniani.* 361
§. 42. *Martyres inter Gothos.* 363
§. 43. *S. Sabas.* 365
§. 44. *S. Sabæ Reliquiæ.* 369
§. 45. *S. Baſilii, & Euſtathii Sebaſteni amicitia.* 371
§. 46. *Euſtathius S. Baſilio adverſatur.* 376
§. 47. *S. Baſilius coram Modeſto.* 381
§. 48. *Valens in Eccleſia S. Baſilii.* 384
§. 49. *Deus S. Baſilium tuetur.* 387
§. 50. *S. Gregorius Ordinatus Epiſcopus Saſimenſis.* 391
§. 51. *S. Gregorius Eccleſiæ Nazianzenæ cum Patre præeſt.* 396
§. 52. *S. Gregorii Patris obitus.* 399

LIBER XVII.

§. 1. *S. Baſilii Epiſtola ad Occidentales.* 403
§. 2. *Evagrius Antiochiæ.* 406
§. 3. *S. Hieronymi initia.* 408
§. 4. *Ruffinus, & S. Melania.* 412
§. 5. *Didymus cæcus.* 415
§. 6. *Rurſus Ruffinus, & Melania.* 417
§. 7. *Monachi in Syria.* 420
§. 8. *S. Ephrem.* 422
§. 9. *Monachi S. Baſilii.* 428

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 10. *Cura ordinationum.* 430
§. 11. *Clericorum S. Basilii integritas.* 436
§. 12. *S. Amphilochus Episcopus Iconiensis.* 439
§. 13. *S. Basilii Liber de Spiritu Sancto.* 442
§. 14. *Epistolæ Canonicæ ad S. Amphilochum.* 449
§. 15. *Canones de Matrimonio.* 454
§. 16. *Alii Canones.* 460
§. 17. *Exilium S. Eusebii Samosateni.* 467
§. 18. *S. Basilii pro Ecclesiis Sollicitudo.* 470
§. 19. *S. Basilii ad propriam Defensionem Epistola.* 474
§. 20. *Epistola ad Ecclesiam Neo-Cæsariensem.* 475
§. 21. *S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis.* 479
§. 22. *Concilium Valentinum.* 485
§. 23. *Valentiniani obitus. Valentinianus Junior Imp.* 487
§. 24. *Gratiani Leges.* 490
§. 25. *Apollinaris Damnatio.* 492
§. 26. *Hæreses circa S. Virginem.* 497
§. 27. *S. Epiphanii initia.* 498
§. 28. *Disciplina Ecclesiæ.* 501
§. 29. *Quæstio. Utrum una Hypostasis, vel tres dici debeant?* 506
§. 30. *Epistola S. Basilii ad S. Epiphanium.* 513
§. 31. *S. Basilii contra Occidentales querelæ.* 515
§. 32. *Persecutio in Cappadocia sub Demosthene.* 518
§. 33. *Translatio Eupronii Colonienſis.* 522
§. 34. *Apologia S. Basilii contra Eustathium.* 524
§. 35. *Concilium Gangrense.* 530
§. 36. *Gothi in Arianam Hæresin labuntur.* 534
§. 37. *Valentis Imperatoris exitus.* 536
§. 38. *S. Ambrosii Opera.* 540
§. 39. *S. Ambrosii Charitas.* 544
§. 40. *S. Satyri Mors.* 546
§. 41. *Concilium Romanum pro S. Damaso.* 549
§. 42. *Leges Gratiani Ecclesiæ faventes.* 552
§. 43. *Theodosius Imperator.* 555
§. 44. *S. Ambrosii Labores.* 557
§. 45. *S. Meletii Reditus.* 560
§. 46. *Martyrium S. Eusebii Samosateni.* 563

§. 47. *S. Basilii, & S. Ephrem obitus.* 565
§. 48. *S. Macrinæ obitus.* 569
§. 49. *S. Gregorii Nysseni sententia de peregrinationibus.* 573
§. 50. *S. Gregorius Nazianzenus Constantinopoli.* 575
§. 51. *S. Gregorii Nazianzeni orationes.* 579
§. 52. *Discursus Theologicus.* 581
§. 53. *S. Hieronymus Constantinopoli.* 588
§. 54. *Baptismus Theodosii.* 589
§. 55. *Lex pro Ecclesia Catholica.* 590
§. 56. *Hæresis Priscillianistarum.* 593
§. 57. *Concilium Cæsar-Augustanum.* 596
§. 58. *Idacii, & Ithacii conatus.* 598
§. 59. *Ordinatio Maximi Cynici.* 601
§. 60. *Maximus ab omnibus rejectus.* 605
§. 61. *Ariani Constantinopoli ejecti.* 609
§. 62. *S. Gregorii Nazianzeni lenitas.* 613

LIBER XVIII.

§. 1. *Concilium Constantinopolitanum.* 617
§. 2. *S. Meletii obitus.* 621
§. 3. *Electio Flaviani.* 626
§. 4. *S. Gregorii Nazianzeni abitus.* 630
§. 5. *Ordinatio Nectarii.* 634
§. 6. *Symbolum Concilii Constantinopolitani.* 637
§. 7. *Canones de Hierarchia.* 640
§. 8. *Alii Canones.* 646
§. 9. *Lex Ecclesiæ favens.* 652
§. 10. *Concilium Aquilejense.* 658
§. 11. *Acta Concilii Aquilejensis.* 662
§. 12. *Æternitas Filii Dei.* 664
§. 13. *Divinitas Filii Dei.* 667
§. 14. *Æqualitas Filii Dei.* 673
§. 15. *Palladius, & Secundianus damnantur.* 677
§. 16. *Epistolæ Concilii Aquilejensis.* 680
§. 17. *Aliud Concilium in Italia.* 683
§. 18. *Concilium Constantinopolitanum Secundum.* 688

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 19. *Concilium Romanum.* 694
§. 20. *S. Hieronymus Romæ.* 696
§. 21. *S. Paula.* 699
§. 22. *Epistolæ Damasi contra Apollinarem.* 704
§. 23. *S. Ambrosii Tractatus de Incarnatione.* 707
§. 24. *Epistola S. Gregorii Nazianzeni ad Cledonium.* 710
§. 25. *Eulalius Episcopus Nazianzenus.* 717
§. 26. *Concilium Constantinopolitanum Tertium sub Theodosio.* 719
§. 27. *Leges contra Hæreticos.* 723
§. 28. *Mors Gratiani. Maximus Imperator.* 725
§. 29. *Ithacius Priscillianistas accusat.* 729
§. 30. *Priscillianus morti adjudicatur.* 731
§. 31. *Symmachi Relatio.* 734
§. 32. *S. Ambrosii Responsum.* 737
§. 33. *S. Damasi obitus. S. Siricius Papa.* 741
§. 34. *Decretales S. Siricii.* 744
§. 35. *Regulæ circa Ordinationes.* 748
§. 36. *S. Hieronymi in Palæstinam reditus.* 752
§. 37. *S. Paulæ Profectio.* 757
§. 38. *Theodosius Idololatriam persequitur.* 760
§. 39. *S. Marcellus Apamiensis.* 762
§. 40. *Rescriptum Luciferianis favens.* 765
§. 41. *Justina S. Ambrosio infesta.* 767
§. 42. *Quæ in ista Persecutione secuta sint.* 772
§. 43. *Lex Arianis favens.* 778
§. 44. *S. Ambrosii Admonitio.* 780
§. 45. *Sermo contra Auxentiam.* 783
§. 46. *Hymnorum cantus.* 791
§. 47. *Reliquiæ SS. Gervasii, & Protasii.* 792
§. 48. *S. Augustini initia.* 799
§. 49. *Augustinus Manichæus.* 801
§. 50. *Augustinus Manichæis infestus.* 803
§. 51. *Augustinus Mediolani.* 806
§. 52. *S. Augustini Conversio.* 812
§. 53. *Prima S. Augustini Opera.* 815
§. 54. *Tractatus S. Ambrosii de Mysteriis.* 820
§. 55. *S. Cyrilli Catecheses.* 824
§. 56. *S. Monicæ obitus.* 832

§. 57. *Altera S. Ambrosii ad Maximum Legatio.* 835
§. 58. *S. Martinus Maximi mensæ assidet.* 839
§. 59. *S. Martinus cum Ithacianis communicat.* 842

LIBER XIX.

§. 1. *Seditio Antiochena.* 847
§. 2. *Homiliæ S. Chrysostomi ad Populum Antiochenum.* 850
§. 3. *Judices ab Imperatore delegantur.* 854
§. 4. *Monachi Auxilium Antiochenorum.* 856
§. 5. *Flavianus Constantinopoli.* 861
§. 6. *Theodosius Antiochenis ignoscit.* 865
§. 7. *S. Chrysostomi initia.* 867
§. 8. *Vitæ Monasticæ Apologia.* 872
§. 9. *Alia S. Chrysostomi opera.* 877
§. 10. *Maximus in Italia.* 882
§. 11. *S. Gregorii Nazianzeni Exitus.* 884
§. 12. *Prophetia S. Joannis Ægyptiaci.* 888
§. 13. *Maximi Clades & Exitus.* 890
§. 14. *Synagoga in Oriente incensa.* 892
§. 15. *S. Ambrosii Constantia.* 897
§. 16. *Manichæi Romæ.* 902
§. 17. *S. Augustini Opera. Ecclesia Mores.* 904
§. 18. *Manichæorum Mores.* 909
§. 19. *Joviniani Condemnatio.* 912
§. 20. *Cædes Thessalonicensis.* 915
§. 21. *Theodosii Pœnitentia.* 918
§. 22. *Pœnitentiæ Disciplina in Occidente.* 924
§. 23. *Pœnitentiarii Officium Constantinopoli supprimitur.* 928
§. 24. *Lex ad Diaconissas & Monachos spectans.* 932
§. 25. *Hæresis Massalianorum.* 934
§. 26. *Massaliani damnantur.* 939
§. 27. *Schisma Antiochenum. Concilium Capuanum.* 941
§. 28. *Seditio a Gentilibus Alexandriæ mota.* 947

§. 29. *Templi Serapis Eversio* 952
§. 30. *Idololatriæ Ruina in Ægypto.* 957
§. 31. *Monasteria Canopi.* 961
§. 32. *Occidentis Conspectus.* 964
§. 33. *Valentiniani Exitus.* 968
§. 34. *Theodosius Bellum parat.* 972
§. 35. *Hæretici divisi.* 976
§. 36. *Hæresis Aerianorum.* 978
§. 37. *S. Augustini secessus.* 980
§. 38. *S. Augustinus Presbyter.* 984
§. 39. *Colloquium cum Fortunato. Dies prima.* 989
§. 40. *Dies altera.* 995
§. 41. *Epistola S. Augustini ad Aurelium de Conviviis* Agapes *dictis.* 999
§. 42. *S. Hieronymi Scripta adversus Jovinianum.* 1003
§. 43. *Ordinatio Pauliniani.* 1006
§. 44. *Epistola S. Epiphanii.* 1009
§. 45. *Epistola S. Hieronymi adversus Joannem.* 1013
§. 46. *Palladii Profectio.* 1019
§. 47. *Bellum Theodosii contra Eugenium.* 1022
§. 48. *S. Ambrosius Bononiæ & Florentiæ.* 1026
§. 49. *Theodosius Victor.* 1029
§. 50. *Theodosii Clementia.* 1035
§. 51. *Concilium Constantinopolitanum.* 1038
§. 52. *Epistola Canonica S. Gregorii Nysseni.* 1041
§. 33. *Donatistæ.* 1045
§. 54. *Schisma Maximiani.* 1047
§. 55. *Amicitia inter S. Augustinum, & S. Paulinum.* 1050
§. 56. *Epistola S. Hieronymi ad Paulinum.* 1053
§. 57. *S. Paulini Conversio.* 1056
§. 58. *Imperatoris Theodosii obitus.* 1060
§. 59. *Theodosii Indoles & mores.* 1062
§. 60. *Anicius Probus, & Ejus Familia.* 1066

ERRA-

ERRATA.

In Præfat. §. 1.	liberavit	*corrige:*	liberaverit.
§. 2.	geſtarum Gloriæ		Gloria.
Pag. 36.	comittebat	*corrige:*	committebat.
179.	ſubſiſterat		ſubſtiterat.
323.	Cerico		Clero.
345.	præſcripta		perſcripta.
374.	foviſſet		faviſſet.
377.	temporis		tempori.
394.	Gregorius		Gregorium.
396.	Tributi		Tributis.
398.	quosdam		quasdam.
403.	maxima		maxime.
417.	ſuosque		ſuasque.
432.	S. Baſilius		S. Baſilii.
447.	deinde de cauſa		deinde agit de Cauſa.
474.	convincerint		convicerint.
529.	anno		anni.
541.	qua		quæ.
579.	animi		animis.
601.	Hæc in cauſa		Hæc in hac cauſa.
602.	Summi		Summis.
627.	ne deerat		nec deerat.
683.	Aquilejenſis		Aquilejenſi.
716.	quadringinti		quadringenti.
738.	Proſopejæ		Proſopopejæ.
740.	prohibemus		prohibemur.
760.	vixit		fixit.
772.	ibit		ibat.
789.	mane		manu.
798.	ſauſurum		ſuaſurum.
806.	Auguſtus		Auguſtinus.
813.	putet		pudet.
853.	abſcænæ		obſcænæ.
ibid.	imprudenter		impudenter.
854.	ad Notiam		ad Notitiam.
859.	en antris		in antris.
869.	cœpit		cepit.
897.	non eſſet		non eſſe.
935.	ſubibat,		ſubibat, comedebant.
996.	punior		puniar.

HISTO-

THEODOSIº MAGNº Coram S. Ambrosio poenitens.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XV.

LIBERIUS, PAPA.
JULIANUS, IMPERATOR.

§. I.

Vicissitudines in aula sub Juliano.

Haud multo postquam Imperator Julianus Constantinopolim advenisset, per delegatos judices illorum facta, quorum sub Imperatore

Sæculum IV. A. C. 361.

Amm. Marc. L. XXII. p. 3.

Sæculum IV. A. C. 361.

ratore Constantio maxima fuerat potentia, Calcedone discuti jussit, idque tanto rigore, ut nec Juliani adulatoribus probari potuerit. Duo Consules Taurus, & Florentius inter accusatos numerabantur; Taurus, quod in Concilio Ariminensi Episcopos violenter oppressisset, facti præmium, Consularem Dignitatem reportaverat; is Vercellas in exilium missus, eo majori opprobrio, quod exilii mandatum ipsius Tauri Consulatu notaretur, atque acta in ipsius causa omnia inciperent his verbis: Tauro, & Florentio Consulibus, quoties Taurus a Præconibus ad Judices fuisset adductus. Mors illata Ursulo, Largitionum Comiti, id est, Ærarii Præfecto, maximam omnium Juliano creavit invidiam; potissimum Ursuli beneficio ad id potentiæ fastigium in Galliis ascenderat Julianus, nam Ursulus, quantascunque petiisset pecunias, a civitatum Quæstoribus ei numerari jusserat, prohibente nequicquam Constantio Imperatore, qui tantas Juliano nolebat esse opes, ut sibi militem devincire posset; hinc Julianus, quod populi perfidiam sibi exprobrantis maledicta non ferret, negare coactus est, se volente Ursulum occisum. Alios meritissimas scelerum pœnas dedisse omnes fatebantur, præsertim Spadonem Eusebium, cubiculariorum apud Constantium Præfectum,

Sup. l. XIV. §. 11.

Ariano-

Arianorum pertinaciſſimum, qui judicio damnatus, necari juſſus eſt. Sæculum IV. A. C. 361.

Multi Chriſtiani his inquiſitionibus impliciti, & illi, qui in Palatio Cæſareo aliquo Miniſterio fungebantur, expulſi, quod diceret Julianus, reſciſſis omnibus, quæ ad luxum eſſent, velle ſe, ut Philoſophum decet, vivere. Quadam die tonſorem accerſiri juſſit, qui ſibi crines præſecaret, nam barbam, ut eam haberet egregiam, radi non patiebatur; tunc, qui id ſervitii Conſtantio exhibere adſueverat, acceſſit, ut erat, pretioſis veſtibus indutus; Julianus, miratus veſtitus ſplendorem, ait: *Tonſorem vocavi, non Senatorem.* Cum deinde perquiſiviſſet, quos reditus ei hoc Miniſterium pareret, comperit, quod in dies ſingulos viginti portiones panis, totidemque pabuli pro equis ſuis, & pingue ſtipendium annuum acciperet, quibus gratuitæ accederent donationes. His auditis, Imperator omnes tonſores, coquos, aliosque ſimilis miniſterii homines ejecit, dicens, non eſſe ſibi neceſſarios, præſertim Evnuchos, cum jam non haberet uxorem. Negari omnino non poteſt, in aula Conſtantii faſtum regnaſſe intolerabilem, ſive veſtium aurearum, & holoſericarum luxum, ſive conviviorum lautitiam ſpectaveris; tonſores, & ſuffitores mille numerabantur, totidem coqui, nec tamen eorum,

Greg. Naz. or. 3. p. 75. Amm. XXII c. 4. Socr. III. 1. Liban. ora. 10. p. 292.

Jul. ad Ath. p. 504.

Sæculum IV. A. C. 362.

qui bibituris pocula propinarent, & mensis inservirent, numerum æquabant. Multos ex Cæsaris Ministerio ridens fortuna excœcaverat, atque præterea ex spoliis, Deorum templis direptis, domos suas locupletasse accusabantur.

§. II.

Philosophi acciti.

Eunap. in Max. p. 90.

Itaque Palatium Juliani Imperatoris in solitudinem migrasse videbatur, quod deinde Philosophis, Magis, Divinatoribus, & omnis generis Histrionibus implevit; primum omnium Philosophum Maximum, qui in Asia cum Chrysantho versabatur, ad se vocavit; accepta Epistola, quam ad utrumque dederat, omni, quam poterant, adhibita arte, & diligentia Deos consuluere, sed pessimi ominis erant omnia. Chrisanthus, his portentis perterritus, ad Maximum ait: *Amice charissime! ego quidem in hac orbis parte mori statuo, & si possum, me etiam in subterraneis occultare.* Respondit Maximus: *Videris mihi, Chrysanthe! ea, quæ docti sumus, oblitus esse; veri Deorum amatores non statim iis, quæ sibi occurrunt, cedunt, sed naturam divinam, ut sibi propitia sit, cogunt.* Retulit Chrysanthus: *Forte tibi ad hoc tentandum satis artis, & audaciæ supererit,*

ego

ego in hæc, quæ vidi, signa pugnare non possum. Hæc locutus, discessit. Maximus artis suæ arcanissima scrutari non destitit, donec, quod optabat, invenisset; ergo ubi itineri se dedit, in tota Asia summi honoris signis excipiebatur; populi, præeunte Magistratu, qua ipsi transeundum erat, occurrebant, mulieres quoque ejus uxori omnem reverentiam exhibebant. Cum urbem Constantinopolim intraret, Imperator coram Senatu loquebatur, at ubi per nuntium, Maximum adveniſſe, comperit, ommissa Majestate, nec, quid deceret, cogitans, in venientis occursum, multum ultra vestibulum omni virium contentione properat, amplectitur, more privatorum osculatur, &, quamvis Senator non esset, in Senatum inducit. Ambo consultando Deos diem nocti jungebant, adeoque Philosophus iste Juliani animum sibi habebat obnoxium, ut & Imperatorem, & Imperium regere videretur. Ipse prospera mutatus fortuna, mollius vestiri, quam oporteret Philosophum, cœpit, jamque adeuntibus se difficilior erat, & durior alloquentibus; omnibus, si Imperatorem exceperis, novos mores advertentibus.

Sæculum IV. A. C. 362.

Amm. XXII. c. 7. Liban. orat. 10. p. 299.

Eunap. p. 93.

Priscus, quem etiam Julianus ex Græcia advocaverat, moderatius fortunæ utebatur. Chrysanthus iterum instan-

Sæculum IV. A. C. 362.

tissime vocatus, cum Deorum voluntatem investigasset, atque signa constanter redderentur terroris plena, a proposito dimoveri non potuit, & Sardis remansit. Eum Imperator supremum in Lydia Pontificem, & uxorem ejus summam Sacerdotem esse jussit. Ipse, quamvis munus acceptaret, maximam, & propinquam in Republica mutationem, sive arte magica, sive prudentia naturali prævidens, in Sacerdotii fastigio modestiæ legibus non excessit; non Deorum templa præcipiti consilio, quod alii faciebant, reparavit, non inutili iracundia Christianos persecutus est; sed ita leniter rem egit, ut in Lydia vix essent, qui Sacrificia Deorum restitui, iterumque, quod paulo post factum, supprimi, animum adverterent. Julianus multos alios, ex studiorum consortio in Asia sibi notos, arctissimæ amicitiæ specie advocavit, quibus multis magnifice promissis animum inflabat, postquam autem adveniissent, liberalitas ejus intra verba consistebat, Condiscipulos appellabat, aliquoties mensæ adhibebat, ad eorum salutem bibebat, & tandem dimittebat vacuos. Fuere tamen non nulli Rhetores, & Sophistæ, quos ad officia, & Præfecturas admovit; horum quotidie auctoritas, & maxime spes crescebat.

Eunap. ibid. & Chrys. p. 182.

Julianus.

Inter

Inter has Philosophorum catervas ipse novus Imperator Philosophice vivebat, habitumque exteriorem, præsertim barbam gerebat. Quando eum Constantius in Cæsarem creavit, aufferri ei barbam jusserat, quia tunc Romanis mos erat barbam radere; ipse deinde Dominus factus, promissa rursus barba gaudebat. Hoc in ejus nummis cernitur; in omnibus, in quibus Cæsar nominatur, imberbis est, in plerisque, ubi titulo Augusti insignitur, longa barba prominet, qualis viri, annum ætatis trigesimum agentis, esse poterat, nam annos plures non numerabat, quando ad Imperium pervenit. Græcum se dicebat, & ambitiose Græcos imitabatur, quod essent Romanis doctiores; quidquid librorum ab ipso habemus, græce scriptum est. Tandem ex integro Hellenismum, id est, antiquorum Græcorum mores, & præcipue Religionem reduxisse se jactabat; nam tunc tam apud ipsos Gentiles, quam Christianos sub nomine Hellenistarum pagani veniebant.

Sæculum IV. A. C. 362.

Sup. l. XII. §. 1.

Misopog. 60.

Sup. l. IV. §. 7.

§. III.

Idololatria reducitur.

Quamprimum igitur Julianus rerum potitus est, nihil antiquius habuit, quam Idololatriam reducere. Deorum templa

Amm. XXII c. 5. Liban. or. 10. p. 289. 290. &c. Soz. V. c. 3.

Sæculum IV. A. C. 362. templa aperiri, diruta aut reparari, aut ex integro excitari juſſit. Iisdem magnos cenſus reſtituit; erigebantur altaria, Sacrificia, & antiquæ ceremoniæ in qualibet urbe reſtaurabantur. Ipſe Imperator victimas, & libationes offerre conſpiciebatur; omnibus profanæ Religionis Miniſtris, Sacrificulis, Hierophantibus, Myſteriorum Doctoribus, Idolorum, templorumque Cuſtodibus omnem honorem habebat; redditus aſſignavit, honores, privilegia, exemptiones ab antiquis Regibus conceſſas reſtituit. Jubebat vero, ut ſuperſtitioſam a quibusdam cibis abſtinentiam, atque externas ablutiones a Religione ſibi præſcriptas, exactiſſime obſervarent.

Greg. Naz. or. 3. p. 70. Qui in Juliana arcana penetrare credi volebant, dicebant, ipſum Baptiſmum ſuum victimarum ſanguine delere voluiſſe, atque Sacris noſtris Cæremoniis tales oppoſuiſſe, quas prioribus expiandis Pagani efficaciſſimas credebant, utque manus ſuas, quibus (*) Evchariſtiam tetigiſſet, ab ejus contactu mundaret, ani-

(*) Interpres Proteſtans, qui in Paragrapho I. verba Fleurii ineptiſſime reddidit, hic pag. ſua 151. parte III. totum textum, in quo de Evchariſtia mentio fit, omiſit. Fidelem Interpretem!

animalium immolatorum exta contre- Sæculum IV.
ctaſſe. In ſecandis animalibus erat cu- A. C. 362.
rioſiſſimus ſcrutator extorum; quadam die vidiſſe dicitur crucem coronatam, id eſt, circulo circumdatam, omnibus, qui aderant, hoc portento perterritis, Aruſpex Sacrorum Præſes, ait, circulum, quo crux cingebatur, portendere, Chriſtianos ubique terrarum captos eſſe, & incluſos. Alia die, Imperatore multas vaccas Deæ Proſerpinæ ſacrificante, exclamavit Sacerdos; rite litari non poſſe, Chriſtianorum præſentiam impedimento eſſe, petere ſe, ut loti, & uncti, nempe baptizati, abſcedere juberentur; Imperator timore concuſſus, circumſpiciens, juvenem Chriſtianum, e corporis ſui cuſtodibus unum, adeſſe cognovit; is Chriſtianum ſe nullatenus negavit, & projecto militari ſpiculo, gemmis ornato, receſſit, Imperatore, & Deorum Pontifice ſtupentibus. *Prud. Apotheos. V.* 405.

Julianus Conſtantinopoli Fortunæ effigiem in Baſilica maxima erigi juſſit, eique, tanquam illius Civitatis Protectrici ſacrificavit, unde Conſtantinus Idololatriam expulerat; ſacrificantem Maris, Epiſcopus Calcedonenſis, objurgans, publice impietatis, & apoſtaſiæ arguebat; huic Imperator nihil gravius reſpondit, quam quod cœcus eſſet (quippe Epiſcopi oculi præ ſenectute caligabant, *Socr. II. c.* 11 *Sup. L. XI.* §. 45. *Soz. V. c.* 4. *ibid. c.* 3.

Sæculum IV. A. C. 362.

& alterius manu ducebatur) & adjecit: *Deus tuus Galilæus non ſanabit te!* reſpondit Maris: *Gratias Deo meo ago, quod cæcus ſim, & te, apoſtata impie! oculis meis uſurpare non cogar!* Præteribat Julianus, nihil reponens, & moderationis laudem ambiens. Illud cubitum, quo Nili exundantis, & Ægyptum fœcundantis altitudo menſurabatur, in templum Serapis reportari juſſit, unde ablatum Conſtantinus in Eccleſiam reponi mandaverat. Julianus Serapim, Iſidem, & Anubim ſingulari honore, & affectu proſequebatur, id enim ex nummis ejus noſcitur, quibus ſæpe ſub Serapis ſpecie, calathum capite geſtantis, & ad latus ejus uxor Helena conſpicitur, Iſidis habitu. Sæpius ad civitates ſcribens, ad cultum Deorum excitabat, illisque, quæ ad Idola redibant, ſuam tutelam, &, quidquid peterent, conceſſurum ſe promittebat. Econtra urbium Chriſtianarum cives averſabatur, iter faciens, ad eos non intrabat, nec legatos, nec querelas eorum audiebat.

§. IV.

Exules revocantur.

Greg. Naz. or. 3. p. 79. Id. p. 80. & 4. p. 133.

Julianus duas maximæ molis res perficere cogitabat, inviſos ſibi intra Imperium Chriſtianos opprimere, & Perſas, externos hoſtes, debellare. Majori odio in

in Christianos flagrabat, sed cum sciret immensam eorum multitudinem, aperte aggredi non audebat. Eo Christianorum numerus excreverat, ut eos nec occulte, & per insidias infestare tuto, aut sine totius Reipublicæ evertendæ periculo licuisset. Ita hac de re loquitur S. Gregorius Nazianzenus. Cæterum Julianus populi invidiam, & Tyranni notam a se amoliri satagebat, sed mansuetus, & humanus videri cupiebat, qualem oporteret esse Philosophum, qui solam rationem sequeretur. Ergo amorem populorum sibi conciliare studebat, ea emendando, quæ Constantius injuste, & dure fecerat, revocando exules, bona, fisco adscripta, reddendo, omnibus, quam vellent, Religionem profitendi libertatem relinquendo. Tandem optime noverat, Christianos nec morte, nec tormentis terreri posse, atque Martyrii honorem eis invidebat; experientia doctus sciebat, persecutiones priorum temporum, quo fuissent atrociores, eo magis Rem Christianam promovisse. Non solum Scriptores Christiani, sed Libanius, Ethnicus, & Juliani laudator immodicus, hoc modo ejus consilia explicat.

Sæculum IV. A. C. 362.

Socr. III. c. 1

Greg. Naz. p. 72.

Liban. or. 10 p. 290.

Igitur callidius Christianos persequi statuit. Omnes Episcopos, & alios quoscunque, sub Constantio Religionis causa relegatos, nullo hæreticorum, & Catho-

Sæculum IV. A. C. 362.

Catholicorum discrimine revocat. Quosdam etiam, ad Regiam invitatos, ut quisque suam Religionem plena libertate sequeretur, hortatus est. Optima erat externa hæc species, & clementissimum Principis animum indicare videbatur; at, si Ammiano Marcellino credimus, ea mente id faciebat Julianus, ut plena diversa sentiendi licentia eo magis Christianorum animos divideret, & ipse timore liberaretur, ne innumerabilis populus vi unita in se insurgeret.

Juliani Astutia.

Facta Episcopis redeundi libertate, S. Meletius Antiochiam rediit. Lucifer, & Eusebius Vercellensis ex Thebaide itineri se dedere, ut ad suas Ecclesias reverterentur; at S. Athanasius e suis latebris egredi non est ausus, eo quod huc usque Georgius Alexandriæ dominaretur. Eadem redeundi Arianis licentia fuit. Aetius, majori quam cæteri honore, revocatus, nam propter amicitiam, quæ ei cum Gallo Cæsare, Juliani fratre, intercesserat, Constantii odium incurrerat; ad hunc Julianus Epistolam dedit humanissimam, rogans, ut ad se veniret, eique prædium prope Mitylenem in Lesbos Insula donavit. Ad Hæresiarcham quoque Photinum litteras dedit, quibus eum laudabat, quod JEsu Christi Divinitatem negaret, & in Diodorum Presbyterum

Chr. Pas. *Theod. III. c. 4.* *Soz. III. c. 3.* *Sup. l. XIII. §. 15. Philost. IX. c. 4. Jul. ep. 31. Facun. l. 4. p. 163. 164.* *Soz. III. c. 6.*

terum Antiochenum, & deinde Episco- Sæculum IV.
pum Tarsensem, furiose invehebatur. A. C. 362.
Eleusio Cyziceno gravissimæ pœnæ comminatione imperavit, ut intra duos menses Ecclesiam Novatianorum, sub Constantii Regno dirutam, excitaret. Donatistis in Africa favebat, omniumque hæreticorum non solum contra Catholicos, sed etiam contra alios hæreticos causam suscepit. *Inf.* §. 31.

§. V.

Persecutio occulta.

Nihilominus nulli alii majorem, quam Catholici ex hac Imperatoris conniventia utilitatem traxere, atque Arianorum res, prius dominantium, deprimi cœperunt. Julianus, comperto, Valentinianos Edessæ ab Arianis injuriam passos, rescripsit in hunc modum: *Apud me constitui, talem humanitatem omnibus Galilæis exhibere, ut nullatenus paterer, cuiquam eorum, aut in quocunque loco vim inferri, ad templa ad sacrificandum trahi, vel aliquo modo ob suam Religionem premi; attamen Valentiniani Edessæ, opibus suis confisi, Arianos invaserunt, quod in civitate legibus Romanis vivente tolerari non potest. Itaque ut imposterum præclaram suæ Religionis Disciplinam facilius observare queant,* *Epist.* 43. *Ecebol.*

Sæculum IV. A. C. 362.

queant, & expeditius ad Regnum Cælorum perveniant, juſſimus, ut bona omnia Eccleſiæ Edeſſenæ aufferantur, pecunia inter milites diſtribuatur; fundi poſſeſſionibus noſtris addicantur; ſic dum erunt pauperes, eo ſapientiores erunt, aberitque periculum, ne Regno Cælorum, quod ſperant, minime priventur. Hic erat ſub Juliano perſecutionis modus, qui ſimulata lenitate Evangelium deridebat. In aliis litteris dicit: *Per Deos! nolo, ut Galilæi occidantur, aut innocentes vapulent, aut quomodocunque vexentur, puto tamen, eos Deorum cultoribus poſtponendos; Galilæorum ſtultitia factum, ut pene omnes perierimus, at Deorum miſericordia ſervati ſumus.* Et in alia Epiſtola: *Eos ad aras Deorum vi pertrahi non permittimus, imo abſolute declaramus, ſi quis Chriſtianorum motu ſpontaneo noſtrarum libationum particeps eſſe cupiat, ei ante omnia ſacrificia expiantia eſſe offerenda, & Deos propitiandos; abſit enim, ut nobis in mentem veniat, hominem impium in ſanctis noſtris Sacrificiis partem habere poſſe, antequam fuſis ad Deos precibus animam ſuam purgaverit, & corpus legitimis ablutionibus præparaverit.* Has Juliani voces perpendenti, non ita mirum videri poſſit, quod media omnia ad delendum, ſi poſſibile eſſet, baptiſmi, quem

Epiſt. 7. Artab.

Epiſt. 52. Boſtr. Soz. V. c. 5.

quem acceperat, indelebile signum, studiose adhibuerit. Quamvis autem Christianorum sanguinem non funderet, aperte tamen infestabat; nam contemptim Galilæos appellabat, & lege lata ab omnibus ita appellari voluit; tum privilegia, ab Imperatoribus Christianis Religionis gratia concessa, quale erat exemptio ab oneribus publicis, quibus Clerici, etsi Decuriones essent, gaudebant, revocavit; stipendia a Constantino constituta eripuit, sicut etiam Virginibus, & Viduis, quas Ecclesia sustentabat, quippe Constantinus res Ecclesiarum disponens, iis de Civitatum redditibus, subsidia sufficientia, quibus viverent, assignaverat. Has distributiones Julianus non tantum sustulit, sed etiam acceptorum restitutionem imperavit, quæ immani rigore exigebatur; ipso autem mortuo, omnia ad pristinum statum reducta. Ecclesiis aurum, argentum, vasa pretiosa & opes plurimas eripuit, quod diceret, Christianis paupertatis evangelicæ praxin esse necessariam; & quia Evangelium præcipit, injurias pati, atque honores fugere, Christianos alium in Judicio accusare, se ipsos coram Judice defendere, aut ullo munere publico fungi vetuit.

Sæculum IV. A. C. 362.

Greg. Naz. or. 3. p. 81. Jul. Ep. II. Byzant. l. 50. cod. Theod. de Decur. l. 1. ibid. de coll. Iust. Soz. V. c. 5.

Greg. Naz. or. 3. p. 86.

ibid. p. 94.

Soz. V. c. 18.

§. VI.

Sæculum IV.
A. C. 362.

§. VI.

Prohibitio, ne Chriſtiani doceant, aut diſcant.

Amm. XXV c. 4. Non hic ſtetit Juliani invidia; prohibuit, ne Chriſtiani litteras humaniores docerent; exſtat hodieque hoc Decretum, cujus ſequentem rationem reddit; oportere, ut ii, qui docent, bonis ſint moribus, eorum opiniones Regulis, in Republica receptis, conſentaneæ ſint, nec aliter doceant, quam ſentiant; malæ fidei Doctores illos eſſe, qui antiquos Scriptores juvenibus explicarent, eosque, viros magnos, laudarent, quorum Religionem damnarent. *Homerus*, inquit: *Heſiodus, Demoſthenes, Herodotus, Thucydides, Iſocrates, & Lyſias Deos ſcientiæ ſuæ Auctores agnovere; hi Mercurio, alii Muſis ſacros ſe eſſe crediderunt; cum ergo Galilæi de Scriptorum iſtorum libris vivant, ſordidam profecto avaritiam fatentur, dum pro vili lucello conſcientiam ſuam, & Religionem produnt. Hucusque ab ingreſſu templorum abſtinendi honeſtæ excuſationes fuere, & diffuſus late terror, quæ de Diis veriſſima ſentiremus, palam confiteri prohibebat, nunc vero cum Deorum dono liberi ſimus, a ſana ratione abhorrere mihi videtur, ea docere, quæ non credimus. Si Doctores iſti Galilæi Scriptores,*

Epiſt. 42.

ptores, quos interpretantur, viros fuisse sapientes æstimant, ante omnia eorum in Deos pietatem imitentur, si eos in rebus maximi momenti errasse credunt, eant, & Matthæum, & Lucam in Galilæorum Ecclesiis interpretentur. Subdit deinde, hanc legem solummodo contra eos ferri, qui docent, & juvenibus relinqui libertatem discendi, quæ vellent; *Æquitas quidem posceret,* inquit: *ut etiam inviti, & repugnantes sanarentur, sicut cum phreneticis agere solemus, sed parco, rudes enim homines docendos esse, non puniendos existimo.* Hæc clarius nobis quamdam Juliani legem explicant, in qua dicitur, Professores præprimis moribus debere esse præstantes, & præcipitur, ut in singulis urbibus, qui docere alios cupit, prius a Senatu ad examen vocetur, tum, si dignus judicaretur, Decretum ad Imperatorem mitteretur, confirmandum. Lex ista decimo quinto Calendas Julii Mamertino, & Nevita Consulibus, id est decima septima Junii anno 362. data est.

Sæculum IV. A. C. 362.

L. 5. Cod. Theod. de Med. & Prof.

Qui Juliani mentem penitius introspiciebant, dicebant, ideo hanc legem tulisse, quia Christiani ex libris profanis, & ipsorum Ethnicorum scriptis validissima contra Idololatriam argumenta expromebant, tum quod ipsæ fabulæ vel nude narratæ a sana ratione abluderent,

Theod. III.

Sæculum IV. A. C. 362.

tum ex ratiocinationibus, quibus Plato, aliique Philoſophi uſi fuerant, ut oſtenderent, quantam perniciem eædem fabulæ hominum moribus inferrent, denique quod methodum eloquendi, & argumentandi ex Scriptoribus gentilibus Chriſtiani diſcerent. Partim etiam Julianum invidia urebat, cum quosdam Chriſtianos, quales erant S. Baſilius, S. Gregorius Nazianzenus, Apollinaris junior, & multi alii tam Catholici, quam Ariani, eſſe doctiſſimos ſciret. Hæc prohibitio ambos Apollinares ad ſcribenda varia Religioni Chriſtianæ utilia opera excitavit. Pater, qui erat Grammaticus, carmine epico ad imitationem Homeri Hiſtoriam ſacram usque ad Regem Saul viginti quatuor libris, a viginti quatuor litteris Alphabeti Græci denominatis, ſcripſit. Editis comœdiis, Menandrum imitatus eſt, in tragœdiis Euripidem, & in Odis Pindarum; themata e Sacra Scriptura aſſumpſit, uniuscujusque Poematis ſtilum, & naturam ſecutus, ut Chriſtianis in addiſcendis amœnioribus litteris Auctores profani non eſſent neceſſarii. Filius, qui erat Sophiſta, Dialogos, Platonem imitatus, compoſuit, atque Evangelia, & Apoſtolorum Doctrinam explicavit. Scripſit quoque contra Imperatorem, & Philoſophos gentiles librum, cui titulus erat: De Veritate;

Soz. V. c. 18.

Socr. III. c. 16.

Socr. V. c. 18.

Juliani Aſſutia.

tate; ubi illorum errorem de Divinitate demonstrabat, nullo SS. Scripturarum testimonio usus. Quippe Imperator, libros Sacros irridens ad Episcoporum celeberrimos scripserat tria hæc vocabula: *Anegno, egnon, categnon.* Id est: *legi, intellexi, damnavi*, in vocali verborum propinquitate ludens. Eadem allusione, quæ in alia lingua exprimi non potest, ei responsum: *legisti, sed non intellexisti, nam si intellexisses, non damnasses.* Fuere, qui hoc responsum a S. Basilio profectum fuisse, dicerent. Cum persecutio Juliani brevi tempore duraverit, duorum Apollinarium opera fuere inutilia, sed Christiani ad lectionem Auctorum profanorum reversi sunt, nempe quibus semper, quod multa utilia continerent, usi fuerant; nec etiam illa opera, excepta in Psalmos paraphrasi, nobis supersunt. Sæculum IV. A. C. 362.

Ecebolius magni nominis Sophista Constantinopoli tempori cessit, & Juliani, cujus præceptor in Rhetorica fuerat, promissis; is regnante Constantio fervide Christianus esse videbatur, sub Juliano fuit Idolorum cultor addictissimus, post ejus mortem ad Ecclesiam Christianorum redire cupiens, ante januam prostratus clamabat: *calcate me pedibus; tanquam sal infatuatum!* tanta hominis levitas fuit. At plerique Professores Christiani cathedras suas, quam Religio- *Soc. III. c. 13.* *Oros. VIII. c. 30.*

Sæculum IV. A. C. 362. nem dimittere maluerunt; hos inter Proereſius, & Victorinus numerantur; Proereſius erat celebris Sophiſta Athenienſis, qui docendi munere ultro ſe abdicavit, quamvis Julianus, qui ejus Discipulus fuerat, a lege univerſali exemptum, docere permitteret.

Eunap. in Procæreſio. p. 153. Hier. Chr. An. 363.

Victorinus, natione Afer, a multo tempore Romæ Rhetoricam docebat; inter ſuos Diſcipulos Senatorum illuſtriſſimos numeraverat, eique ob præclara merita in foro Trajani ſtatua erecta eſt; cumque in infidelitate usque ad ſenectutem permanſiſſet, tamen ad ultimum ad fidem converſus eſt; S. Scripturam legebat, & omnes Chriſtianorum libros ſtudioſe ſcrutabatur. Secreto ad amicum ſuum Chriſtianum, nomine Simplicianum dicebat: *ſcias, me jam eſſe Chriſtianum.* Simplicianus reſpondebat: *niſi te in Eccleſia videro, non credam. Victorinus irridebat,* interrogans: *an Eccleſiæ muri Chriſtianum faciunt?* Sæpe idem alter ad alterum loquebantur; nam Victorinus amicos potentes, quos inter Gentiles habebat, offendere timebat. Tandem ex lectione confirmatus, & veritus, ne JEſus Chriſtus ſe coram Angelis eſſet negaturus, ſi eum coram hominibus confiteri erubuiſſet, Simplicianum, quo tempore id minime exſpectaſſet, adivit, &, eamus ad Eccleſiam, inquit: volo Chriſtianus fieri.

Aug. VIII. Conf. c. 2. &c.

Hier. Chr. 355.

Victorinus.

ri. Lætissimus id audivit Simplicianus, & ducere cœpit; Victorinus Cæremoniis, quibus Catechumeni suscipiebantur, defunctus, haud multo post inter baptizandos nomen dedit, stupente Roma, ringentibus Idololatris. Ubi hora advenit, qua Professionem fidei emitteret; hæc Romæ in edito loco, & omnium Fidelium conspectu pronuntiari solebat, Presbyteri optionem Victorino fecere, si eam secreto mallet deponere, quod quibusdam concedebatur, ne pavore turbarentur, at ipse publice pronuntiare voluit. Cum ascenderet, symbolum recitaturus, vir omnibus notissimus, omnium præsentium susurratio audita est, in aures sibi dicentium: Victorinus! Victorinus! ut quisque gaudium suo proximo communicaret; mox profitentem audiendi desiderium imperavit silentium. Ipse constanti voce Symbolum pronuntiavit, & in singulorum animos charitatem, & lætitiam diffudit. Talis fuit Victorini conversio, nec multo post Juliani Edictum Scholæ Rhetoricæ valedicendi occasionem præbuit. Aliquos Platonicorum libros in latinum sermonem verterat, & post suam conversionem scripsit de Trinitate contra Arianos quatuor libros, quos habemus, & commentarium in S. Paulum, at parum utiles, quia fere nimis ad studium S. Scripturæ se contulerat.

Sæculum IV. A. C. 362.

Aug. ibid. c. 5. Hier. de Script. & proem. in ep. ad Gal.

Sæculum IV. A. C. 362.

Julianus non ſolum vetuit Chriſtianos litteras cultiores docere, ſed etiam diſcere, (*) nolens, ut eorum liberi Poetis, Oratoribus, & Philoſophis ſtuderent, aut eorum ſcholas, qui docebant, frequentarent; dicens, nullis aliis, quam qui antiquorum Græcorum Religionem ſequerentur, licitum eſſe debere, eorum Scientias addiſcere, imo nequidem terſo ſermone eorum linguam eloqui; Galilæos ignorantia, & Barbarie, quam eis Græci exprobrabant, contentos eſſe oportere, & absque omni rationis uſu credere.

Aug. XVIII civit. c. 82. Socr. III. c. 12. Theod. III. c. 8. Sozom. V. c. 18. Greg. Naz. or. 3. p. 51. p. 97. &c.

§. VII.

Julianus vult Chriſtianos imitari.

Sozom. V. c. 16.

Quantumvis Julianus Chriſtianos contemneret, nihilominus, quantum morum puritate, & virtutum ſplendore cœteris hominibus præſtarent, eum minime fugiebat; ergo imitari eos ſtatuit, & eorum exempla Paganis proponere, ut iſtorum vitia corrigeret; parum enim Deorum cultum tota ſua Cæſarea aucto-

(*) Ecce! Apoſtata iſte Julianus, ceteroqui vir doctiſſimus, exiſtimabat nihil magis veræ Religioni nociturum, quam ignorantiam. Et profecto, niſi Dei Providentia obſtitiſſet, citius ipſe contemnendo, quam alii Imperatores perſequendo exterminaſſet Fidem Catholicam.

auctoritate promovebat. Hac super re, scribens ad Arsacium Summum Galatiæ Pontificem, ita loquitur: *Hellenistarum Religio necdum, necdum, ut debet, augetur, & hoc culpa nostra; a Diis equidem maxima, & singularia in nos proficiscuntur beneficia, votis, & spe nostra majora, nam, absit dictis meis impietas! quis brevi abhinc tempore tantam sperare ausus fuisset mutationem? at neutiquam putemus, ea, quæ facta sunt, sufficere, sed ad ea omnia nobis attendendum, per quæ Galilæorum Atheismus tantum cepit incrementum, nempe hospitalitatem, mortuorum sepeliendorum curam, & simulatam vitæ gravitatem, hæc omnia nobis vere facienda sunt. Parum est, si tu solus talis sis, omnes Galatiæ Pontifices ad has virtutes incumbant, hos tu, ut viri probi sint, aut rationibus persuadeas, aut injecto timore cogas, nisi Diis cum uxoribus, liberis, familiaribus fideliter serviant, aut si Galilæos apud se morari patiantur, tanquam indignos, Sacerdotio prives. Doceas, Deorum Sacerdotes non decere in theatris conspici, in popinis compotare, aut ex arte vili, & pudenda quæstum facere. Dicto obtemperantes honores, inobedientes expellas.*

Sæculum IV. A. C. 362.

Jul. epist. 49.

In qualibet civitate aliqua hospitia constitue, ubi omnis humanitas non solum nostris, sed omnibus peregrinis, si modo

Sæculum IV. A. C. 362.

pauperes sint, exhibeatur. Redditus ad hanc liberalitatem necessarios assignavi; jussi singulis annis ex tota Galatia tricies mille frumenti modios, & sexagies mille vini congios pendi; volo, ut pars quinta pauperibus, qui Sacrificatoribus serviunt, detur, reliqua peregrinis, & mendicis distribuantur. Probro nostro fit, quod nemo Judæorum mendicet, & impii Galilæi præter pauperes suos, etiam nostros alant, dum a nobis miseri destituuntur. Discant a te Helleniſtæ ad hæc pia opera ex suo contribuere, & agricolæ, primitias fructuum suorum Diis offerre; discant piis Deorum cultoribus ejusmodi in pauperes liberalitate nihil antiquius fuisse. Post hæc versus tres ex Odissea affert, ubi Homerus Eumeum loquentem inducens, hominibus ante oculos ponit legem, qua peregrinos, & pauperes, utpote a Jove missos, fovere tenentur.

Julianus Apostata.

Odiss. XIV. v. 56.

Julianus deinde prosequitur in hunc modum: *raro ad Præfectos in eorum domos te conferas, sæpius scribe. Quando Præfecti urbem ingrediuntur, nullus Sacerdotum iis obviam procedat, nisi tunc, quando ad templum Deorum veniunt, sed intra vestibulum consistant; nullus militum ante Præfectos ingrediatur, qui vero voluerint, sequantur. Magistratus, ut primum limen sacrum attingit, instar privati est, tuum est, quod non ignoras, intus impera-*

re

re secundum legem Divinam, cui resistere sine temeritate non potest. Paratus sum habitatoribus civitatis Pessinontanæ subvenire, si sibi Deorum Matrem propitiam reddiderint, si ejus cultum negligant, non solum sontes erunt, sed etiam, invitus dico, faxo, ut me iratum sentiant. Sæculum IV. A. C. 362.

In alia epistola, ad quemdam Pontificem data, inquit; se ei id muneris commisisse, quod maxima ejus merita perspecta haberet, essetque idoneus, ut tam urbium incolas, quam agrestes ea, qua par est, auctoritate doceret; *ego*, inquit: *tecum ad eundem finem agam, qui Deorum gratia summi Pontificis nomen gero, quamvis eo dignus non sim, dignus tamen fieri percupio, & a Diis continuis precibus efflagito.* Tunc ei præcepta moralia suggerere incipit, dicitque, ita Pontificibus vivendum, ut semper cogitent, in Deorum præsentia se existere; corporis puritati studeant, non solum actus pudendos vitent, sed etiam verba turpia nec proferant, nec ab aliis prolata audiant. Sarcasmis, scurrilibus jocis, & impuris colloquiis abstineant; Archilochum, aut Hipponacem, aut antiquæ comœdiæ auctores non legant, id est, qui ad imitationem Aristophanis scripserant; est autem hic auctor turpitudine infamis. Soli Philosophiæ incumbant, quæ Deos auctores habet, &, ut decet, de

Frag. Jul. *p.* 545.

P. 549.

Juliani epistolæ.

Sæculum IV. A. C. 362.

Diis loquitur, qualis est Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, & Stoicorum; at lectionem Epicureorum, & Pyrrhonistarum prohibet, dicens; singulari Deorum providentia factum, ut plerique eorum libri perierint. Suadet, ut veras historias legant, omissis fabulis ad modum historiæ adornatis, præcipue, quæ de amoribus tractarent, quales nostræ sunt, vulgo Romanæ dictæ, irritandis pravis affectibus aptæ: *non omnis*, inquit: *lectio viris Deorum servitio dicatis convenit;* & jubet, ut purissimis semper occupentur cogitationibus, hymnos Deorum, præsertim, qui in templis canuntur, discant, sæpe privatim, & publice orent, ter de die, si fieri possit, aut saltem mane, & vespere. Cæremonias antiquis legibus præscriptas accurate servent. Præceptas purificationes non negligant, præsertim nocte diem præcedente, qua ad officium suum ingressuri sunt; veniant deinde ad templum, atque ibi statuto a legibus tempore, quod Romæ erat triginta dierum, permaneant. Toto illo tempore Sapientiam meditentur, omnia, quæ ad Deorum Sacra pertinent, provideant, & disponant; templo non exeant, aut in domum suam, aut in forum publicum, aut ad invisendos Magistratus se collaturi. Exactis servitii sui diebus, Sacerdos locum alteri cedit, & rursus communi aliorum

P. 550.

P. 552.
P. 553.

rum hominum more vivens, amicos ſuos adire non prohibeatur, nec in conviviis accumbere, ſi fuerit invitatus; habeat vero amicos ſelectos. Raro in foro compareat. Cum Præfecto pro iis tantum loquatur, quos ut adjuvet, muneris ſui ratio poſtulat. In templo, & dum officio ſuo fungitur, pretioſis veſtibus indutus ſit; extra templum veſtitu ſimplici, & vulgari utatur, ne, quod ſibi ad Deorum honorem conceditur, ad luxum privatum convertat. Sæculum IV. A. C. 362. P. 554.

Nullus Sacerdotum, inquit ulterius: *propius ad laſciva ſpectacula accedat, aut in domum ſuam inducat. Quam optarem ea theatris noſtris penitus eliminari, ſi poſſibile eſſet, atque pudica, qualia a primordio erant, Bacho reſtitui! cum vero hoc iſto, quo vivimus, tempore, nec expedire, nec omnino fieri poſſe ſentiam, huic pio deſiderio renuntio. Hoc autem volo, jubeo, ut Sacerdotes ſpectaculorum ſpurcitiem plebi relinquant; nullus ergo Theatrum adeat ſpectaturus, nemo cum actore, auriga, aut ſaltatore amicitiam colat. Hanc ſolummodo licentiam concedo, ut in certaminibus ſacris, ſi velint, ſpectatores adeſſe poſſint, ubi fœminis non pugnare modo, ſed nec aſpicere licet. A venationibus, quibus populi in civitatum ſuarum circis delectari ſolent, tam Sacerdotes, quam liberi eorum abſint.* Dum videmus, P. 555. Julianus.

Sæculum IV. A. C. 362.

mus, quæ hic Julianus Apostata scribat, non est obstupescendi locus, spectacula Christianis fuisse prohibita.

Julianus epistolam prosequens, de Sacerdotum electione loquitur, & vult, ut dum assumuntur, nulla ratio divitiarum, ortus, sed solius in Deum, & homines charitatis ratio habeatur. Ut iis liberalitatem persuadeat, ait: *impii Galilæi, cum vidissent, pauperum curam a Sacerdotibus nostris negligi, omne studium ad eos juvandos impenderunt, & sicut abominabiles plagiarii infantes, quos rapturi sunt, oblatis cupediis, ad se alliciunt, ita Fideles ad Atheismum suum specie charitatis, hospitii facilitate, & mensarum illecebris ad se pertraxerunt, nam plura his officiorum generibus nomina dederunt, quæ cunctis abundanter exhibent.*

P. 557.

In pluribus aliis Christianorum exemplum imitari statuerat; in singulis civitatibus scholas publicas, Ecclesiarum apud Christianos simulacra, instituere cogitabat, ubi Doctrina tam moralis, quam mystica prælegeretur, & explicaretur, ibique statutis diebus, & horis, alternantibus choris, psalleretur; certæ peccantibus pœnæ definirentur, & nemo, nisi rite præparatus, ad sacras cæremonias initiaretur. Præter Nosocomia etiam Monasteria ædificare sibi proposuerat, nempe domos solitudinis, ubi viri, Virgines-

Greg. Naz. or. 3. p. 101. &c.

Soz. V. c. 16.

ginesque sacra meditarentur, & delicta expiarent. Præcipue Christianæ Charitatis ingenium mirabatur in epistolis Ecclesiasticis, quas Episcopi peregrinantibus dabant, & quibus exhibitis, ab omnibus, ad quos deveniissent, Christianis fraterne exciperentur, & omni officiorum genere foverentur. At Juliano ad omnia hæc, bellissime excogitata, perficienda tempus defuit. Sæculum IV. A. C. 362.

§. VIII.

Confessio Cæsarii.

Interim Julianus omnem movebat lapidem, ut quoscunque posset Christianos ad Deorum cultum pertraheret, beneficia, honores, promissa, blanditias, imo non nunquam assentationem, Principe indignam, adhibebat. Inter alios Cæsarium S. Gregorii Nazianzeni fratrem adortus est, quem in aula Constantinopoli invenit, artem Medicinæ maxima omnium laude exercentem. Is Alexandriæ Medicinæ operam dederat, atque etiam Geometriæ, Astronomiæ, Philosophiæ, & Eloquentiæ; postquam Constantinopolim advenit, viri excellentia, & non vulgaris species omnium oculos, & admirationem in eum converterunt. Ut apud se domicilium figere permoverent, publicos honores, præclaras nuptias *Greg. Naz. or.* 10. *p.* 163. 164. *&c.*

&

Sæculum IV. A. C. 362.

& Senatoriam Dignitatem promiſerunt. Civitas Conſtantinopolitana miſſis ad Imperatorem Conſtantium delegatis, rogavit, ut ſibi Cæſarium, Medicum, conſtitueret, in quod libentiſſime conſenſit. Cæſarius igitur in aula vivebat liberaliter, artem ſuam ægrotantibus gratis impendens, Proceribus æque, & Imperatori charus. Non ideo tamen animum honoribus mutari, aut deliciis emolliri paſſus eſt, ſemper memor, ſe eſſe Chriſtianum; ſæpe etiam, nata occaſione, de Religione Chriſtiana differens, ſubtiliter ferventer, & pie veritatem defendebat.

Poſtquam Julianus ad Imperium per-

Id. ep. 17.

venit, Cæſarius aliquo tempore permanſit in Regia, quod non levis ſcandali cauſa fuit. Hac ſuper re S. Gregorius frater ejus ſcripſit ad fratrem in hunc modum: *Omnes tuos pudore, & dolore obruis! quam vellem, ut audire poſſes, quid propinqui, exteri, noti omnes Chriſtiani dicant de te! videre, quod Epiſcopi filius aulæ ſerviat, potentiam, & gloriam ſæcularem ſectetur, vincatur avaritia, & non potius gloriam ſuam, & divitias in eo ponat, ut fortiter occaſioni reſiſtat, & abominationes promptiſſime fugiat! quantum ſcandalum! quomodo Epiſcopi exhortari cæteros poterunt, ne tempori cedant, ne ſe Idololatriæ implicari permittant? quomodo peccatores alios reprehendent,*

hendent, si proprios suos filios corripere non audent? tanta afflictione Parens noster premitur, ut vivendi tædium subeat, nec aliud solatium suggerere potui, quam quod me vadem dederim, puram esse fidem tuam, teque nos omnes tanto mœrore liberaturum. Matri vero nostræ nemo sustinet, rem, sicut est, edicere; mille modis, ubi jam sis, mulierem celamus, nam quia pietate ardentissima esse novimus, sexus imbecillitatem calamitati ferendæ imparem fore pertimescimus. Utere hac occasione, recede ab aula, nunquam profecto opportunius id feceris!

Sæculum IV. A. C. 362.

Hæc epistola effectu non caruit, nec Cæsarius fratris sui spem fefellit. Julianus, cui Cæsarii ingenium placebat, & eruditio, nihil prætermisit, quo eum sibi devinciret; aliquando eundem captiosis sermonibus, multis præsentibus aggressus est, at Cæsarius has argutias, ut aniles fabulas refellens, alta voce edixit, se esse Christianum, & semper futurum. Exclamavit Julianus: O felicem Patrem! o infelices Filios! sciens, Gregorium, quem Athenis habuerat Condiscipulum, non minus quam Cæsarium in fide sibi esse adversarium. Sed hujus rei vindictam sumere ob bellum Persicum distulit. Cæsarius autem relicta Regia, ad Patrem suum in Cappadociam se recepit, in exi-

or. 10. *p.* 167.

lium

Sæculum IV. A. C. 362.

lium eo laudibilius, quo magis libere esset electum.

§. IX.

Confessio militum Christianorum.

Greg. Naz. or. 3. p. 83. 84.

Julianus plurimos de exercitu milites, Ducesque pervertit, quorum in Christum fidem, vel avaritia, vel ambitio, labefactavit, aut quibus voluntas Principis suprema lex erat. Veteri more traditum habebant Romani, ut non Imperatores modo, sed etiam eorum imagines adorarent, erat autem cultus tantum civilis, nec ad Religionem referebatur; ut plurimum penes Imperatorum imagines conspiciebatur effigies Victoriæ, & captivorum in bello subactorum, aut aliarum rerum ad Religionem non spectantium; at Julianus imaginibus suis Idola appingi jussit, ne iis solitus cultus sine Idololatria exhiberi posset, Jupiter visebatur e Cœlo descendens, & Juliano purpuram, atque coronam tradens, Mars quoque, & Mercurius aderant, defixis in eum oculis, quasi Cæsareæ fortitudinis, & eloquentiæ Præcones. Plerique, parum attendentes, imaginem adoraverunt; pauci, cautius pii, & melius Christianas leges edocti, hos casses evitaverunt, &, quod Cæsari debitum honorem non darent, puniti sunt. Eadem fraude multos militum decepit Julianus; mos erat, ut non nunquam,

Theod. III. c. 16.

quam casu emergente, Imperator in tri- Sæculum IV.
bunali sedens sua manu donativa distri- A. C. 362.
bueret, atque nummos aureos pro cujus- *Sozom. V.*
cunque dignitate, aut merito traderet; *c.* 17.
huic largitioni Julianus cæremoniam novam addidit; jussit penes se aram poni cum carbonibus ardentibus, & in alia mensa incensum, & voluit, ut quisque incensum igni immitteret, antequam aurum acciperet; non nulli, præmoniti, morbum fingendo insidias evaserunt, aliqui cupiditate auri, vel timore pœnæ turbati salutem neglexerunt, plurimi malam artem non suspicati, imperata fecerunt; ex his ultimis aliqui inde ad epulas se contulerunt, & antequam biberent, pro more JEsu Christi Nomen invocarunt, levatis in cœlum oculis, signum crucis super poculum formantes; hæc miratus commilitonum aliquis, ait: *quid hoc rei? JEsum Christum invocatis, postquam eum negastis? quid loqueris?* respondérunt illi, horrore semi-mortuis similes; *hæc loquor*, reposuit ille: *quia incensum igni imposuistis.* Illi capillos sibi evellere, ejulare, de mensa surgere, & in forum procurrentes, zelo urgente exclamare: *ex corde Christiani sumus, audiat hoc Deus, & totus mundus! Deo vivimus, & pro Deo mori cupimus! absit, ut te fallere voluerimus, Salvator JEsu! beatissimæ Nominis tui confessioni non renun-*

Sæculum IV. A. C. 362.

tiavimus! si erravit manus, liberum ab errore cor fuit. Imperator decepit nos; execramur impietatem, & sanguine nostro expiabimus.

Usque ad Palatium pervenerunt, ubi projecto ad pedes Imperatoris auro, quod acceperant, clamantes dicebant: *non donum nobis præbuisti, sed ad mortem æternam damnasti! jam gratiam impertire, & pro JEsu Christo nos immola! jube nos in flammas projici, jube abscindi sceleſtas manus! aurum tuum aliis da, avide accepturis.* Imperator primo motu ita excanduit, ut capite plecti omnes juberet, temeritatis pœnas daturos; ducuntur extra civitatem, sequente populo, & tantam animi fortitudinem obstupescente. In loco supplicii qui inter ipsos erat ætate maximus rogavit carnificem, ut primo omnium ætate minimum necaret, timebat enim, ne aliorum supplicio territus perverteretur; jamque juvenis ille, nomine Romanus, genua posuerat, & percussurus nudo ense stabat carnifex, cum accurrerunt ab Imperatore missi, factam vitæ gratiam proclamantes, jubentesque, ferro parci; nam Julianus postquam animum collegerat, noluit, ut Martyrii gloriam assequerentur. Miles juvenis ereptam Martyrii palmam, quam jam tenere sibi videbatur, summo dolore lugens, dicebat: *nempe Romanus Martyris*

Theod. III. c. 17.

Milites Martyres.

ris nomine indignus fuit! cæterum Imperator vitam quidem conceſſit, ad extremos tamen Imperii fines relegatos, in urbibus manere vetuit. Sæculum IV. A. C. 362.

Inter Militum Duces, quibus potior Religio, quam fortuna fuit, numerantur Imperatores, qui Juliano proxime ſucceſſerunt, nempe Jovianus, Valentinianus, & Valens. Modus, quo Valentinianus Chriſtum confeſſus eſt, ſingularis fuit. Cum Dux eſſet illius Prætorianorum cohortis, quos Jovianos dicebant, muneris ſui erat Imperatorem, quocunque iret, ſequi, & proximum lateri hærere; quadam die Julianus templum Fortunæ intrabat, ſaltans, ſtantibus ad portam utrinque templi cuſtodibus, & ramos, aqua luſtrali madentes, manu tenentibus, quibus intraturos aſpergebant; illius aquæ gutta in Valentiniani pallium incidit, quod ipſe indigne ferens, impacto pugno cuſtodem repulit, dicens, quod ſe aqua impura inquinaſſet, & pallii partem conſperſam laceravit. Imperator iram non tenuit, ſed cauſam diſſimulavit, & Valentinianum prætexens, quod cohortis ſuæ curam, quam par eſſet, non haberet, ad Præſidiarios Regionis deſertæ ablegavit, ut Confeſſoris JEſu Chriſti honore privaret; Sozomenus dicit Melitinam in Armeniam, Philoſtorgius Thebas in ſuperiorem Ægyptum fuiſſe deportatum; forte ex

Socr. III. c. 13. Auguſt. XVI. 1. Civit. c. 52. Sozom. VI. c. 6.

Theod. III. c. 16.

Sozom. VI. c. 6. Philoſt. VII. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 362.

uno loco ad aliam migrare jussus fuerit; at nec Militiæ sacramento absolutus est, nec gradu, sicut quoque frater ejus Valens, & Jovianus dejecti, quod Julianus eorum operam Reipublicæ esse utilissimam cognosceret.

Socr. IV. c. 1.

§. X.

Martyres sub Juliano.

Theod. III. c. 6.

Non obstante ficta Juliani lenitate, & industria, qua cavebat, ne Christianis Martyrii honor obveniret, aperte tamen diversis in locis persecutionem passi sunt, & multi Martyres effecti. Juliani mandata, quibus Idololatria reduci jubebatur, urbes seditionibus implevere. Pagani Deorum suorum templa reserarunt, ignem in aris suis excitabant, victimarum sanguine terra tepebat, aer adipis odore inficiebatur. Per plateas discurrentes, quasi a Dæmonibus, quos adorabant, acti, irridebant Christianos, & petulanter insultabant; quidam ex Christianis, quorum virtus patientiæ erat imperfecta, blasphemias non ferentes, injuriis reddebant injurias, & Idololatriæ turpitudinem exprobrabant; Pagani, Imperatoris Præsidio feroces, post verba adjiciebant verbera, & quidem impune, nam ista Julianus dissimulabat, atque officia tam civilia, quam militaria illis, quos Christianis sciebat infensissimos comittebat,

tebat, qui eis, quæcunque possent, mala inferebant, nisi quod aperte ad sacrificandum Diis non cogerent. Ita Julianus concessæ in rebus, Religionem tangentibus, libertatis nomine dissensionibus, & rixis totum Imperium turbabat. Sæculum IV. A. C. 362.

Historiam eorum, qui Martyrio coronari meruerunt, in vicinia urbis Constantinopolitanæ incipiamus. Dorostho ri in Thracia, id est, in Mœsia, quæ in generali Præfectura Thraciæ continetur, Æmilianus a militibus in ignem conjectus est sub Vicario Capitolino, quod Deorum altaria evertisset. Meræ, seu Myræ, Episcopali urbe Phrygiæ, Præses Provinciæ Amachius Idolorum templa aperiri jussit, spurcitias aufferri, & lavari Idola; Christiani, id factum, vehementer doluere; ex eis tres Macedonius, Theodulus, & Tatianus, quos ferventior zelus agebat, noctu in templum irruentes, Idola confregerunt; jamque Præses, iracundia ardens, quosdam civitatis incolas, in quos cadebat suspicio, ferro perempturus erat, cum facti auctores ultro se prodiderunt, non passuri, ut facinoris, a se patrati, pœnas alii subirent. His Præses vitæ gratiam offert, si sacrificare vellent, ipsis autem detestabilem conditionem respuentibus, varii generis tormentis fortissimos viros affici jussit. Tandem, toleratis aliis cruciatibus, craticulis impositi, *Theod. III. c. 7. Chron. Paschal. ann. 363. p. 297. Hier. Chron. ann. 363. Socr. III c. 15. Acta sincera. p. 649. Sozom. V. c. 2.* Martyres sub Juliano.

Sæculum IV. A. C. 362.

& corporis partem unam bene tosti, ad Amachium dicebant: *si de carne nostri corporis tosta manducare cupis, jube in alteram partem versari, ne semi-coctos nos habeas.* In his tormentis Spiritum Deo reddiderunt.

Greg. Naz. or. 4. p. 133.

Gothofr. Chron.

Theod. Am. XXII. c. 9.

Liban. pa- neg. p. 247.

Jul. ep. 21.

Greg. Naz. ibid.

Pessinunte in Galatia in Phrygiæ confinio juvenes duo Martyrium tulerunt, Juliano præsente; qui consumptis Constantinopoli octo mensibus, ineunte æstate, iter ingressus est Antiochiam, ut omnia ad expeditionem in Persas necessaria pararet. Primo Calcedonem venit, & inde Nicomediam, ubi adhucdum damna ingentia, quæ sibi ob terræ motum emerserant, necdum resarcita, deflebant, ibique indigentibus Regia liberalitate oppitulatus est. Tunc per Niceam transiens, ad fines Galatiæ pervenit, & declinans ad dexteram, secessit a via proposita, ut Pessinuntem iret, & vetus Matris Deorum templum videret, unde Idolum a Scipione Nasica Romam translatum fuerat; Julianus Sacrificiis, votisque Deam veneratus, illius templi sacerdotium mulieri contulit, nomine Callixeni, quæ jam antea Cereris Sacerdos erat, & ut Julianus ajebat, diuturna in Deos fidelitate probata. In hac igitur civitate dictos duos juvenes Christianos necari jussit; unus eorum aram Deæ prostraverat, & in conspectum Imperatoris adductus, ejus purpu-

purpuram, & vanos sermones risit; alter toto corpore dilaceratus, cum jam jam ultimum vitæ halitum traheret, crus unum illæsum tortori ostendit, increpans, quod huic corporis sui parti peperciſſet. Tandem ambo flammis, & bestiis expositi unacum Matre sua, & urbis Episcopo Martyrium consummarunt. Sæculum IV. A. C. 362.

§. XI.

S. Basilius Presbyter Ancyranus. &c.

Julianus Pessinunte regressus est Ancyram, Galatiæ Metropolim, ubi Presbyter erat, eodem quo Episcopus nomine Basilius, at fidei sinceritate longe diversus, nam, regnante Constantio, semper, & viriliter Arianis restitit, hinc Eudoxius, & alii ejusdem factionis in Concilio Constantinopolitano prohibuerunt, ne Congregationibus Ecclesiasticis præesset. Ubi Julianus Imperium obtinuit, Basilius Presbyter per totam urbem pergebat, Christianos exhortans; constantes essent, nec se sacrificiis, & libationibus infidelium macularent. Tantus Religionis fervor invisum Paganis reddidit; cumque una die Ancyranos publice Idolis sacrificare videret, substitit, & ducto ingenti suspirio, Deum rogabat, ne quis Christianorum tam immane piaculum admitteret. Tunc vero comprehenditur, ad Præsidem, nomine Saturninum, ducitur, seditionis *Amm. ibid. Sozom. V. c. 2. Act. Sinc. pag. 650.*

Sæculum IV. A. C. 362.

accusatur, quod etiam altaria everterit, & convicia in Imperatorem dixerit. Præses interrogatum, cum firmus in fide persisteret, equuleo suspendi, atque ita torqueri imperat, ut lictores fatigarentur; quo facto, eum misit in carcerem.

Theod. III. c. 12.

Saturninus hac de re scripsit ad Imperatorem, qui necdum Ancyram pervenerat, is Comitem Elpidium præmisit, qui ut placeret Cæsari, Christum negaverat, & Pegasum pariter apostatam; hi quoque, quia Basilii constantiam labefactare non potuerunt, rursus ut Præses quæstionem, & tormenta renovaret, jusserunt. Haud multo post Juliano Ancyram advenienti, Sacrificuli obviam processere, Hecates Idolum portantes; ubi Palatium ingressus est Julianus, iisdem convocatis pecunias distribuit. Posteriori die Elpidius Imperatori, ad spectacula assidenti, de Basilio retulit, qui finitis spectaculis Theatro exiens mandavit eum in Palatium adduci; is ubi in conspectu fuit, Juliano apostasiæ perfidiam exprobravit, prædixitque, JEsum Christum eum brevi tempore Imperio privaturum. Cui Julianus: *vocari te jusseram animo tibi parcendi, & feciſſem, nisi intolerabilis impudentia, qua spernis mea consilia, & convicia in faciem ingeris, cogerent, ut pœnas exposcam.* Tum Comiti, cui nomen Frumentinus, relicta cura eum pro lubitu

bitu torquendi, ipse Antiochiam iter prosecutus est. Comes frustra rursus tentata Basilii constantia, tamdiu torqueri jussit, donec in tormentis exspiraret 28 Junii, anno 362. Alii quoque tres Martyres Ancyræ sub Juliano Melasippus, Antonius, & Carina, passi fuisse leguntur. Sæculum IV. A. C. 362. *Martyr. 7. Nov.*

Philoromus etiam patria Galata in conspectu Juliani JEsum Christum confessus est, quem, quod intrepide loqueretur, Tyrannus, abrasa prius barba, pueris tradidit, colaphis cædendum; Philoromus gratias Juliano egit, & ex tunc mundo valedicens, vitamque asceticam amplexus, adeo virtutis fama inclaruit, ut viris etiam nobilissimis in honore esset, quamvis conditionis servilis, & matre serva natus. In Presbyterum creatus, ultra annum ætatis suæ octogesimum vixit. *Pall. Laus.* 113.

Præter hos Busiris hæreticus ex Encratistarum secta, seu abstinentium, comprehensus est, quod verosimiliter post Juliani abitum factum; accusabatur, quod conviciatus esset Gentiles, eumque Prætor in publicum produci, & equuleo suspendi jussit; Busiris, levatis supra caput manibus, ut latera paterent ad Prætorem ait: *Quid necesse fuit, ut ministris tuis molestiam faceres, juberesque me suspendi, atque iterum solvi, in hoc situ corporis elevatis brachiis, quamdiu tibi placuerit, persistam;* miratus est Prætor *Soz. V.* 11.

Sæculum IV. A. C. 362.

hoc promittentem, & multo magis promissum servantem, quippe Busiris, elevatis brachiis, immotus stetit, dum ferreis uncis discerperetur, tamdiu, quamdiu Prætor voluit. In carcerem deinde missus, ut de Juliani morte nuntiatum est, liberatur; abjurata hæresi ad Ecclesiæ Catholicæ sinum rediit, & usque ad Theodosii tempora vixit.

§. XII.

Martyres in Cappadocia.

Soz. V. c. 4. Greg. Naz. or. 3. p. 91. or. 19. p. 303. Soz. 16.

Ex Galatia Julianus perrexit in Cappadociam, ubi etiam quosdam Martyrium passos, præsertim Cæsareæ, illius Provinciæ Metropoli, legimus. Oderat hanc urbem Julianus, quod ferme tota Christianam fidem suscepisset. A multo jam tempore templa Jovis, & Apollinis, quos veteres incolæ civitatis tutelares Deos habuerant; solo fuerant æquata; unum Fortunæ sacrum supererat, quod Christiani noviſſime, regnante jam Juliano, prostraverant; hujus facti pœnas a tota civitate expopoſcit; eam ex civitatum ordine delevit, quamvis Provinciæ caput fuisset, voluitque, ut antiquissimo nomine Mazaca diceretur, illo Cæsareæ, quod ei Imperator Tiberius impoſuerat, abolito. Paganorum ignaviam vituperabat, quod, quamvis modico essent numero, non vitæ potius periculum subire voluis-

Euſ. Chron. lat. an. 7. Tiber.

voluiſſent, quam patienter ferre, ut Fortunæ ſuæ templum deſtrueretur. Urbis, & Territorii ejus Eccleſiis bona omnia tam immobilia, quam mobilia ademit, & tanta ſævitia de bonis Eccleſiarum quæſtio habita eſt, ut ex conſciis verum tormentis expreſſerit; rurſus ab iisdem Eccleſiis trecentas auri libras mulctæ nomine exegit, quæ pecuniæ in ejus ærarium paratæ fuerunt inferendæ. Clericos omnes infimis miniſtris juſtitiæ, ſub Prætore ſervientibus, adſcripſit, quæ erat viliſſima, & oneroſiſſima militia. Laicos cum uxoribus, & liberis cenſeri juſſit, & tributa, in pagis exigi ſolita, pendere. Juramento affirmabat, niſi prompte Deorum templa reſtituerentur, ipſos peſſima eſſe paſſuros; obedirent Galilæi, ſi vitam amarent. Omnes, qui demolitioni templi Deæ Fortunæ manus admoverant, pœnam ſubiere; alii morte, alii exilio facinus expiare coacti. Inter illos, qui propter hanc cauſam ſanguinem dederunt, Eupſichius nobili genere ortus, & paucorum dierum maritus, quem inter Martyres Eccleſia nona Aprilis colit, numeratur.

Sæculum IV. A. C. 362.

v. Valeſ. hic in Soz. V. c. 4.

Soz. V. c. 11.

Mart. Rom. & ibi Baron.

§. XIII.

Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis in Cappadocia.

Dianeus, Epiſcopus ejusdem urbis Cæſareæ

Bas. Ep. 86. p. 919. Sup. XIV. §. 24.

Sæculum IV. A. C. 362.

sareæ in Cappadocia, illo ferme tempore rebus humanis ereptus est. Gravi morbo pressus, Clericos suos, quos inter S. Basilius erat, convocavit, & coram edixit: *Testis est mihi Deus! quod, cum in formulam fidei, Constantinopoli compositam, consensi, in cordis simplicitate fecerim, & fidei Nicænæ ullatenus nocere noluerim. Nihil aliud credo, quam quod eodem Sacro Concilio tradente accepi, & precor, ne a Societate beatorum trecentorum decem, & octo Episcoporum, qui hanc sanctam fidei professionem publicam fecerunt, unquam avellar!* His verbis, omnibus, quotquot præsentes aderant, satisfecit, qui præteriti immemores, communionem ejus amplexi sunt.

Greg. Naz. or. 19. p. 308.

Post ejus obitum Civitas super novi Episcopi electione in partes scindebatur; Sedis Metropolitanæ Dignitas, & Religionis zelus animos accendebant, non nulli privatæ amicitiæ motu impellebantur; tandem totius populi vota in quemdam civitatis Primatem, nomine Eusebium, conspirarunt, insigni pietate virum, sed necdum baptizatum; ergo reluctantem opera militum, forte præsentium, corripiunt, in Sanctuarium ducunt, Episcopis, ad electionem congregatis, sistunt, rogantque, ut eum baptizarent, & in Episcopum ordinarent, nunc supplicantibus, nunc minantibus similes. Episcopi, multitudini

titudini cedendum, rati, Euſebium bapti- Sæculum IV.
zarunt, Epiſcopum ordinarunt, & in Ca- A. C. 362.
thedræ poſſeſſionem miſerunt; quam-
primum vero inde fuere regreſſi, & ſuæ
libertati reſtituti, omnia, quæ fecerant,
nullius eſſe valoris, declarare ſtatuerunt,
atque ordinationem eſſe illegitimam, ut-
pote cæremoniam externam, contra
ſuam voluntatem extortam; imo ipſi
Euſebio iraſcebantur, tanquam hujus vio-
lentiæ auctori.

S. Senex Gregorius, Epiſcopus Na-
zianzenus, inter Epiſcopos præſens, aliud
ſentiebat; nam dicebat: *Cum Euſebius, æque ac vos, vim paſſus ſit, jure merito vos accuſare poteſt, nec minus, quam ipſe, ſontes eſtis. Tunc vobis usque ad ſanguinem reſiſtendum fuiſſet, modo autem culpa in Euſebium non eſt rejicienda, tali præſertim tempore, quo magis veteres inimicitias componere, quam nova jurgia excitare convenit.* Hæc electio Imperato-
rem ad iracundiam concitavit; ſeditio-
ſam dicebat, & malum Euſebio minaba-
tur; illo autem hæc tempore fiebant,
quo Julianus ob dirutum Deæ Fortunæ
templum civitati indignabatur. Præſes,
occaſionem favere, ratus, qua opprimen-
do Euſebium, tunc forte aliis ex cauſis
ſibi inviſum, gratiam apud Imperatorem
iniret, ad Epiſcopos, qui eum ordinave-
rant, ſcripſit, jubenti proximus, ut eum

datis

Sæculum IV. A. C. 362.

datis libellis accusarent, minas quoque adjecerat, & mentionem, ita Imperatorem velle. Gregorius Senior, accepta Epistola, quæ ad se directa erat, nihil cunctatus respondit: *Potentissime Prætor! neminem factorum nostrorum judicem, & Dominum agnoscimus, nisi illum ipsum, cui hodie bellum infertis, nempe JEsum Christum! ipse solus hanc ordinationem a nobis legitime factam, & sibi gratissimam, judicabit. Vos quidem in quoeunque alio vim nobis inferre valetis, at nemo efficiet, ut quæ bene fecimus, ipsi damnemus; aut forte his in rebus judices esse vultis, & leges ferre, cum vobis de spiritualibus ne quidem cognoscere liceat.* Quamvis hæc Epistola statim Prætori bilem moverit, tamen deinde viri constantiam admirari coactus est, imo & Imperator acquievit. Ex iis, quæ secuta sunt, eluxit, Divina Providentia factum, ut Eusebius ita eligeretur.

Greg. Naz. or. 19. p. 307.

Gregorius senior non verbis modo, sed & factis Ecclesiam suam Nazianzenam, egregio vigoris Sacerdotalis specimine edito, defendit. Cum Nazianzum, sicut & in alias urbes militum cohors, arcu, & sagittis armatorum, fuisset immissa, ut Ecclesiam occuparet, vel destrueret, Gregorius tanta fortitudine restitit, ut Centurio a cœpto desistere, & fuga saluti suæ prospicere cogeretur. S. Senex publi-

publicas preces ad obtinendam Ecclesia libertatem, & persecutionis finem jubebat, ipse vero inter domesticos parietes tota nocte orabat, humi cubans senili ætate, & terram lacrymis suis irrigans, quem rigorem ferme integrum annum servavit tam secreto, ut eum ne quidem familia sciviſſet, nisi filius ejus Gregorius rem vulgasset. Seculum IV. A. C. 362.

§. XIV.

SS. Gregorius Nazianzenus, & Basilius Presbyteri.

Gregorius filius ad initium hujus anni Presbyter ordinatus fuerat, sed invitus, nam præter causas communes, quæ a Sacerdotii Dignitate, Sanctitate, & Virtute, in Sacerdote requisita, desumuntur, terrebat, quod specialia prævideret pericula, tali tempore, quo Ecclesia intus ab hæreticis crudeliter discindebatur, & foris a Gentilibus infestabatur. Non ignorabat Parens, quantum filius repugnaret, at nihilominus, cum idem secum populus optaret, eum ad secundum Sacerdotii gradum evexit, eique instruendi Catechumenos, & Verbum Dei prædicandi munus imposuit, quod ipsemet, senectute gravis, officio suo rite præesse ulterius non posset. Filius ordinationem inexspectatam vehementius dolens, post paucos dies in solitudinem Ponti ad S. Basilium *Carm. 1. p. 6.*

Sæculum IV. A. C. 362.

silium seceſſit; at paulatim diggeſta animi ægritudine, vicit amor, quo in Patrem, & fidelem populum ferebatur, cogitabat quoque exemplum Jonæ, Dei præcepto reſiſtentis, timuitque ne ſimilis culpæ ſe reum faceret; ergo ad feſta Paſchalia rediit, quæ hoc anno 362. in 31. Martii incidebant. Ipſo feſto in Eccleſia ad populum dixit, & captata occaſione vim ſibi in ordinatione a populo factam ex corde remittens, petebat, ut ſibi viciſſim, ſi quemquam ſuo diſceſſu offendiſſet, ignoſceretur. Aliqui eorum, qui vehementius cœteris Gregorii deſiderium oſtenderant, in prima hac oratione non adfuere; ideo, Gregorius commotus, in ſecundo ſermone de eorum abſentia ſincera charitate conqueſtus eſt. Sciens etiam, quod non nulli diſceſſum ſuum reprehendiſſent, atque incuſarent, quod vel Ordines ſperneret, vel ad altiorem, quam Presbyteratus, gradum aſpiraret, non diu poſthac longiori Tractatu Apologiam compoſuit, in qua ſolide de Dignitate, officiis, & periculis Sacerdotii diſſerit, & tam de ſuo timore, & fuga, quam deinde ſubjectione, & reditu irrefragabiliter rationem reddit.

Or. 2. p. 46.

Orat. 1.

Circa idem tempus S. Baſilius Presbyter ordinatus eſt. Cæſaream redierat, & morienti Epiſcopo Dianeo adfuerat. Euſebio, cum eſſet Neo-phytus, viſum ſibi

sibi opus esse auxilio tanti viri, qualis erat Basilius, virtute insignis, facundi, docti, & in Ministerio Ecclesiastico probatissimi, nam ordinem Lectoris habebat. S. Basilius amico suo S. Gregorio hanc suam ordinationem notam fecit, qui ei per Epistolam respondit: *Etiam tu captus es. Vi Presbyteri esse cogimur, quod nolebamus. Nam testis alter alteri sumus, quantum Philosophiam humilem, & absconditam amaverimus! forte melius id non contigisset, sed nescio, quid dicam, aut sentiam, donec Spiritum Domini agnoverim. Cum factum infectum fieri nequeat, subjiciamus nos, tali præsertim tempore, ne hæreticorum maledicentiæ occasionem demus, & ne illis, qui nobis tantum Ministerium contulerunt, aut vitæ generi, quod professi sumus, probrum inferamus.* Primus S. Basilii sermo explicatio in Proverbiorum initium fuisse creditur.

Sæculum IV. A. C. 362.

Greg. Naz. or. 20. p. 336.

Greg. Naz. ep. 11.

Eusebius Basilii Episcopus, exinde, ut infirmi mortales sumus, mente ab eo aversus est; causa latet, nisi quod suspicari pronum sit, eum propter auctoritatem, quam Basilio virtus, & eloquentia pariebant, invidia pulsatum; Monachi, quorum S. Basilius quasi caput erat, in ejus partes transierunt, atque magnam populi multitudinem, & viros spectatissimos ad se traxerunt. Ipse Eusebius multis parum gratus erat, quod ejus ordinatio tu-

Greg. Naz. or. 20. p. 336. p. 337.

Sæculum IV. A. C. 362.

multuoſe magis, quam canonice facta haberetur; demum Cæſareæ tunc agebant quidam ex Occidente Epiſcopi, qui S. Baſilio favebant, iisque omnes Catholici adhærebant. Hos Occidentis Epiſcopos S. Euſebium Vercellenſem, & Luciferum Callaritanum fuiſſe conjectura eſt. Itaque nihil propius erat, quam ut Eccleſia Cæſarienſis ſchiſmate turbaretur, niſi id S. Baſilii ſapiens moderatio prævertiſſet. In Pontum cum S. Gregorio Nazianzeno ſe recepit, atque nata ibi Monaſteria gubernavit.

Elias Cret. n. 53. inf. n. 28.

§. XV.

Julianus Antiochiæ.

Amm. XXII c. 9. Hier. in VIII Ezech. Gothof. Chron. c. Th.

Imperator iter ſuum perſequens ex Cappadocia venit in Ciliciam, inde Tarſum, & tandem Antiochiam, quam urbem attigit illo anni tempore, quo feſtum Adonidis celebrabatur, nempe ad finem menſis Julii. Hoc feſtum agebatur lugubri cantu, quo mors Adonidis plangebatur, quem aper occiderat, & interemptum Venus immodice doluerat; quod hac luctus die Imperator Antiochiam, Orientis Caput, intraſſet, in triſte omen traxerunt Gentiles. Ipſe nullum Numen, etſi templum in ſublimi colle, aut aſperrimis montibus poſitum eſſet, inſalutatum præteribat; nam paucis interpoſitis diebus, quam Antiochiam adveniſſet, mon-

montem Cassianum ascendit, ut celeberrimum Jovis Templum viseret, viamque celeriter relegit, ut in festo Apollinis præsens esset, quod singulis annis in oppido Daphnes prope Antiochiam, duabus leucis ultra fluvium Orontem distante celebrari solebat, decima mensis, Macedonibus Lous dicti, qui cum nostro mense Augusto idem est. Julianus, appropinquante hac festivitate, animo præcipiebat, se tantæ civitatis divitias, & Magnificentiam visurum, nempe longissimam pompam, victimas, libationes, incensa, saltationes, juvenes albis vestibus superbe ornatos; ubi templum ingressus est, satis mirari non poterat, quod nec victima, nec thus, nequidem placenta appareret; credidit, omnem turbam foris exspectare, donec ipse, utpote Summus Pontifex, intrandi signum daret; tandem, cum nihil se moveret, ex sacrificulo quæsiit, quid civitas hoc festo sacrificatura esset? Sacrificulo respondente: *Ego ex domo mea anserem ad Sacrificium affero, civitas vero paravit nihil*, Julianus ad Senatores conversus in hunc modum locutus est: *Rem profecto portento similem! quod amplissimæ Civitati minus curæ sit Deorum honor, quam tenuissimo in Ponti finibus oppido! cum fundos immensos possideatis, tamen hodie, primum recurrente Dei vestri festo, postquam Deorum ope impietas*

Sæculum IV. A. C. 362.

Misopog. p. 96. 97. &c.

Sæculum IV. A. C. 362. *Galilæorum profligata est, ne quidem unam volucrem offertis; bovem, me hercle! a qualibet tribu, aut certe taurum totius civitatis nomine immolari oportuisset; solus Sacerdos de suo aliquid attulit, quem vestris onustum Sacrificiis domum suam redire æquum fuisset. Unusquisque vestrum patitur, si uxores vestræ optima quæque ex domibus vestris aufferat, & in Galilæos profundat, quæ dum vestris bonis pauperes alunt, sacrilegam impietatem fovent. Ut diem suum natalem celebret, quisque ex vobis bis una die lautissimum amicis suis convivium parat, hac solemni festivitate nemo oleum igni alendo, libationem, thus, aut victimam attulit. Nullus homo prudens tantum contemptum ferret, nihil ergo mirum, si Deos iratos habituri estis.* Ita Julianus ad aram ante pedes Idoli concionabatur; at nec Senatum, nec populum Antiochenum movit oratio.

Ibid. p. 100.

§. XVI.

Sacrificuli filius convertitur.

Theod. III. c. 24. Festum Daphnes septem diebus agebatur, quibus Julianus de more publicum adornavit convivium. Sacrificulo duo erant filii, Templi Ministri; hi aqua lustrali epulas, mensæ Imperatoris inferendas, irrigabant; horum alter, prima die hoc munere functus, deinde auffugiens,

giens, citato cursu Antiochiam venit, a- Sæculum IV.
diitque piam Diaconissam, Matris suæ a- A. C. 362.
micam, quæ eum sæpe, ut Christianus fieret, exhortata fuerat. Post Matris suæ obitum nihilominus frequenter mulieri collocutus, Christianæ Religionis amore accendebatur; tandem interrogavit, quid sibi faciendum, ut ad Religionem, quam suadebat, transire posset? *Si Christianus esse vis*, inquit: *fugiendus tibi pater tuus, & præferendus est ille, qui te, & Patrem tuum creavit; tunc in aliquam urbem ibis, ubi Imperatoris potentiam devites; fidem tibi do meam, quod hoc curatura sim;* Respondit puer: *Veniam, & animam meam manibus tuis committam.* Hujus ergo promissi memor ex oppido Daphne se proripiens, ad Diaconissam properavit, rogavitque, ut jam verbo staret. Ipsa, nihil cunctata, eum ad S. Meletium duxit; is licentia exulibus, ut redirent, ab Imperatore facta, tunc Antiochiæ erat. Adductum ad se juvenem diebus aliquot in quadam superiore domus cella retinuit; interim Pater ubique filium investigabat, postquam Daphnem circuisset, venit Antiochiam, percurrit omnes plateas, & tandem, stans ante domum S. Meletii, videt filium suum per transennam fenestræ prospicientem. Accurrit, injecta vi extrahit, & domum reducit; ibi primum fugitivum multis flagris cæcidit,

Sæculum IV. A. C. 362.

tum acus majusculas ſuper ignem tenens, donec canderent, iis filii manus, pedes, dorſumque fodicat, tandem ſuo cubiculo includit, atque janua exterius repagulis munita, Daphnem revertitur. Juvenis, inſolito ardore ſtimulatus, omnia Patris Idola comminuit, mox ejus furorem reformidans, JEſum Chriſtum orare cœpit, ut ſe liberaret, *pro te enim*, ajebat: *paſſus ſum, & hæc omnia molior*! ipſo ſic orante, rumpuntur vectes, fores aperiuntur, & ipſe ſecundo ad Diaconiſſam, Magiſtram ſuam, properat; illa adoleſcentem, veſtibus fœmineis indutum, lecticæ ſuæ imponens, ad S. Meletium reduxit, qui eum in manus S. Cyrilli Jeroſolymitani tradidit, quocum noctu iter ingreſſus, in Palæſtinam delatus eſt. Theodoretus, qui hanc narrat Hiſtoriam, eam ex ore illius, cui hæc acciderant, audiverat, qui ætate ſenili ſibi caſus ſuæ juventutis referebat, addens, quod, ſublato Juliano, etiam Patrem ſuum, illum Sacrificulum, ad fidem Chriſtianam convertiſſet.

v. Valeſ. hic.

§. XVII.

Martyres in Syria.

Miſopog. p. 95.

Julianum Imperatorem, urbem Antiochenam, quod tota eſſet Chriſto dedita, averſantem, aliæ civitates vicinæ ſolatæ ſunt, nam, acceptis de reſtituendo Deorum

Deorum cultu mandatis, Templa reſtau- Sæculum IV.
rarunt, everterunt ſepulchra Martyrum, A. C. 362.
& vi aperta Chriſtianos perſecuti ſunt.
Marcus Epiſcopus Arethuſæ in Syria, re- *Theod. III.*
gnante Conſtantio, Templum, artis in- *hiſt. c 7.*
paucis raræ, quod Pagani præcipuum ha- *Greg. Naz.*
bebant, proſtraverat, Eccleſiam exſtru- *or. 3. p. 88.*
xerat, & magnum Infidelium numerum *Soz. V. c. 10.*
Chriſto pepererat. Imperante Juliano,
cum Infideles iram in ſe, a multo tem-
pore collectam, effuſuros prævideret, pri-
mo quidem juxta Evangelicum præce- *Matt. 10. 23.*
ptum fugam arripere ſtatuerat, ſed com-
perto, quod loco ſui quidam de grege ſuo,
ſibi commiſſo, fuiſſent comprehenſi, ul-
tro rediit, & ſeipſum perſecutoribus tra-
didit. Tum manus in eum injiciunt, to-
tus populus circumfunditur, per urbis
regiones raptant, capillis, aut quacunque
poſſunt corporis parte prehendunt, nulla
tantæ pietatis, virtutis, & Doctrinæ re-
verentia; nulla ſenectutis miſericordia;
veſtibus ſpoliatum toto corpore flagel-
lant, tum in fœtidiſſimas cloacas proji-
ciunt; inde extractum, puerorum mul-
titudini tradunt, ſua ſponte petulantes
excitant, ut virum ſuis, quibus ad exa-
randas litteras utebantur, ſtilis acriter
pungerent; crura ejus ita arcte conſtrin-
xerunt, ut funiculi, diſſecta carne, usque
ad oſſa penetrarent; aures viro ſubtili
filo, forti tamen abſciderunt. Poſt hæc

Sæculum IV. A. C. 362.

omnia melle illinitum, & caniſtro in aere ſuſpenſo impoſitum, ſumma æſtate circa meridiem, cum ardentiſſimi eſſent ſolis radii, apibus, & veſpis in prædam exponunt; dum autem eum ita cruciabant, cogere volebant, ut Templum a ſe deſtructum reſtituere promitteret, aut ſaltem ſumptus neceſſarios præberet, ſed ipſe ultima potius pati, quam aliquid tale polliceri ſtatuerat. Tum quia credebant, quod paupertate prohiberetur tantam pecuniæ vim promittere, mediam partem remiſerunt, ſi alteram vellet ſolvere, ipſe non modo nihil promittebat, ſed etiam, ut erat ſuſpenſus, & vulneribus plenus perſecutores ſuos irridebat, dicens, ſe eſſe elevatum, & Cœleſtem, dum ipſi abjecti in terra reperent. Tandem eo ſe contentos fore dixerunt, ſi modicam pecuniæ partem ad reparandum Idolorum Templum conferret; ipſe reſpondit, non minus impietatis ſe reum fore, ſi obolum unum, quam ſi totum daret. Igitur patientia ejus devicti Epiſcopum dimiſerunt, factumque, ut ſequenti tempore ex ejusdem ore veritatem Chriſtianæ Religionis edocerentur. Viri conſtantia captus Præfectus Prætorii, qui erat Gentilis, ad Julianum dixit: *Vah dedecus! nos ita Chriſtianis eſſe inferiores! & a Sene vinci, quem vel a quoquam noſtrum victum fuiſſe nemo gloriæ duceret.*

Tem-

Templa Idolorum ſolo æquata ubique anſam dabant perſequendi Chriſtianos, nam Julianus juſſerat, ut ubique eorum pecunia repararentur; at Marcum Arethuſanum inter omnes alios a tali vexatione liberum præſtari oportuiſſet, quod unus ex illis Epiſcopis eſſet, qui Juliano ſub initia Regni Conſtantii ſaluti fuerant, dum eum, tota ipſius familia vita periclitante, occultatum ſervarunt. Cæterum Marcus Arethuſanus ſemper inter Arianos, aut ſaltem Semi-Arianos inſigne Nomen fuerat, at ex laudibus, quibus eum S. Gregorius Nazianzenus ornat, cui vita ejus haud dubie fuit perſpectiſſima, credibile fit, eum tunc temporis in Eccleſiæ Communione vixiſſe. Sæculum IV. A. C. 362. *Greg. Naz. or. 3. p. 90. Sup. l. XII. §. 1.*

Heliopoli in Phœnicia prope montem Libanum Diaconus degebat, nomine Cyrillus, qui tempore Conſtantini aliqua Idola comminuerat; ob id factum Gentiles plusquam caninam rabiem animo condiderant usque ad Juliani Imperium, quam ut ſatiarent, Diaconi interempti ventrem aperuerunt, & inde extractum jecur devorarunt. Omnes ſævitiæ barbaræ complices Divina ultio corripuit; ſubito ex ore dentes exciderunt, computruit lingua, & oculorum lumen ademptum eſt. In eadem urbe Heliopoli quædam Virgines Deo dicatæ, quæ ab hominum oculis abſconditæ vivebant, in fo- *Theod. III. c. 7.* *Sozom. V. c. 10.*

Sæculum IV. A. C. 362.

rum productæ, vestibus direptis, nudæ insolentis plebeculæ oculis expositæ; deinde earum caput radunt, uterum perfodiunt, & injecto hordeo implent, ita Virginum corpora in porcorum pabulum posita, ut unacum hordeaceis granis earum viscera devorarent; quod vero tantum in Virgines Gentilium furorem accenderit, illud fuisse creditur, quod Constantinus illius urbis incolis filias suas, sicut antea consueverant, prostituere prohibuisset, cum, Veneris Templo dejecto, primam Ecclesiam ædificari jussit.

L. XI. §. 33.

§. XVIII.

Martyres Gazenses.

Theod. III. c. 7. Soz. V. c. 9.

Gazæ, & Ascalone in Palæstina simili sævitia quorumdam Presbyterorum, & Virginum corpora dissecta, & immissis hordei granis porcis devoranda projecerunt. Gazæ tres fratres Eusebius, Nestabius, & Zeno insolitæ crudelitatis exemplo Martyrii coronam assecuti sunt. In sua domo, ubi se occuluerant, comprehensi, in carcerem mittuntur, & cæduntur. Populus deinde in Circo congregatus clamare, homines esse sacrilegos, qui ultimorum temporum licentia abusi, sanctæ Religionis ruinam essent moliti! his clamoribus accensi animi, conventus in seditionem vertitur, ad carcerem decurrunt furentes, extrahuntur fratres, & per civita-

civitatem jam proni, jam supini raptantur, pavimenti asperitate corpora lacerantur, lapidibus, fustibus, instrumentis omnibus, quæcunque casus, & ira subministrabat, percutiuntur. Matresfamilias, relicto muliebri opere, exilientes, Martyres saltem fusis pungebant. Lixæ forenses, sublatis a foco caldariis ferventem aquam in eos effundebant, aut verubus fodiebant. Tandem in frusta discerptos, elisis capitibus, & cerebro in terram sparso, extra civitatem in locum, quo carnes morticinæ conferebantur, distrahunt, comburunt, atque ossa eorum cum ossibus camelorum, & asinorum ita commiscent, ut non nisi difficillime internosci potuerint. Sæculum IV. A. C. 362.

Cum tribus fratribus captus est juvenis, Nomine Nestor, cum iis etiam carcercem, & verbera perpessus, is cum per urbem raperetur, insigni vultus specie populum ad commiserationem movit, & extra portas projicitur, adhuc vivus quidem, sed brevi expiraturo similis. A quibusdam sublatus, in domum Zenonis, Martyrum agnati, defertur, ubi inter manus vulnera sua curantium extinquitur. Zeno quoque in proximo periculo fuerat, ut cum suis consanguineis caperetur, & occideretur, sed occasionem nactus, Anthedonem, urbem Episcopalem, inter Gazam, & Ascalonem in ora maritima, viginti

Sæculum IV. A. C. 362.

ginti ſtadiis ab urbe Gaza, id eſt, leuca una diſtantem. Hæc civitas non minus duabus aliis Idolorum cultui erat addicta, cumque agnoviſſent, eum eſſe Chriſtianum, virgis crudeliter cæſum, ejecerunt. Ergo Majumam ſe recepit, ibique occultus permanſit. Erat Majuma urbis Gazenſis armamentarium, quem locum Conſtantinus a jurisdictione urbis Gazenſis liberaverat, quod eſſet Chriſtianis Sacris deditiſſima, Gazæ autem Idololatria regnaret, jus etiam civitatis dedit, & novo Nomine Conſtantiam appellavit, nolens, ut Gazæ eſſet ſubjecta. Econtra Julianus, qui erat Apoſtata, omnibus ſuis privilegiis Majumam privavit, nomine antiquo vocari voluit, & ſub jugum urbis Gazæ redire juſſit; quæ ſubjectio in temporalibus locum habuit, in Spiritualibus vero urbi Majumenſi proprius Epiſcopus, Clerus, martyrum feſta, Epiſcoporum ſuorum commemoratio, & diſtinctæ Diœceſis limites ſemper fuere.

Sozom. V. c. 3. Sup. XI. §. 37.

Cuidam fœminæ Chriſtianæ, Gazæ incolæ, Cœlitus revelatum eſt, a ſe reliquias trium fratrum Euſebii, Neſtabii, & Zenonis colligendas eſſe, & tradendas alteri Zenoni, cujus vultum, & habitationem etiam modo prodigioſo cognovit. (*) Ea igitur, non multis poſt Martyrium

(*) Interpres Proteſtans, qui Parte III. p. 163. pro

tyrium ipsorum diebus, noctu Sanctorum ossa tulit, &, in vase collecta, Zenoni tradidit, qui tunc quidem in domo sua servavit, postquam deinde Imperante Theodosio Episcopus Majumensis electus est, cum Ossibus Nestoris Confessoris sub Altari Ecclesiæ, quam ipse ædificavit, sepelivit. (*) Multi alii Christiani, ut hanc persecutionem effugerent, per urbes, & oppida dispersi sunt, inter quos Sozomeni Historici Majores ejusdem Regionis Gazen- Sæculum IV. A. C. 362. *Sozom. V. c. 9. Soz. V. c. 15.*

pro Verbis: *Capite truncari.* Posuit: Ihnen die Hände abhauen zu lassen. Et pag. 163. *Basilius Presbyter ordinatus est. Basilius* wurde zum Lehramt ordiniret. Hic pag. 175. a verbis: *Cuidam Fœminæ Christianæ &c.* decem Lineas omisit. Nempe Materia de Prodigiis, & Cultu Reliquiarum Interpreti Protestanti fastidium peperit. Diligentissimum interpretem!

(*) Fleurius, ubicunque invenit facta, ex quibus cultus antiquissimus SS. Reliquiarum contra Protestantes probatur, fideliter refert. Mirum! quod Anonymus II. in sua Animadversione IX. dicat; Dominum Abbatem Fleurium eodem furore, quo Indulgentias, etiam SS. Reliquias contemnere. Quæ ex ipso Fleurio tanquam propositiones damnatas affert, hæc sunt, latine reddita: *Quisquis judicio pollet, & vere amans est Religionis, non nisi cautissime Miraculis* (nempe ob cultum Reliquiarum patratis) *fidem adhibet. Nollem Vadem mé præbere, Miraculorum fingen-*

Sæculum IV. A. C. 362.

Gazenſis fuere. Gazenſes, ne hujus Seditionis pœnæ ab ipſis expeterentur, metuebant, atque ferebat rumor, Imperatorem iratum, eos decimari juſſurum, ſed inanis rumor fuit; nam Julianus ne quidem per epiſtolam eos, quod ſimili occaſione facere ſolebat, objurgatus eſt; imo, Prætorem munere ſuo exutum, in exilium miſit, ſatis gratiæ ei fieri exiſtimans, quod capitis non damnaret; cauſa autem erat, quia cædis auctores in carcerem miſiſſet, ut jus poſtulabat, puniendos, quamvis etiam magnum Chriſtianorum numerum in vincula dediſſet; quippe dicere auditus eſt Julianus: *num ideo cælum ruet, ſi Græcorum cohors decem forte Galilæi mundum liberaverint?*

Greg. Naz. or. 3. p. 91.

§. XIX.

fingendorum cauſam in quibusdam caſibus non eſſe quæſtum &c. Et inferius: *Ad effectus ignorantiæ, & inordinatæ credulitatis pertinebat facilitas nimia quascunque Reliquias recipiendi. Neceſſe fuiſſet, in originem, & per quorum omnium manus tranſiiſſent, inquirere accurate.* Ego non puto cum Anonymo II. Fleurium hic furere, ſed vera ſcribere. Ob has, & ſimiles Reflexiones Scriptorum prudentiſſimorum, quibus Fleurius accenſendus eſt, haud dubie factum, ut hodie nullas Reliquias niſi Epiſcopi Teſtimonio munitas venerari liceat.

§. XIX.

Sæculum IV. A. C. 362.

S. Hilarion perſecutionem patitur.

Gentiles Gazenſes alta mente repoſuerant injuriam, Deo ſuo Marnæ a S. Hilarione factam; illud quoque hos Dei ſui cultores offenderat, quod ſuis miraculis multos ab Idololatria avertiſſet; hinc libellum Juliano Imperatori tradiderunt, & obtinuerunt, ut S. Hilarion unacum dilectiſſimo ſuo Diſcipulo Heſichio ad mortem damnaretur, haud dubie, quod præſtigiatores eſſe crederentur; undique mandata ad eos perquirendos dimiſſa. S. Hilarion in Ægypto remanſerat, nam poſtquam S. Antonii Monaſterium, ubi ad extremum fuerat, inviſiſſet, Aphroditen rediit, & cum duobus tantum fratribus in vicino deſerto moratus, abſtinentiæ, & ſilentio ſtudebat tanto Spiritus fervore, ut diceret, nunc ſe primum incipere JEſu Chriſto ſervire. A tribus jam annis, nempe ab obitu S. Antonii, nullæ de Cœlo pluviæ ceciderant, hinc dicebat populus, elementa etiam viri Sancti mortem lugere; S. Hilarionis famam ſecuti, turmatim ad eum confluxere viri, fæminæque, quorum facies attenuatæ famem triennem teſtabantur, rogantes, ut ipſe, tanquam S. Antonii Succeſſor, pluvias a Deo impetraret. Tot hominum miſeria viri Sancti viſcera concuſſit, atque oculis, manibus-

Sup. l. XII. §. 17. Hier. vita Hilar. c. 28. Soz. V. c. 10.

Sup. l. XIII. c. 37.

vita c. 27.

Sæculum IV. A. C. 362.

nibusque in Cœlum levatis, ſtatim, quod petebat, obtinuit. At ecce terra tamdiu arida, ubi deciduis aquis irrigata eſt, tanta ſerpentum, & venenatorum animalium multitudo ſubito ſuſcitatur, ut hominum plurimi eorum aculeis vulnerati, interiiſſent, niſi opem a S. Hilarione expetiiſſent; is oleum benedicebat, quo, cum ſe ungerent, certiſſime ſanabantur.

c. 28.

Non tulit vir ſanctus honores, quos ſibi in illa Regione populus exhibebat; igitur viam, Alexandriam ducentem, ingreſſus eſt, ut in Deſertum, quod Oaſis dicebatur, tranſiret, & quia ab eo tempore, ex quo vitam Monaſticam profitebatur, nunquam in urbibus habitaverat, ad Monachos ſibi notos, in loco, quem Bruchion appellabant, divertit. Sicut vero fratres viri Dei adventus maximo gaudio affecit, ita eodem veſpere omnes vehementer mirabantur, quod Diſcipuli aſinum ejus ſternerent, & ipſe itineri ſe accingeret; ergo ad ejus pedes accidentes, & jacentes ante januam, proteſtabantur, mori ſibi minus acerbum fore, quam tanti viri hoſpitio privari. Tunc ait: *propero hinc abire, ne quidquam mali mei cauſa patiamini; eventus docebit, neceſſarium fuiſſe, ut diſcederem.* Et ecce! ſequenti die Gazæ urbis cives, cum Præfecti lictoribus ante Monaſterii fores adſunt, quo, ſicut pridie audiverant, S. Hilarion adveniſſet, &

& postquam eum invenire non possent, dicebant alter ad alterum: *verum est, quod de hoc viro audivimus, præstigiatorem esse, & futura cognoscere.* S. Hilarion relicto Monasterio Bruchion per desertum inaccessibile penetravit Oasin, ibique ferme per annum mansit; videns deinde, quod nominis sui fama illuc quoque hominum frequentiam adduceret, in insulas desertas ire statuit, cum in Oriente latere non posset. Sæculum IV. A. C. 362.

§. XX.

Persecutio universalis.

Sebaste in Palæstina Pagani aperto S. Joannis Baptistæ sepulchro, ossa ejus combusserunt, cineresque in ventos projecerunt. Quædam tamen harum Reliquiarum pars servata est; quidam Monachi Jerosolymitani cum Sebastem venissent, ut ibi orarent, impiis illis permixti, qui hæc ossa ad comburendum colligebant, furtim aliqua retenta, ad Abbatem suum, nomine Philippum detulerunt; is indignum se ratus, qui tantum thesaurum possideret, eum per manus Juliani sui Diaconi, post hæc in Palæstina Episcopi, ad S. Athanasium transmisit. S. Athanasius has Reliquias, paucis testibus præsentibus, in muri concavitate in Sanctuario cujusdam Ecclesiæ abscondit, dicens Spiritu Prophetico, se eas Poste- *Theod. II. c. 7. Ruf. II. hist. c. 28.*

Sæculum IV. A. C. 362.

rorum utilitati consecrare, quod postea sub Episcopo Theophilo, & Imperatore Theodosio adimpletum est. Nihilominus S. Joannis sepulchrum Sebaste, tanquam illius cineres continens, semper in honore fuit.

Hier. ep. 17. c. 8. ep. 27. c. 6.

Peneade, alias Cæsareæ Philippi, statua JEsu Christi visebatur, quam ei mulier, a fluxu sanguinis sanata, posuerat; ex una parte figura mulieris, genua flectentis, & supplicum more manus protendentis conspiciebatur, ex adverso vir stabat, longo pallio modeste involutus, manum versus mulierem extendens. Utraque statua ex ære erat in urbe ante fores domus illius mulieris erectæ, proxime fons irriguus, aliæque effigies sculptiles amœnum oculis objiciebant spectaculum. Ex basi, cui JEsu Christi statua insistebat, herba, Medicis incognita, pullulabat, quæ si usque ad fimbriam pallii ejus excrevisset, omnis generis languores sanabat; hujus prodigii causa nesciebatur, nec cujus esset, aut cui erecta statua, quia ob injectam tanto tempore terram inscriptio legi non poterat, tandem iterum, detecto fundamento, epigraphe apparuit, quæ legentes totam historiam docebat. Julianus hanc statuam tolli, atque illius loco suam poni jussit; sed ecce! ruit fulmen, medium corpus dissilit, avellitur caput, & pronum terræ immergitur,

Euf. VII. c. 18. Philost. VII. c. 3. Soz. V. 21.

JEsu Christi statua.

gitur. Ita reliquum corpus fulmineo sulphure denigratum, tempore Sozomeni, nempe sexaginta post annis ostendebatur. Statuam JEsu Christi, pedibus ligatam, per urbem raptarunt, quæ in frusta dissiluit; ea autem Christiani, sollicite collecta, in Ecclesia deposuerunt, ubi tempore ejusdem viri Sozomeni servabantur; id autem verum est, quod non in ipsa Ecclesia, sed in Diaconia, seu Sacristia fuerint deposita, & non fuerint adorata, (*) quia, ut inquit Philostorgius, Sæculum IV. A. C. 362.

E 2 auri-

(*) Hic Anonymus I. adjungit Notam, dicitque; etiamsi illa frusta non fuerint adorata, tamen ex Devotione ad locum cujusdam imaginis, aut Reliquiarum peregrinari esse Cultum Religiosum. Bene! at enormis certe est quorumdam Heterodoxorum pervicacia, plusquam ænea fronte Catholicos Idololatriæ incusantium. His proximus est Nicolaus LLoydius Anglus, qui in suo Dictionario Historico, a Carolo Stephano inchoato, ad Nomen: Maria, inter alia hæc habet: *Plurimus est in Laudibus Btæ Virg. D. Bernardus, ne dicam nimius; monet siquidem nos in angoribus nostris ad auxilium ejus tanquam ad Asylum confugere: Respice stellam, Mariam cogita, Mariam invoca. Non ferendus autem Bonaventura, dum in Psalterio suo, quæcunque de Deo dicuntur B. Virgini tribuit..... imo Ludulphus, & Chrysostomus a Visitatione affirmare non erubescunt (ego vero horresco referens) quod*

Sæculum IV. A. C. 362.

aurichalcum, aut aliam materiam adorare non licet; attamen, ut decebat, hujus ſtatuæ Reliquiæ ſervabantur, & illis, quos Religio illuc trahebat, oſtendebantur. Non nulli privatæ ſortis homines illius ſtatuæ caput, quod, cum per plateas traheretur, a corpore avulſum eſt, devotiſſime ſibi reſervarunt.

Theod. III. c. 7. Emeſæ in Syria Pagani Eccleſiam, noviſſime ædificatam, profanarunt, eam dedican-

quod velocior eſt non nunquam Salus invocato Nomine Mariæ, quam invocato Nomine Domini unici Filii ejus..... Concilium Trident. Seſſ. 2. appellat hanc B. Virginem: Fideliſſimam Chriſti Sociam. Alter quoque primæ Magnitudinis Papiſta in Mariali ſuo: fuit Dominus cum Maria, & ipſa cum Domino in eodem labore, & opere Redemptionis..... adeo falſus, & abſurdiſſimus eſt Card. Bellarminus cum ait, prudentes, & bene inſtituti Catholici neque Divam, neque Deam vocant. Hæc ille Apol. contra Regem Jacobum p. 94. Tum Epiſcopum Elienſem, & Lipſium adducit, quod Divam, & Deam vocent, cum verſu: Tum tibi Laudes, Dea! dicet omnis ſexus, & ætas. Imo non ferenda eſt iſtius Angli Hypocriſis, qui Poeticam loquendi licentiam in malum ſenſum trahit! Nemo Catholicorum, ut bene Cardinalis Bellarminus aſſerit, Beatam Virginem Deam, aut Divam vocat, ita ut eam ſupra hominem eſſe credat, aut Humani Generis Redemptricem. Quis enim Catholicorum affirmat, purum hominem Salutem perditam reparare potuiſſe?

Sed

dicantes Bacho, quem Gynidum, seu Androgynum vocabant, quod ei sexum tribuerent utrumque, ejusque Idolum intulerunt. Titus erat Episcopus Bostrensis in aditu Arabiæ Petreæ, & Palæstinæ finibus, is, cum sciret, Imperatorem minatum fuisse, a se, & Clericis suis pœnas exacturum, si in populo seditio moveretur, supplicem libellum misit, quo Imperatori affirmabat, se potius omni contentione

Sæculum IV A. C. 362.

Sozom. V. c. 15.

Sed ejusmodi vocibus, ne homines heterodoxos perversis contra Catholicos præjudiciis innutritos scandalizemus, admodum circumspecte utendum, vel potius abstinendum. Alia deinde affert ad eandem vocem: Maria. Idem Anglus Scriptor: Legas B. Virginem (Vincent. Spec. Hist. 7. 84.) in os ægri Clerici, extractis uberibus, lac immulgentem. Læsam Monialis tibiam unguento de pixide oblinentem ..... Sed & in Choro Monachorum omnium detergentem vultus videas .... & hæc nonne absurda? quid illa dictu fœda de Beatrice, quæ dum publice scortum ageret, B. Virgo totos quindecim annos forma, & habitu ejus assumpto vicem ejus supplevit in Monasterio? Hæc & multa alia similia Anglus iste in hoc loco Catholicis exprobrat. Verum non satis perpendit, hæc & similia, quamvis Deus diligentibus se favores mirabiles, & tepidis cordibus ignotos exhibeat, a Catholicis non recipi tanquam certa. Redeat ad Sinum Ecclesiæ Anglus, aut Germanus Protestans aliquis, nam in Schismate nulla Salus, si nihil aliud obstet, nemo ab eo exiget, ut talia legat, vel credat.

Sæculum IV. A.C. 362. tione adlaborare, ut populum in officio contineret, inter alia hæc verba legebantur: *quamvis Christiani Idololatris numero inferiores non sint, & nostris exhortationibus cohibeantur, ne tumultus exoriatur.* Hæc verba Julianus, ut apud populum Bostrensem Tito invidiam crearet, in eum sensum detorsit, ac si eum accusaret, quod ad seditionem pronus esset, jussitque, ut hunc Episcopum urbe sua pellerent, dato Edicto, cujus initium hujus est tenoris:

§. XXI.

Epistola Juliani ad Bostrenses.

Epist. 52. *Julianus Bostriensibus: Galilæorum Præpositos ultro confessuros speraveram, quod majores mihi gratias, quam Prædecessori meo deberent, cum, ipso regnante, eorum plerique expulsi, vincti, afflictique fuerint, & magna multitudo eorum, quos hæreticos dicunt, fuerit necata, sicut Samosatæ, Cyzici in Paphlagonia, in Bithynia, & Galatia contigit; in pluribus aliis Regionibus oppida direpta, & vastata sunt. Econtra postquam ego Principatum obtinui, exules fuerunt revocati, & bona adempta fuere restituta; nihilominus eo usque horum hominum furor crevit, ut cum in alios exercere Tyrannidem non amplius liceat, ad turbandam populorum pacem nihil intentatum relinquant,*

in

Sæculum IV. A. C. 362.

in Deos impii, & mandatis noſtris leniſſimis rebelles. Et inferius:

Exploratum eſt igitur, populos ab iis, quos Clericos nominant, excitatos, cum maximam ſuam felicitatem æſtimare deberent, quod eorum delicta præterita impunita ſint, priſtinæ Dominationis deſiderio teneri; quia vero judicare, teſtamenta condere, alienas hæreditates rapere, omnia ad ſe trahere prohibentur, ubique ſeditiones movent. Quare omnibus populis hoc Edicto declaro; ne a Clericis ſe permoveri ſinant, ut ſaxis quemquam inſectentur, & Magiſtratibus obedire detrectent. Illi, quantum lubuerit, conveniant, & pro ſe ipſis orent, quamdiu voluerint. Si autem in propria utilitatis cauſa populos ad ſeditionem excitare velint, ne eos ſequantur, aut meritas ſeditioſorum pœnas exſpectent.

Ad Boſtrenſes deinde ſpeciatim orationem dirigit, & poſtquam prædicta verba, ſibi ab Epiſcopo ſcripta retulit, ſubjungit: *videtis, quod dicat, veſtram erga me obedientiam non veſtræ indoli, ſed ſibi, qui vos ſuis exhortationibus cohibeat, adſcribendam eſſe. Ergo ejicite civitate veſtra accuſatorem veſtrum! vos vero invicem pacem colite! qui in erroribus ſunt, eos non infeſtent, qui legitime ſecundum traditionem omnium Sæculorum Diis ſerviunt. Et vos, Deorum Cultores! illo-*

Sæculum IV. A. C. 362.

rum domos non diripite, non deſtruite, qui ignorantia potius, quam voluntate a vero aberrant. Informandi ſunt homines, & argumentis convincendi, non injuriis, & corporum tormentis cogendi. Iterum dico, & ſæpius repeto, nolo, ut Galilæorum populus divexetur. Qui in rebus maximis falluntur, magis commiſeratione noſtra, quam odio digni ſunt. Sibi ipſis impietatis pœnas dant, qui, relictis Diis, a mortuis, & reliquiis eorum auxilium exſpectant. Data eſt hæc epiſtola Antiochiæ, prima Auguſti, anno 362.

§. XXII.

Martyres Antiocheni.

Amm. Lib. XXII. c. 2. Julianus Artemium Ægypti Ducem vocavit ad ſe Antiochiam, quem Alexandrini atrocium criminum accuſaverant,

Theod. III. c. 18. nempe quod tempore Conſtantini Idola confregiſſet, & Georgio Epiſcopo Ariano manus militares commodaſſet, quibus templa ornatu, & divitiis ſpoliaret.

Jul. ep. 10. Eum Imperator, bonis privatum, capite damnavit, quem Eccleſia, inter Martyres relatum, vigeſima Octobris colit.

Theod. III. Julianus quosdam etiam ex cuſtodibus ſuis, Scutarios, propter ſcuta, quæ gerebant, dictos, plexit, quos inter inveniuntur Juventinus, & Maximinus, quod Chriſtiana libertate inſidias, quas Imperator ad pervertendos Chriſti Cultores, eos-

que

que in Idololatriam inducendos ponebat, damnaſſent. Quippe omnes aquarum fontes urbis Antiochenæ, & oppidi Daphnes, injectis liquoribus, Idolis delibatis, infecerat, atque his aquis, quæcunque in foro vendebantur, panem, carnes, fructus, olera, omnis generis annonam aſpergi juſſerat. Ad hæc ingemiſcebant Chriſtiani, comedebant tamen, præceptum Apoſtoli ſervantes, dicentis: *omne, quod in Macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.* Sæculum IV. A. C. 362. 1. Cor. X. 25.

Quadam die ſuper menſam Juventinus, & Maximinus has profanationes vehementius deflebant, illis verbis ſociorum Danielis uſi: *tradidiſti nos Regi Apoſtatæ,* * *injuſto, & peſſimo ultra omnem terram.* Cum quidam ex aſſidentibus hæc verba ad Imperatorem detuliſſent, Juventinum, & Maximinum, in conſpectum ſuum vocatos, interrogat, quid dixiſſent? hi arrepta occaſione, audacter reſponderunt: *Domine! nos in piiſſima Religione Conſtantini, & in Sanctis cæremoniis ſub Regno filiorum ejus enutriti graviter ingemiſcimus, dum hodie omnia abominationibus plena, & omnes eſcas profanis ſacrificiis inquinatas videre cogimur. Privatim hæc deploravimus, & jam coram te conquerimur; hoc ſolum eſt, quod tuo ſub Imperio felicitatem noſtram turbat.* His auditis Imperator viros verberari, &

* *In Scriptura non legitur vox: Apoſtatæ. Dan. 3. 32. Sec. 70.*

Sæculum IV. A. C. 362.

torqueri jussit, usque dum exspiraverint, supplicii causam evulgans, non Religionem, sed verborum insolentiam. Ecclesia Antiochena eorum memoriam celebrabat, quinta Septembris, quæ dies illa fuerit, qua Martyrium subierunt; nos eosdem hodieque vigesima quinta Januarii recolimus. Ita milites Christiani Juliano obediebant, etiam infideli, & Apostatæ, quod S. Augustinus, illius temporis Scriptor testatur; dum dicit: quando præcipiebat, ut Idola adorarent, legem Dei illius mandatis præponebant, quando in hostes movere jubebat, promptissime parebant.

Martyr. Rom.

Aug. in Psalm. 124. n. 4.

§. XXIII.

Georgius Alexandrinus trucidatur.

Am. XXII. c. 2. Soz. V. c. 7. Philost. VII. c. 2. Sup. lib. XII. §. 34.

Ubi Alexandriam de morte Artemii nuntium allatum est, populus infidelis, cui malum, si cum pristina Ducis potestate rediret, minatus fuerat, hoc metu liberatus, iram omnem in Anti-Episcopum Georgium vertit. Is omnium invidiam sibi conscíverat, Catholicorum, quod eos sub Constantio fuisset persecutus, Arianorum, quod eos Aetii condemnationi subscribere coegisset, Infidelium, quod eorum templa spoliasset, & sine discrimine omnis status homines vexaret. Cum ultimo a Regia rediret, & propè pulcherrimum Genii templum veheretur, magna,

ut

ut solebat, hominum multitudine stipatus, conversus ad templum, dixit: *quousque hoc Sepulchrum stabit?* ad hæc verba Gentiles, tanquam si fulmen ruisset, obstupuerunt, timentes, ne hoc quoque ædificium solo æquaret. Hoc autem, quod modo narrandum est, jam prius iritatos in ultimum furorem egit. Sæculum IV. A. C. 362.

Erat Alexandriæ locus jam diu desertus, & conjectis immunditiis plenus, ubi olim Infideles in Cæremoniis Mithræ homines immolaverant; hunc tanquam aliis inutilem Constantius Ecclesiæ Alexandrinæ donaverat, eumque Georgius purgari jussit, Ecclesiam ibi ædificaturus. Dum terram fodiunt profundissime, locum subterraneum & secretissimum inveniunt, ubi mysteria Paganorum occultabantur, nempe Idola, & instrumenta Cæremoniis destinata, quæ aspicientibus exotica, & ridicula videbantur. Plurimæ etiam virorum, & infantium calvariæ repertæ sunt, qui ideo necati ferebantur, ut ex eorum visceribus futura prænoscerentur, & magicis cæremoniis defunctorum manes redire cogerentur. Christiani, his detectis, ridicula Paganorum Mysteria, & crudelitatis monumenta omnium oculis studiose expossuerunt, ipsi vero, non ferentes ignominiam, furore arma, quæcunque sub manibus erant, ministrante, in Christianos invehuntur, multos vulnerant, *Socr. III. c. 2. Soz. V. c. 7.* Mithræ Templum.

Sæculum IV. A. C. 362.

rant, multos vario mortis genere interficiunt, hos gladio, alios lapidibus obrutos, aliosque fustibus necant; non nullos injectis funibus strangulant, non nullos in Crucis contemptum crucifigunt, non propinquus propinquo parcit, frater in fratrem, Pater in liberos armatur.

His effectum, ut Christiani a purgatione templi Mithræ cessarent; tum vero Pagani Georgium invadunt, furioso clamore Ecclesia extrahunt; & mirum, quod non statim inter furentium manus fuerit obtruncatus, sed tunc quidem eum miserunt in carcerem. Paucis interpositis diebus uno mane accurrunt ad carcerem, correptum per pavimentum civitatis raptant expansis cruribus, pedibus proculcant, nullo non opprobrii genere violant. Unacum ipso Dracontium rei monetariæ Præfectum, & Diodorum Comitis gradu insignem, comprehensos eadem crudelitate ligatis pedibus per plateas trahunt, illum, quod in domo monetaria altare, nuper erectum, esset demolitus, istum, quod longos puerorum capillos abscindere auderet, quos antiqua superstitione nefas erat radi, ante illud tempus, quo rite deinde abscissi Diis dedicabantur. Cum Georgium, Dracontium, & Diodorum belluina feritate per totam diem cruciassent, truncata occisorum cadavera camelis imposita, & ad litus

Am. XXII. 2.

Theod. in Levit. XXVIII.

tus maris deducta, ibi celeriter cremata sunt, cineresque in mare projecti, ne velut Martyrum Reliquiæ a Christianis honorarentur; quod quidem, saltem de cineribus Georgii, nullatenus timendum erat, quippe omnes sciebant, cædis ejus causam non fuisse Christianam Religionem, sed quod eum patrata crimina bonis omnibus execrabilem reddidissent. His non obstantibus, mors ejus Arianis S. Athanasium, & Catholicos calumniandi locum dedit. Sæculum IV. A. C. 362. *Epiph. hær.* *Sozom. V. c. 7. Philost. VII. c. 1.*

§. XXIV.

Juliani Epistolæ.

Julianus, Alexandrinorum seditione comperta, iracundia ardens, tales sec. 2. *Soz. V. c. 7.* ab eis pœnas exacturum, edixit, quales facinoris atrocitas postularet; sed aliam ei mentem propinqui ejus, præsertim Comes Julianus ejus cognatus, qui Præfectus Ægypti fuerat, indiderunt, nec gravius in eos animadvertit, quam quod Philosophicam reprehensionem scripserit in hunc modum: *Etsi nulla vobis esset Reverentia Alexandri fundatoris vestri, aut potius Magni Serapidis, Dei vestri, quomodo communes humanitatis leges violastis? quomodo reverentia mei vos non cohibuit? mei, inquam! in quem Dii, & præsertim Magnus Serapis hujus universi Imperium contulerunt? cum me injuriarum,* *Am. XXII.* *Epist. 10.*

Sæculum IV. A. C. 362.

rum, vobis illatarum, judicem appellare oportuisset, vindictæ cupiditate abrepti, illa ipsa flagitia admittere non puduit, quibus vos inimici vestri ad justam iracundiam provocaverant. Tum conquerendi de Georgio causas, quas habebant, affert, & subdit: *Justissime igitur in hunc Deorum hostem irati, cum eum in judicio accusare debuissetis, Sacram vestram Civitatem profanastis.* Et deinde: *Pro! civem cives rabidorum canum more discerpsistis, & fumantes humano sanguine manus ad Deos attollere audetis! at Georgius ita puniri merebatur; concedam hoc vobis, & adjiciam, forte graviorem pœnam fuisse meritum, vos vero a carnificum officio abstinere oportebat. Leges habetis, quibus a vobis honor debetur, saltem publice. O vos felices! quod, me imperante, hanc culpam admiseritis, ego enim vos affectu fraterno diligo, in Dei, (*) & agnati mei gratiam. Rigidus Princeps tanto malo remedium amarissimum tulisset, satis mihi est, vos verbis, nempe remedio, quo lenius esse non potest, corripere, mihique persuasum habeo, vos mea bonitate commoveri, si vere Græca origine nati estis, & ab antiqua Majorum vestrorum nobilitate non degenerastis.*

Julia-

(*) Nempe Serapis. Interpres Protestans hunc sensum non reddidit, sed alium, qui Fleurii non est.

Julianus sciens Georgii bona post cædem ejus fuisse direpta, ad Ecdicium Ægypti Præfectum scripsit; curaret, ut libri servarentur, *nam librorum*, inquit: *ab unguiculis studiosus sum, & scio Georgium habuisse multos Philosophiæ, Rhetoricæ, & impiæ Galilæorum Doctrinæ. Utinam Galilæorum libros abolere possem! sed ne unacum istis & alii utiliores perdantur, omnes exactissime requirantur, & ad hunc laborem, qui Georgio ab epistolis fuit, adhibeatur; si fideliter imperata fecerit, in præmium accipiat libertatem, sin minus, verum in equuleo exprimatur. Novi, quos libros Georgius habuerit, nam, cum in Cappadocia essem, multos mihi mutuos dedit, ut transcriberentur, quos ei deinde reddidi.* Julianus hac super re etiam scripsit ad Porphyrium, Quæstorum in Ægypto Præpositum, jubens, ut Georgii Bibliothecam, quibuscunque posset modis, colligeret, sibique Antiochiam transmitteret. Sæculum IV. A. C. 362. *Epist.* 9. *v. Liban. pag.* 12. 34. *Epist.* 36.

§. XXV.

S. Athanasii reditus.

Sanctus Athanasius, sublato Georgio, cum nihil amplius obstaret, Alexandriam rediit, postquam annis ferme septem latuerat, nempe a nona Februarii anno 356. usque ad annum 362. circa mensem Augustum. Ingressus ejus triumphi *Sup. l. XIII. §.* 28. *Greg. Naz. or.* 21. *pag.* 391.

Sæculum IV. A. C. 362.

phi instar fuit, qualis tamen JEsu Christi Discipulum decebat; asino vehebatur, innumerabili populi multitudine circumdatus, qui Alexandria Cheream, unius diei itinere, & ultra obviam processerat; universam Ægyptum confluxisse dixisses;

ibid. p. 390. loca omnia editiora, ut Episcopum videre daretur, ascenderant, omnes loquentis vocem audire avebant, sanctificari credebant, ad quos umbra ejus pertingeret. Alexandriæ populus in turmas divisus stabat, quas sexus, ætas, & conditio distinguebat, sicut in quocunque solemni

p. 391. ingressu observari solebat. Nationes variæ, quæ tunc in vastissima urbe versabantur, suis quæque linguis jucundissimo clamore applaudebant; effusi odores, per totam urbem faces accensæ, in locis publicis, & domibus privatorum festi dies agebantur, totæ noctes in sancta lætitia transactæ.

Tum vero Catholici, pulsis Arianis, in

Socr. III. c. 4. omnium Ecclesiarum possessionem redierunt, ita, ut illi in privatorum domibus convenire coacti sint. Præses eorum erat Presbyter, nomine Lucius, quem jam tunc in locum Georgii Episcopum ordinasse dicuntur. S. Athanasius tanta charitate cum iis, qui se persecuti fuerant,

Greg. Naz. or. 21. *pag.* 392. egit, ut cum de ejus reditu conquerendi causa ipsis non esset, nullos habuisse Adversarios videretur. Oppressos sublevavit

vit nullo unius, alteriusve partis discri- Sæculum IV.
mine; prædicationem Sanæ Doctrinæ de A. C. 362.
S. Trinitate reduxit. Debitæ Sanctuario reverentiæ consuluit, eos arcendo, qui res sacras emebant, & vendebant; omnium animos sibi devinciebat, & sua sponte volentes regebat.

§. XXVI.

Concilium Alexandrinum.

Cum S. Eusebius Vercellensis, & Lucifer Calaritanus ex Thebaide, quo relegati fuerant, redirent, in deliberationem attulit, ut ambo ad S. Athanasium proficiscerentur, cum eo de rebus Religionis acturi, præcipue de concordia in Ecclesiam Antiochenam reducenda. Lucifero præplacuit, se ipsum Antiochiam conferre, & Alexandriam duos tantum Diaconos mittere; hos in ea, quæ in Concilio futuro agenda essent, consentire jussit. S. Eusebius ivit Alexandriam, ubi S. Athanasius, communicatis cum eo consiliis, Concilium convocavit, non quidem Episcoporum numero, sed Sanctitate spectatissimum, quippe omnes JEsu Christi Nomen gloriose confessi fuerant. Inter hos primi erant S. Athanasius, & S. Eusebius Vercellensis; deinde S. Asterius Petrensis in Arabia, & plures ex Ægypto Episcopi nempe Cajus, Ammonius, Dracontius, Adelphius, Paphnutius, omnes

Sup. §. 4. Ruf. I. c. 27. Soz. III. c. 5. 6. Soz. V. c. 12. Theod. III. c. 4. 5.

Ruf. I. c. 28. Socr. III. c. 5.

Athan. ep. ad Antioch. 574. & 580.

Sæculum IV. A. C. 362.

propter fidem ejecti, vel proscripti numero viginti, præter alios quorum nomina non leguntur. Cum Episcopis præsentibus aderant quorumdam absentium delegati, Luciferi Diaconi duo, Herennius, & Agapetus; alii duo Diaconi, Maximus, & Calimerus, quos Paulinus Presbyter, Eustathianorum Antiochenorum caput, miserat, & aliqui Monachi, ab Episcopo Apollinari missi; is Apollinaris Hæresiarcha fuisse creditur, cujus errores necdum in Ecclesia erant cogniti.

Concilium ante omnia tranquillitatem Ecclesiæ reddere adlaboravit post immanem tempestatem, quam Ariani sub Constantio excitaverant, dum eorum machinationibus factum, ut omnes formulæ Ariminensi subscriberent. Totus Mundus Arianum se esse mirabatur; Episcopi Catholici obstupescebant, quod Ariani perversum sensum darent verbis, quæ ipsi in sensu sano approbaverant, quibusque se ab hominum perfidissimis decipi passi fuerant. Catholici anathema dixerant, docentibus, Filium Dei esse Creaturam, sicut omnes aliæ creaturæ sunt, atque ita acceperant, quod Filius Dei nullatenus esset Creatura, cum interim Ariani ita acciperent, Filium esse Creaturam, sed modo distincto. Ergo Catholici Fidelibus hæretici esse videri poterant contra propriæ conscientiæ testimonium, quam-

Ruf. 1. c. 28. Sup. XIV. §. 24. Hier. in Lucif. c. 7.

Sup. XIV. §. 14.

quamvis in corde suo nullius alterius Doctrinæ, quam Catholicæ sibi conscii essent, nec unquam aliter sensissent; per corpus Domini, (*) & quidquid sacrum in Ecclesia esse potest, testabantur nihil mali in illa fidei Professione sibi suboluisse; ajebant: *credidimus, sensum verbis congruere, nec in mentem nobis venit, in Ecclesia Dei, ubi simplicitatis, & sinceritatis sedes est, homines inveniri posse, qui aliud lingua eloquerentur, quam quod in corde sentirent. Decepti sumus, quod impios homines, bonos esse credidimus; impossibile nobis videbatur, ut JEsu Christi Pontifices contra JEsum Christum pugnarent!* Ita lachrymis perfusi loquebantur, & parati, tam suam subscriptionem, quam omnes Arianorum blasphemias condemnare. Addebant ad suam excusationem, quod ad tempus tempestati Sæculum IV. A. C. 362.

(*) Hoc sine omni dubitatione de Corpore Domini in Evchariſtia accipiendum. At Interpreti noſtro Proteſtanti Parte III. p. 183. hoc ita transferre placuit: Sie bezeugten bey dem Leichnam JEſu am Creuz. Egregie! quantus Realis præſentiæ Chriſti in Evchariſtia aggreſſor! poſt paucas lineas poſuit loco verborum: contra JEſum Chriſtum. Wider ſich ſelbſt. Huic Interpreti defuit diligentia, & fidelitas. In pag. ipſius 199. quæ de Apolline dicuntur, Puellæ Daphni tribuit imperitus Mythologus. In eadem pag. Num. ſeq. iterum erratum.

Sæculum IV. A. C. 362.

cessissent, ne si fugerent, Episcopi hæretici in locum suum sufficerentur, qui Ecclesias pervertissent, & quod maluissent hanc culpam in se suscipere, quam occasionem præbere, ut Fideles populi perirent.

Quidam eorum, qui non subscripserant, illos non esse recipiendos existimabant; tales in ordine Episcoporum tolerari posse negabant, qui se ipsos, quocunque demum modo, hæreticorum Communione inquinassent, & rigore nimio petebant, ut deponerentur, & alii in eorum locum ordinarentur. Hanc viam in quibusdam locis tentaverant, sed Episcopi, qui sibi in illa subscriptione nullius malæ fidei conscii erant, ægre in suam depositionem consensissent, atque tantus erat Fidelium in Episcopos suos amor, ut quemcunque, qui sibi Charissimum Pastorem eripere attentasset, lapidibus obruissent. Qui severissime censebant, dicebant, ut saltem suæ solius Ecclesiæ communione contenti viverent, quod aliqui post lapsum suum fecerant. His objiciebatur, quod, si isti Episcopi semper in hoc statu essent relinquendi, hoc ipso Ecclesia divideretur, & timendum esset, ne, si contemptos se a cæteris viderent, re ipsa ad Arianos deficerent. His ergo zelatoribus Apostoli Regula opponebatur; non quærendum,

Concilium Alexandrinum.

quod

quod nobis utile, sed quod pluribus salutare. Ita Ecclesia tunc multitudini Fidelium succurrere solebat, alias in schismate, & hæresi perituræ. *Expedit*, ajebant Patres: *nos paulisper inclinare, ut lapsos erigamus, & sic multis comitantibus Regnum Cælorum ingrediamur, quam aliis æternum gloriam invidere, quasi nobis solis debitam.* Sæculum IV. A. C. 362.

Ruf. 1. *c.* 28. 1. *Cor.* 10. 33. *Aug. ep.* 50. *ad Bonif. c.* 10. *n.* 47.

Hanc viam mitiorem Concilium Alexandrinum tenuit; primo decretum, Hæreticorum Ducibus veniam esse impertiendam, si errori renuntiarent, locum autem inter Clericos non esse concedendum, quia excusationem non haberent, se ab aliis fuisse inductos. Qui aliorum exemplo, quasi vi torrentis fuissent abrepti, his quoque veniam concedendam, & præterea ordinem, quem in Clericatu obtinebant, servarent; si errori, & hæreticorum Communioni renuntiarent; non ideo quidem, ait S. Hieronymus: quasi crederetur, illos, qui hæretici fuerant, posse esse Episcopos, sed quia constabat, illos, qui recipiebantur, nunquam fuisse hæreticos. His S. Hieronymi verbis non significatur, per hæresin Caracterem, & potestatem ordinis Episcopalis amitti, sed tantum, ne absque dispensatione Ecclesiæ legitime functiones exercere possit, impediri.

Ath. ad Ruf. to. 2. *p.* 41. *Hier. in Lucif. c.* 7.

Sæculum IV.
A. C. 362.

§. XXVII.

Doctrina de Trinitate, & Incarnatione.

Socr. 3. c. 7. Ath. ad Antioch. p. 575. Ruf. 1. c. 29. Athan. ad Ant. p. 576.

Quod ſpectat ad Doctrinam Eccleſiæ, in Concilio Alexandrino de Spiritus S. Divinitate actum eſt, atque illi damnati, qui Spiritum S. dicebant eſſe Creaturam, & nihilominus ſe fidem Nicænam profiteri, & ab erroribus Arianorum alienos eſſe putabant. Ergo in Concilio ſtatutum; Spiritum S. a JEſu Chriſti ſubſtantia non eſſe ſeparandum, nec dividendam Trinitatem, ſi in ea quidquam creatum, inferius, aut poſterius ponatur. Etiam vox hypoſtaſis in disquiſitionem venit, quia non nulli illos arguebant, qui tres Hypoſtaſes admittebant, dicentes, has voces in Scriptura non inveniri. Qui ita querebantur a Concilio rogati ſunt, ne quidquam ultra ea, quæ in Symbolo Nicæno continebantur, credendum exigerent; eorum tamen opinionem, qui tres dari hypoſtaſes affirmabant, ad examen revocare placuit; ergo interrogantur, an hypoſtaſes dicerent in ſenſu Arianorum, nempe diviſas, alienas, diverſæ a ſe ipſis ſubſtantiæ, & unamquamque per ſe ipſam ſubſiſtentem? ad eum modum, quo filii hominum, & ab aliis Creaturis producta ſubſiſtunt? an vellent affirmare tres ſubſtantias diſtinctas, quales ſunt aurum, argentum,

gentum, & cuprum? aut, quod alii hæ- Sæculum IV.
retici dicebant, dari tria principia, aut A. C. 362.
tres Deos? reſponderunt; ſe nihil horum affirmare, nec unquam ſibi in mentem veniſſe; dixit Concilium: *quomodo ergo intelligitis, & quare his vocibus utimini?* reſponderunt: *quia S. Trinitatem non ſolum nomine Trinitatem dici, credimus, ſed vere eſſe, & ſubſiſtere; ſcimus, quod Pater ſit, & vere ſubſiſtat, quod Filius ſit, & vere ſubſiſtat in ſubſtantia Patris, & quod S. Spiritus ſubſiſtat, & exiſtat; non tres Deos diximus, aut tria principia, imo hoc dici, aut cogitari a quoquam non ſuſtineremus. Sanctam agnoſcimus Trinitatem, ſed unicam Divinitatem, unum Principium, Filium conſubſtantialem Patri, ſicut dixerunt Patres noſtri, Spiritum S. nec Creaturam, nec alienum, ſed proprium, & a ſubſtantia Filii, & Patris inſeparabilem.*

Concilium, poſtquam hanc de trina hypoſtaſi explicationem approbavit, opinionem illorum, qui unicam admittere accuſabantur, examinavit, ut pateret, an non in erroribus Sabellii eſſent, Filium, & Spiritum Sanctum ad nihilum redigentes, & dicentes, quod Filius ſit ſine ſubſtantia, aut Spiritus S. ſine ſubſtantia. Affirmarunt, quod hoc non dicerent, nec unquam cogitaſſent, *at vero*, inquiebant: *vocem* HYPOSTASIS *in eadem ſignificatio-*

Sæculum IV. A. C. 362.

ne accipimus, qua vocem ſubſtantia, & credimus dari unicam, quia Filius eſt de ſubſtantia Patris, & natura unum, & idem eſt. Nam tantum unam dari Divinitatem, & unam naturam Divinam credimus, non vero naturam Patris, a qua natura Filii, & Spiritus S. diſtincta ſit. Qui tres hypoſtaſes admittebant eandem cum iſtis ſibi eſſe de Divinitate ſententiam faſſi ſunt, atque qui unam dicebant, illorum explicationem receperunt, atque utraque pars Ario, Sabellio, Paulo Samoſateno, Valentino, Baſilidi, & Maneti anathema dixerunt. Omnes Confeſſionem fidei Nicænam optimam eſſe, & exactiſſimam fatebantur, huic impoſterum inhærendum, & ejus verba ſervanda. Cœterum vox Hypoſtaſis antiquis Philoſophis, & bonis Græcorum Scriptoribus, ſaltem in hoc ſenſu, incognita erat, hancque Philoſophi recentiores introduxerant, frequenter eam adhibentes pro verbo *ouſia*, quod eſſentiam, aut ſubſtantiam ſignificat. Oſius in Concilio, quod Alexandriæ tempore Conſtantini Magni egerat, hanc quæſtionem tractaverat, at in Concilio Nicæno, quod ſtatim ſecutum, de ea nulla mentio facta.

Socr. III. c. 7.

Sup. l. X. §. 43.

In Concilio Alexandrino etiam de Myſterio Incarnationis quæſtiones agitatæ ſunt. Poſtquam illi, qui hac ſuper materia diſputabant, fuere interrogati, his,

Ad Antioch. p. 578.

his, qui præsidebant, Auctoribus, in se- Sæculum IV.
quentem sententiam consenserunt; JE- A. C. 362.
sum Christum ad Prophetarum ordinem non esse deprimendum, aut pro viro Sancto, qui ad finem sæculorum venisset, habendum, quia de Prophetis simpliciter scriptum est, quod verbum Dei acceperint, de JEsu Christo autem dicitur, quod ipsum Verbum caro factum sit, & quod, cum in forma Dei esset, formam servi assumpserit, homo factus, & propter nos secundum carnem ex Maria natus sit; quod itaque per ipsum genus humanum plene, & perfecte a peccato liberatum, a morte redemptum, & in Regnum Cœlorum introductum sit. Confitebantur etiam, Salvatorem non habuisse corpus sine anima, sine sensu, sine cogitatione, neque hoc esse possibile, cum nobis non tantum salutem animæ, sed etiam corporis attulerit. Cum esset vere Dei Filius, factus est quoque Filius hominis, atque Filius Dei unigenitus, etiam primogenitus inter multos fratres factus est. Quamobrem Filius Dei, qui erat ante Abraham, *Joan.* 8. 58.
non est alius, quam qui post Abraham venit; qui Lazarum suscitavit a mortuis, *Joan.* XI. 34.
non erat alius, quam qui quærebat, ubi Lazarus esset positus, idem erat, qui ut homo quærebat, ubi esset, & ut Deus, suscitavit ab inferis. Idem erat, qui in corpore exspuebat, ut homo, & qui Spi- *Joan.* 9. 6.

Sæculum IV. A. C. 362.

ritu, ut Filius Dei cœcum a nativitate sanabat; qui patiebatur in carne, ut loquitur S. Petrus, & ut Deus sepulchra aperiebat, & mortuos suscitabat. Qui de Incarnatione disputaverant, consenserunt, ut omnia, quæ de Christo in Evangelio legebantur, hoc modo explicarent.

1. *Petr.* 4. 1.

Concilium Alexandrinum.

Non erat nova hæc Doctrina, sed Traditioni Ecclesiasticæ, & Veterum scriptis consona. S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, Apollinaris Hierapolitanus, qui regnante Marco Aurelio vivebat, & Serapion Antiochenus eadem scripserant, nempe Verbum incarnatum animam habuisse. Idem Origenes scripserat, & Concilium, ipsius tempore in causa Berylli Episcopi Bostrensis in Arabia celebratum, idem docuerat. S. Athanasius in Concilio Alexandrino prælegit Apologiam, quam diu ante scripserat, ut justæ fugæ suæ causas adversus Leontii Antiocheni, & aliorum Arianorum criminationes exponeret. Tandem Concilium ad Luciferum, Cymacium Paltensem in Syria, & Anatolium Eubœum, tunc Antiochiæ morantes, litteras dedit, quibus actorum rationem reddebat; hæ litteræ, quæ sub nomine epistolæ S. Athanasii ad Antiochenos notissimæ sunt, a S. Asterio Petrensi, & S. Eusebio Vercellensi Antiochiam allatæ sunt.

Socr. III. c. 7. Sup. IV. §. 4. Euf. IV. hist. 33. Sup. l. VI. §. 12. Socr. III. c. 8. Sup. XIII. §. 47. ap. Athanasio. 1. p. 5. to. 2. conc. p. 810.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Sæculum IV. A. C. 362.

Epistola ad Ecclesiam Antiochenam.

In hac epistola Patres Concilii Alexandrini loquuntur in hunc modum: *Omnes, qui a vobis pacem petent, recipite, præcipue eos, qui in Palæa conventus suos agunt;* hi erant S. Meletii Sectatores. *Etiam illos, qui Arianos relinquunt, ad vos trahite, affectu Paterno recipite, & charissimis nostris fratribus, qui Paulinum sequuntur, conjungite, nihil aliud ab illis exigite, quam ut hæresin Arianorum anathematizent, & fidem Nicænam profiteantur. Illos vero etiam damnent, qui dicunt Spiritum Sanctum esse Creaturam, atque errores Sabellii, Pauli Samosateni, Valentini, Basilidis, & Manetis.* Et inferius: *Omnibus viribus prohibete, ne quisquam legat, aut aliis legendum det illud scriptum, quod aliqui expositionem fidei Concilii Sardicensis esse comminiscuntur, nam nihil tale ab hoc Concilio profectum est; non nulli quidem petierunt, ut fidei professio scriberetur, & ausu temerario scribere attentarunt, at S. Concilium factiosorum hominum molitionem cum indignatione rejecit, & Fideles omnes Definitione Concilii Nicæni contentos esse jussit.* Patres Alexandrini deinde referunt, quid circa quæstiones de Hypostasi, & Incarnatione egerint, & quod, postquam diverse

Sup. l. XIII. §. 33.

Sup. l. XI. §. 35.

Sæculum IV. A. C. 362.

diverse de his fidei articulis loquentes mentem suam coram explicare jussissent, judicaverint, eos in eadem esse sententia. Eos, ad quos scribunt, hortantur, ut idem faciant, & omnes, qui prædictas quæstiones eodem modo explicarent, recipiant, alios, tanquam de fide suspectos rejiciant, & universaliter omnes Catholicos admoneant, ut temeraria judicia, & lites de nomine fugerent, & unionem, quibuscunque possent modis, conservarent. In fine addunt: *Hæc in loco, quo convenire soletis, publice prælegite! æquum enim est, ut ibi eorum, qui pacem acceptare volent, reconciliatio fiat; deinde in loco, quem totus populus, vobis præsentibus, elegerit, Conventus agentur.* Huic epistolæ subscripserunt S. Athanasius, & alii Episcopi præsentes. Duo Diaconi a Lucifero, & duo a Paulino delegati. S. Eusebius Vercellensis latine subscripsit, brevissimis verbis in sua subscriptione epistolæ substantiam complexus. Præter tres absentes Luciferum, Cymatium, & Anatolium ad Eusebium quoque, & Asterium, quamvis præsentes essent, dirigebatur epistola, ut his duobus, tanquam totius Concilii Delegatis, pro instructione serviret.

S. Athanasius privatim quoque ad aliquos Episcopos, quæ in hoc Concilio acta fuerant, perscripsit, præsertim ea, quæ ad recon-

reconciliationem illorum, qui in Concilio Ariminenſi ſubſcripſerant, pertinebant. Habemus epiſtolam, quam ad Ruffinianum ſcripſit, ubi indicat, alios Episcopos eadem mandata dediſſe in omnibus Provinciis, nominatim in Achaia, Hiſpania, Gallia, & Romæ, atque hanc Diſciplinam ab Eccleſia Romana fuiſſe approbatam. S. Athanaſius in eadem epiſtola exigit, ut, qui ad ſinum Eccleſiæ redeunt, nominatim Euzoium, & Eudoxium anathematizent, qui Filium Dei Creaturam eſſe volebant. Scripſit etiam ad S. Baſilium ut ab iis, qui ab Arianismo converterentur, nihil præter profeſſionem fidei Nicænæ expoſceret, eidem exemplo Episcoporum Macedoniæ, & Achaiæ, qui idem facerent, propoſito. Hanc Diſciplinam Romæ receptam fuiſſe, videmus ex epiſtola Liberii Papæ ad Epiſcopos Italiæ data, ubi eorum, quæ in Ægypto, & in Achaia decreta fuerant, mentionem facit, & eos, qui Arimini lapſi erant, recipi jubet, ſi modo profeſſionem fidei Nicænæ ſequantur, & Sectariorum Duces damnent.

Sæculum IV. A. C. 362.

Tom. 2. p. 4. to. 7. Concil. p. 76.

Baſil. ep. 75. p. 382.

Liber. ep. 2. apud Hilar. fragm. 12.

§. XXIX.

Ordinatio Paulini. Schisma Luciferi.

Sanctus Euſebius Vercellenſis, ſoluto Concilio, Alexandria Antiochiam ſe contulit, at de S. Aſterio Petrenſi nihil amplius

Mart. Rom. 10. Jun. Ruf. l. 1. c. 30.

Sæculum IV. A. C. 362.

amplius legimus, nisi quod Ecclesia ejus memoriam inter SS. Confessores agat.

Socr. III. c. 9. Sozom. V. c. 13. Theod. III. c. 5.

S. Eusebius, Antiochiam adveniens, novam Divisionis causam invenit. Lucifer divisas Catholicorum partes sub uno Episcopo unire conatus fuerat, & feliciter succedere potuisset labor, si virum utrique parti acceptum elegisset, sed cum videret Eustathianos obstinacius paci obsistere, conciliandos eorum animos putavit, si iis Presbyterum Paulinum Episcopum daret, quem jam sponte Partis suæ Principem sequebantur, sperans, Meletianos amore pacis eundem recepturos; igitur Paulinum in Episcopum Antiochenum ordinavit, assistentibus duobus Confessoribus, Gorgonio Episcopo Germaniciensi, & Cymatio Paltano. Paulinus vir erat Episcopatu dignus, a S. Eustathio Presbyter ordinatus, nunquam hæreticorum communione contaminatus; at Meletiani eum non receperunt. Hæc ordinatio, quæ dissidentium animos componere debuerat, contentionem auxit, jamque tres numerabantur, qui se Antiochiæ Episcopos gerebant, Meletius, & Paulinus Catholici, & Euzoius Arianus. Hoc Schisma octoginta quinque annis a depositione S. Eustathii anno 330. usque ad conjunctionem Eustathianorum sub Episcopo Alexandro anno 415. Ecclesiam Antiochenam turbavit. Arianis omnes Eccle-

Hier. Chr. an. 363. & ibi Scalig.

Theod. III. c. 5. Sup. l. XI. §. 43.

sias

sias occupantibus, S. Meletius, nuper ab exilio reversus, in Palæam extra urbis muros sitam, in cujus possessione erant Fideles, qui suam Communionem sequebantur, contentus esse coactus est. Euzoius parvam Ecclesiam in urbe Paulino concessit, nolens virum expellere, cujus senectutem, mansuetudinem, & vitæ Sanctitatem reverebatur; præterea longe majori invidia in Meletium ardebat, ob ea, quæ in sua ordinatione contigerant. S. Eusebius comperto Ecclesiæ Antiochenæ statu, neutri Catholicorum parti communicare voluit, ne, si alterutri se jungeret, schisma augeret, quod extincturus, advenerat. Luciferi factum quidem publice reprehendere abstinuit, considerans, quam utilis Ecclesiæ sua eruditione fuisset, secreto tamen ingemiscebat, quod ordinatione præcipiti viam reconciliationi occlusisset, promittebatque, huic malo remedium in futuro Concilio afferendum; quantumcunque vero exinde ad Ecclesiam pacificandam laboraverit, irritus conatus fuit, cum ii, qui S. Meletio adhærebant, ipsius præsentia confirmarentur. Ergo re infecta S. Eusebius discessit. Sæculum IV. A. C. 362. *Sup. XIV. §. 32.*

Lucifer offensus, quod Eusebius ordinationem Paulini non probasset, ab ejus, & quod inde sequitur, Ecclesiæ Catholicæ Communione abstinuit. Imo Decreta Con-

Sæculum IV. A. C. 362.

Concilii Alexandrini rejicere cupiebat, & ad ea approbanda devinctum se sentiens per procurationem, quam in epistolis Diaconis suis dederat, Diaconorum factum reprobare, eosque deponere volebat; post longam deliberationem, sibimetipsi contrarius, statuit, servare sibi Diaconos, & tamen Concilium Alexandrinum damnare. Ab eis, qui in Concilio Ariminensi subscripserant, ita abhorrebat, ut etiam ab eorum communione, qui subscribentes post præstitam convenientem satisfactionem recipiebant, recesserit. Hæc fuit origo novi Schismatis; nam quosdam habuit Sectatores licet parvo numero, quos Luciferianos dixerunt, in Sardinia potissimum, & Hispania dispersos. Cœterum nihil aliud Lucifero objicitur, quam quod duræ cervicis fuerit, at nullius in fide erroris arguitur.

Lucifer Schismaticus.

Aug. de hær.

Hier. Chr. an. 371. Ruf. 1. hist. 6. 30.

Diu Antiochiæ moratus, ea urbe relicta, in Sardiniam, & Ecclesiam suam Calaritanam rediit, ibique post annos octo 370. humanis excessit.

Hilarius, Ecclesiæ Romanæ Diaconus, gente Sardus, qui Luciferum in sua Legatione ad Imperatorem Constantium comitatus, exilium, virgas, & tormenta post Concilium Mediolanense tulerat, eo usque contentionis ardore abripi se passus est, ut baptizatos ab Arianis rebaptizaret, quod Lucifer non fecerat. Cum Hila-

Hilarius esset tantum Diaconus, nec Presbyteros, aut Episcopos haberet, Evchariſtiam consecrare non poterat, nec ex eadem causa Baptismum solemnem conferre, qui, ut consuetudo illius temporis ferebat, absque Evchariſtia non conferebatur, multo minus poterat Clericos ordinare; hinc factum, ut ipsius Secta unacum suo auctore interierit. Sæculum IV. A. C. 362.

§. XXX.

S. Eusebii Vercellensis, & S. Hilarii Labores.

Sanctus Eusebius Vercellensis secum in Occidentem duxit Presbyterum Evagrium Pompejani Antiocheni filium, exinde in una hujus Ecclesiæ Sede Paulini Successorem. Idem S. Eusebius plurimas Orientis Provincias peragravit, modicæ fidei Christianos confirmans, rudes informans, & ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem reducens; inde in Illyricum transiit, & tandem in Italiam, ubi omnium Fidelium applausu exceptus est; ibi S. Hilarium Pictaviensem invenit, qui etiam sua ex parte ad revehendam fidem Catholicam pari zelo, & feliciori successu adlaborabat; in causa reconciliationis eorum, qui formulæ Ariminensi subscripserant, ejusdem, cujus S. Athanasius, erat opinionis, & contra sententiam aliquorum, cum illis communicare recusantium, omnes vocabat

Basil. ep. 8. Ruf. 1. c. 30. Socr. III. c. 10. Sozom. V. c. 13.

Sulp. Sev. l. 2. p. 433. &c.

Sæculum IV. A. C. 362.

cabat ad pœnitentiam; hanc ob causam plura in Galliis celebravit Concilia, atque inter illa Parisiense, de quo locuti sumus, numerari potest. In istis Conciliis, quæ Arimini facta fuerant, damnata sunt, & fides Ecclesiæ puritati pristinæ restituta. Saturninus Arelatensis malignæ, & perversæ indolis homo piis conatibus adversabatur, qui deinde præter hæresis suspicionem enormium scelerum convictus, & Ecclesia ejectus est. Paternus Petricoriensis, nec in moribus, nec in fide Saturnino melior, Episcopatu depositus; reliquis omnibus venia concessa; atque omnes fatebantur, solius S. Hilarii sollicitudine, & industria factum, ut Gallia ab hæresis macula purgaretur.

S. Hilarius ex Gallia migravit in Italiam, ubi S. Eusebius Vercellensis eum invenire gavisus est. Uterque juncta opera pacem reducere conabatur, at uberiores fructus colligebat Hilarius, mitissima indole, opinione eruditionis, & eloquentiæ arte insignis. Tunc Episcopi Italiæ data ad Illyricos epistola iis reditum ad sanam Doctrinam gratulati sunt; *omnes jam in hoc consensimus*, inquiebant: *ut Decreta Nicænæ Synodi servemus contra Arium, & Sabellium, quorum ex parte hæres est Photinus. Unanimi omnium Provinciarum consensu Decreta Ariminensia, quorumdam privatorum argutiis corrupta*

Ruf. 1. 6. 31.
ap. Hilar. fragm. 12. n. 3.

pta, irritavimus. Subscriptionum nostrarum exempla vobis transmittimus, ut, quisquis pacem nostram cupit, nobis diligenter formulam suam mittat, qua fidem Nicænam recipiat, & Concilium Ariminense damnet. Ex hac epistola dispicere est, quam largos fructus S. Eusebii in Illyrico labores tulerint, ubi antea sub Photino, Germinio, Ursacio, & Valente hæresis fuerat dominata. Sæculum IV. A. C. 362.

§. XXXI.

Martyres in Italia, & in Gallia.

Multi leguntur in antiquis Martyrologiis sub Juliano Romæ Martyrium passi. Quos inter inveniuntur Joannes, & Paulus, quos præcipuis in aula sub Constantino officiis spectabiles fuisse dicunt; Pigmenius, Priscus, Joannes, & Januarius Presbyteri; Bibiana Virgo, Mater ejus Dafrosa, & Flavianus Pater, qui Præfectus fuisse fertur. Gordianus Præfecti Vicarius, & quidam alii. Inter hos illustrissimæ famæ sunt SS. Joannes, & Paulus. Illud certum est, a Juliano Apronianum Gentilem, & Christianis infensissimum anno 363. Romæ Præfectum fuisse constitutum. Is Romam adveniens unius oculi jacturam fecit, cumque id sibi maleficio accidisse crederet, ad conquirendos Magos, veneficosque accensus est; atqui inter alias criminationes, quibus

Baron. ann. 362. *ex Martyr. & act. Mart. Rom.* 2. *Decembr.* 10. *Maji.* 26. *Jun.* *Am. XXVI. c.* 3.

Sæculum IV. A. C. 362.

Christiani vexabantur, veneficium numerabatur.

Paulin. ep. 28. ad Victric. 2. Martyr. 7. Aug.

In Gallia miles, nomine Victricius, solemni die, coram Tribuno stantibus in ordine militibus, progressus, abjectis armis, militiæ se nuntium mittere edixit; Tribunus fustibus cæsum, & testarum aculeis laceratum ad Comitem remisit, qui eum capite damnavit; carnifex, cum eum duceret, manu locum signabat, quo eum percuteret, & ecce! repente utroque oculo capitur; Victricius in carcerem mittitur, vinculis ferreis tam arcte manus ejus constringentibus, ut nexus ad ossa penetrarent; rogavit ergastularios, ut paulisper relaxarent, ipsis tantillum obsequium denegantibus orans, ad JEsum Christum convertitur, tum subito Ministri vincula, nemine solvente, decidere conspexerunt; denuo vincire non ausi, & stupore turbati, ad Comitem decurrentes, prodigium narrant; is ipse ad fidem conversus, Victricium libertati restituit. Victricius post hæc Episcopus Rhothomagensis fuit, &, fructu labori respondente, fidem Catholicam per totam Oceani oram, quam Morini, & Nervini habitabant, mirifice propagavit. Inter Martyres Galliæ quoque numeratur Eliphius Tullensis, cui Coloniæ honos habetur. Illa tempestate Salustius, Julia-

Martyr. 16. Octobr.

ni amicus, Galliarum erat Præfectus, ad quem

quem Julianus Orationem suam in Laudem Solis direxit, ubi omnem Rhetoricæ suæ artem, & Theologiæ Gentilis Mysteria dilucide exponit. Hunc Collegam in Consulatu assumpsit anno 363. S. Hilarius modicum tractatum contra hunc Præfectum Salustium, & contra quemdam Medicum, nomine Dioscorum scripsit, nempe, ut pronum est conjecturare, in Religionis Catholicæ defensionem.

Sæculum IV. A. C. 362.

Am. XXI. c. 8. *Hier. script. Id. ad Magn. Ep. 48. pag. 310.*

§. XXXII.

Quædam a Donatistis in Africa vi injusta peracta.

Donatistæ in Africa occasionem sibi favere rati, Libellum Juliano obtulerunt, quo rogabant, ut Episcopi sui sub Imperatore Constante, cum Paulum, & Macarium in Africam misissent, proscripti, revocarentur. Facile, quod petebant, Julianus concessit, jussitque, ut in possessionem Ecclesiarum suarum postliminio mitterentur. Veniunt ergo armata manu, possessionem invadunt, multisque in locis, patratis cædibus, ingentis sævitiæ specimina edunt; judices vero tantæ crudelitatis exempla ad Imperatorem perscribere sui esse muneris duxere. Felix Episcopus Zabanus, & Januarius Flumenpiscienses venerunt Lemellam, ubi cum clausis Ecclesiæ portis arcerentur, quosdam suorum tectum conscendere, & lateres

Optat. lib. 2. Sup. 12. §. 48. Aug. ad Donat. ep. 105. al. 166.

Sæculum IV. A.C. 362.

teres aufferri jusserunt; atque, Diaconis Catholicis altare tuentibus, plures vulnerati, & duo occisi sunt. Primosus Episcopus Catholicus Lemellanus de facti atrocitate Concilio Thebesteno, quod Donatistæ agebant, amarissime conquestus, surdis auribus fabulam cecinit. Thipasum, Mauritaniæ Cæsareanæ, urbem, duo Episcopi Donatistæ ex Numidia Urbanus Formesanus, & Felix Idicriensis quibusdam Ducibus, & Præside Athenio stipati, cum signis militaribus irruperunt; ibi populus Catholicus ejectus, viri vulneribus læsi, mulieres raptatæ, quarum non nullæ abortum fecere; occisi infantes; imo Evchariſtia canibus projecta; at canes subita rabie acti, & in Dominos suos irruentes, eosdem dentium morsibus dilacerarunt. Ampulla, qua Sacrum Chrisma servabatur, per fenestram dejecta, & petræ incidens, non est comminuta. Moniales in hoc tumultu defloratæ. Inter cœteras una ab Episcopo Felice compressa est, cui ipsemet Mitram olim tanquam filiæ suæ Spirituali imposuerat. Hæc Mitra erat pileus ex lana candida, purpura ornatus, qui in Africa Virginibus, Deo consecratis, in signum suæ Professionis, sicut alibi velamen, dari consueverat.

Opt. l. 6. Donatistæ illis Virginibus, quas in suas partes traxerant, Mitras, ab Episcopis Catho-

Catholicis acceptas, detrahebant, & im- Sæculum IV.
ponebant novas. Fideles exorcizabant, A. C. 362.
ut denuo rebaptizarentur, muros Eccle-
ſiarum abluebant, altaria confringebant,
& flammis tradebant, quippe pleraque
in Africa erant ex ligno. Sacri calices com-
minuebantur, & liquabantur, ut in alios
uſus verterentur. Verbo ea omnia Do-
natiſtæ profanata æſtimabant, quæcunque
Catholici Epiſcopi conſecraſſent, quapro-
pter eorum Evchariſtiam ante canes mit-
tebant. Catholicorum Diaconos, Pres-
byteros, & Epiſcopos ad Laicorum ordi-
nem detrudebant; pœnitentiam Virgini-
bus, & innocentiſſimis infantibus injun-
gebant, cum autem hoc non niſi perfun-
ctorie fieret, tempora a Canonibus præ-
ſcripta non ſervabant, ſed hic poſt unum
annum, alter poſt menſem, & alius poſt
diem unam pœnitendi finem faciebant.

§. XXXIII.

Confeſſio S. Apollonii in Ægypto.

Imperatoris in Chriſtianos odium omni- *Socr. III.*
um Provinciarum Rectoribus anſam *c.* 14.
præbuit, eos perſequendi, multas extor-
quendi pecunias, & tormentis afficiendi,
optime gnaris, etſi ultra Juliani mandata
agerent, nullas ideo a ſe pœnas exigen-
das; & reipſa quoties Chriſtiani de in-
juriis quererentur, Imperator reſponde-
bat: *veſtra hæreditas eſt, omnia adverſa*

Sæculum IV. A. C. 362.

Ruf. vit. patr. l. VI. c. 7. Pallad. Lauſ. c. 52.

patienter tolerare, hoc eſt, quod vos docuit Deus veſter. In Ægypto S. Apollonius ab annis quadraginta cum magno Diſcipulorum numero in eremo vivebat; cum aliquando eorum aliquis vi abductus eſſet, ut etiam invitus militiæ adſcriberetur, nam Julianus Clericos, Monachosque militare cogebat, Apollonius ad eum in carcerem ſe contulit, ut ſolatium ferret; ſupervenit Centurio, atque indignatus, Apollonium auſum eſſe intrare, eum cum omnibus, qui venientem comitati fuerant, aucto excubitorum numero incluſit, omnes, ut milites eſſent, coacturus. At ecce! media nocte apparuit Angelus, fulguris inſtar, qui carceris januas aperuit; mox cuſtodes Sanctorum genibus advolvuntur, rogantes, ut liberi discederent, malle ſe pro iis mori, quam Potentiæ Divinæ, eos protegenti, reſiſtere. Primo mane Centurio cum viris præcipuis accurrit, rogatque, ut omnes e carcere abirent, quippe nocte illa domum ſuam terræ motu collapſam, domeſticorum chariſſimos oppreſſiſſe. Sancti exeuntes, & Divinas laudes celebrantes, in eremum reverſi ſunt. S. Apollonius diu ſupervivens plura patravit miracula; in Thebaide prope Hermopolin morabatur, ferme quingentos Monachos aſcetica Disciplina gubernans.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Sæculum IV.
A. C. 362.

S. Athanasius expulsus.

Gentiles Alexandrini non diu S. Athanasium quiescere passi sunt. Hanc ipsi urbem Sacram, & Deo Serapi dicatam habebant, eratque omnis generis Sacrificulorum, & Magorum receptaculum, ubi summæ impietatis facinora sub Imperatoris tutela audebant; omnem exuentes humanitatem, innocentes infantes utriusque sexus jugulabant, ut eorum exta aspicere, & carnes manducare liceret. Eadem crudelitate in parvulos Athenis, altera Barbaræ Idololatriæ Sede, sæviebant. Igitur Alexandrini, inita contra S. Athanasium conspiratione, ad Imperatorem scripserunt; hujus viri præsentia omnem suam artem eludi; ab ipso totam urbem, & totam Ægyptum seduci, ipso manente nec unum brevi tempore Deorum cultorem superfuturum. Perlecta epistola Julianus rescripsit in hæc verba: *Virum illum, qui bis duorum Imperatorum mandatis proscriptus fuerat, saltem novum redeundi mandatum, antequam redire auderet, exspectare oportuisset; ego quidem Galilæis, a Constantio felicis memoriæ proscriptis, reditum in Patriam, non vero in Ecclesias suas permisi; nihilominus audio, audacem illum Athanasium consueta sibi temeritate Sedem, quam Episcopa-*

Eunap. in Aedes. pag. 72.

Socr. III.

Ruf. 1. c. 33. Theod. III. c. 9.

Jul. ep. 26.

Sæculum IV. A. C. 362.

copalem vocat, maximo piissimi populi Alexandrini dolore denuo occupasse; hinc jubeo, ut quamprimum hoc meum mandatum acceperit, urbe exeat, ni, si moretur, pœnam graviorem velit incurrere.

Populus urbis Alexandrinæ Christianus totius communitatis nomine ad Julianum, ut sibi Athanasium donaret, scripsit; quantum autem hæc petitio Juliani animum irritaverit, ex responso deprehenditur; *Si vobis*, inquit: *fundator esset, eorum de numero aliquis, qui propriam legem violarunt, &, quod novam Doctrinam inducere voluerint, meritas pœnas dederunt, tamen ne Athanasium peteretis, pudor vetare debuisset, nunc cum Alexandrum urbis vestræ Auctorem habeatis, & Regem Serapidem atque conjugem suam Isidem, totius Ægypti Reginam, Deos Tutelares, quis non obstupescat, quod saniorem urbis vestræ partem non sequamini, & una pars corrupta totius Civitatis nomen sibi arrogare non erubescat. Totus pudore suffundor Deorum causa, quod aliquos ex vobis Alexandrinis Galilæos esse non pudeat. Verorum Hebræorum Patres olim Ægyptiorum servos fuisse legimus, & vos, Ægyptiorum victores, illorum servitutem subitis, qui Majorum suorum leges contemnunt!* Hoc probrum sæpissime Gentiles Christianis ingerebant, quod Judæorum transfugæ, & propriæ Religioni

Ep. 51.

Rebel-

Rebelles essent. Tunc Julianus in hunc modum orationem prosequitur: *antiquæ illius temporis felicitatis obliti estis, dum tota Ægyptus ob religiosum cum Diis commercium bonis omnibus affluebat. Sed obsecro! edicite! quid denique boni novæ Doctrinæ Auctores vobis attulerunt? Fundator vobis est Alexander Macedo, Deorum famulus, qui Maximi Jovis gratia tantum Galilæos, & Galilæis meliores Judæos superat, quantum terra Cælum præstat. Successerunt Ptolomæi Reges, qui urbem vestram auxerunt, & ornarunt, num autem ad hanc amplitudinem, & rerum omnium abundantiam JEsu sermones, aut maledictorum Galilæorum execrabiles fabulas quidquam profuisse putatis?*

Sæculum IV. A. C. 362.

Augustus, pulsis ob rempublicam male administratam Ptolomæis, in Dei Serapidis, & Philosophi Arii, sibi inter amicos charissimi, gratiam, vobis peccatorum veniam clementissime concessit. Cogitate ergo, quam singularia a Diis civitas vestra acceperit beneficia! at vero num forte vos soli illa bene facta ignoratis, quæ Dii omnipotentes in totum genus humanum largissime effundunt? an vos soli, inter mortales universos cæci, splendorem Solis non videtis? an vobis solis ignotum, quod Sol, Rex Siderum, æstatis, & hiemis auctor, & causa sit, quod animalia omnia, & plantas producat? an vos soli tanto stupore torpe-

Juliani Epistolæ.

Sæculum IV. A. C. 362.

torpetis, ut neſciatis, quod luna a ſole re omnes procreandi virtutem accipiat? in terim Deorum quemquam adorare crimini ducitis, & Deum Verbum dicitis JEſum, quem nec vos, nec Patres veſtri viderunt, illum vero, quem totum Genus humanum reveretur, & omnis boni fontem adorat, contemnitis, Solem, dico, contemnitis, vi ventem, animatam, rationabilem, & bene ficam intelligibilis Patris imaginem. Mihi experto credite, & in viam rectam redite. Viginti annis vias veſtras ambulavi, & hic eſt annus duodecimus, quo Deorum ope aliam, quam modo tero, ingreſſus ſum. Ex his verbis arguitur, hanc epiſtolam poſt ſextam Novembris anno 362. ſcriptam fuiſſe, nam Julianus ſexta Novembris anno 331. natus, tunc annum trigeſimum ſecundum ætatis agebat; hic vero docemur, ipſum ab anno vigeſimo Chriſtianis Sacris renuntiaſſe. Ulterius epiſtola ad Alexandrinos hæc habet:

Sup. l. XII. §. 1.

Si in doctrina impoſtorum iſtorum perſeverare vultis, de fide veſtra qualicunque inter vos conveniat, ſed Athanaſium petere ceſſate. Multi Diſcipulorum ejus ſatis facundia valent, ut pruritum aurium veſtrarum impiis ſermonibus ſatient. Si hujus viri tantum vobis eſt deſiderium, ob ejus in rebus gerendis calliditatem, quippe impoſtor vaferrimus eſſe dicitur, ſcitote, quod propter ipſam hanc cauſam tantam peſtem

peſtem ex veſtra urbe ejectam velim. Ab infimæ ſortis homine, qualis iſte Athanaſius eſt, ſi magni momenti negotiis ſe ingerit, & vilem prodigit vitam, quid aliud exſpectetis, quam ut civitati veſtræ perniciem afferat?

Sæculum IV. A. C. 362.

Scripſit deinde Julianus ad Ecdicium Ægypti Præfectum, ut mandata diligenter curaret; *Etſi*, inquit: *nihil aliud, quod mihi ſcriberes, haberes, tamen de Athanaſio, Deorum inimico, tacere non deberes; juro per magnum Serapidem! niſi ante Calendas Decembris Alexandriam purgaverit, aut potius totam Ægyptum, a militum tuorum cohorte centum auri libras mulctæ nomine exigam.* Huic epiſtolæ manu propria ſubjunxit: *Deorum contemptum impatientiſſime fero, nec aliud quidquam gratius mihi nuntiaveris, quam univerſa Ægypto ejectum eſſe hominis ſcelus, Athanaſium iſtum, qui, regnante me, mulieres Græcas, & nobiles auſu nefando baptizavit.*

Epiſt. 6.

Rurſus igitur copias in S. Athanaſium mittere, Eccleſiam aggredi, vimque parare opus fuit; magna Alexandriæ Eccleſia, quæ erat Cæſareana, Paganis, Judæisque flammas injicientibus, conflagravit. Imo etiam Athanaſium interfici Julianus juſſerat; perterriti Fideles obortis lacrymis Paſtorem ſuum circumſtabant, quibus ipſe: *perſecutio hæc nubecula eſt, cito tranſitura.* Tum oviculis ſuis valedixit, Eccle-

Ruf. 3. c. 34.

Theod. III. c. 9. Socr. III. 6. 14.

Sæculum IV. A. C. 362.

Eccleſiam amicorum ſolertiſſimis commendavit, ſciensque, perſecutores ſuos adveniſſe, navem, in littore Nili obviam, intravit, & adverſo flumine verſus Thebaidem vehi cœpit; is cui demandatum erat S. Athanaſium interimere, comperta ejus fuga, ſtrenue inſequebatur; ſed quidam ex S. Athanaſii amicis illius celeritatem antevertens, viro Sancto nuntiavit, eſſe, qui omni virium contentione inſectarentur; qui cum S. Athanaſio erant, ſuadebant, ut, relicta navi, in deſertum fugeret, ipſe econtra inverti curſum præcepit, & quam promptiſſime verſus Alexandriam navigium impelli, *ut omnibus pateat*, inquiens: *eum, qui nos tuetur, potentiorem eſſe, quam qui perſequitur.* Sic ergo Sicariis occurrentes, atque interrogati, ubinam Athanaſium reliquiſſent? & an procul inde abeſſet? reſponderunt; haud procul hinc abeſt, &, ſi properatis, brevi tenebitis. His latrones curſum præcipitant irrito labore, dum interim S. Athanaſius Alexandriam redit, ubi usque ad obitum Juliani latuit.

Soz. V. c. 15.

§. XXXV.

Macedonianorum initium.

Soz. V. c. 14.

Eleuſius Epiſcopus Cyzicenus unus erat ex Macedonianorum Principibus; nam Macedoniani ab aliis ſeparari, & proprium Nomen habere ſub Imperio Juliani

ni cœperunt; in hoc Principatu Eleusius Eustathium Sebastenum in Armenia, & Sophronium Pompejopolitanum in Paphlagonia Collegas habebat; Constantio defuncto, liberius agentes, eos, qui Seleuciæ ejusdem secum opinionis fuerant, convocarunt, &, aliquibus Conciliis celebratis, Sectatores Acacii, & formulam Ariminensem condemnarunt, formulam autem Antiochenam, a se jam Seleuciæ approbatam, confirmarunt. Cum interrogarentur, quæ causa divisionis jam esset inter eos, & Acacianos, quibuscum antea in Communione Ecclesiastica fuissent conjunctissimi? per os Sophronii oratoris sui responderunt in hunc modum: *Occidentales, qui consubstantialem credunt, duas Hypostases Patris, & Filii male confundunt; in Oriente Aetius, qui dissimilem in substantia defendit, Filium a natura Patris nimium removet, nos vero dicimus, Filium esse similem Patri in substantia, justum medium inter duo extrema tenentes.* Puri Ariani in hoc usque tempus Episcopos habebant Constantinopoli Eudoxium, & Euzoium Antiochiæ; Tunc quoque Aetius, & Eunomius factionis Duces Constantinopoli morabantur, & circa illud tempus Aetium ordinarunt Episcopum. Euzoius alia ex parte Concilium Antiochiæ egit, quodque Constantinopoli sub Imperatore Constantio contra

Sæculum IV. A. C. 362.

Sup. l. XIV.

Philost. VII c. 5. 6.

Sæculum IV. A. C. 362.

tra Aetium, & alios decretum fuerat, irritavit. Cœterum divisionibus, & dissensionibus Episcoporum sub Juliani Imperio occasio non favebat, omnes enim sibi timebant, & persecutio generalis silentium omnibus imposuit.

Id. 5. *c.* 15.

Civitas Cyzicena, missis ad Julianum Imperatorem legatis, præter alia, quæ sibi concedi cupiebat, etiam ut Idolorum templa repararentur, petiit; is laudata civium pietate, petita concessit, & capta exinde occasione Episcopum Eleusium urbe expelli jussit, quod templa profanasset, viduarum receptacula, & Virginum collegium fundasset, & Gentiles ad contemnendos Patrum suorum mores impulisset. Christianis quoque advenis, qui cum Eleusio erant, prohibuit, ne urbem Cyzicum intrarent, incusans eos, quod Christianis incolis ad movendam Religionis causa seditionem jungerentur. Quamquam Julianus ingenti Idololatriam revehendi desiderio flagraret, stultum tamen esse perspiciebat, integras nationes vel le cogere, eosque omnes, qui sacrificare nollent, punire. Tantus erat Fidelium numerus, ut non sine ingenti labore cujuslibet civitatis Magistratus eorum numerum inire valuisset. Nec etiam eorum conventus abrogari tuto posse credebat, sed magno studio Episcopos, Clericosque ex urbibus ejiciebat, sperans,

collapsu-

collapsuram brevi tempore Religionem, si deessent, qui populos instruerent, & Sacramenta administrarent; publice autem, hanc eos ejiciendi causam esse dicebat, quod populos ad seditionem excitarent. Ita Cyzico Eleusium, & comites ejus ejecit, quamvis nulla videretur seditionis umbra; ita Titum Bostra, ut diximus, expulit. Sæculum IV. A. C. 362. *Sup. §. 20.*

§. XXXVI.

Juliani Superstitiones.

Julianus Antiochiæ hærebat, ubi hiemem, nempe reliquum tempus an. 362. & initium anni 363. transegit. Bellum in Persas adornabat, quod jam diu meditabatur, volens jacturas, quas ex illa parte Romanum Imperium ab annis sexaginta, id est, a Diocletiani Regno fecerat, reparare; ingenium turbulentum hominem quiescere non sinebat, victoriæ, quas in Gallia juvenis reportaverat, animum inflabant, & prioribus titulis Persarum Domitoris nomen adjicere cogitabat. Quibus longior rerum experientia erat, præsertim Christiani dicebant, tantæ rei consilium præcipitari, necdum maturam videri in Persas expeditionem, antequam omnia domi essent pacata, Julianum, si nimis fortunæ suæ confideret, omnia simul perdendi periculum subiturum. Talia loquebantur ex composito coram illis, qui Imperatori *Am. XXII. 12. Greg. Naz. or. 4. p. 113.*

Sæculum IV. A. C. 362.

referre posſent; ſed ipſe incepto nihilo ſegnius inſiſtebat, gloriæ ſibi ducens, ſpernere conſilium hominum, quorum timiditatem, & ſuæ proſperitatis invidiam ſibi putabat eſſe exploratam. Inter alios ad expeditionem apparatus ingens conſpiciebatur ſacrificiorum numerus, nunquam non ſanguine victimarum manabant altaria, centum ſæpius boves uno ſacrificio immolabat, minorum victimarum numerus iniri non poterat. Terra, marique raras aves conquiri jubebat, quas deinde propriis diſcerpebat manibus; conviviis Sacrificia ſequentibus milites vino, carnibusque ſe ingurgitabant, ita ut ſæpe ingredi non valentes ex templis per plateas in domos ſuas aliorum humeris deferri deberent, plerumque Galli, quibus Julianus impenſius favebat. Pecuniæ in has cæremonias profuſio, ipſorum Gentilium judicio, omnem modum excedebat.

Liban. paneg. p. 246.

Aruſpicibus artem ſuam exercendi plenam libertatem dederat Julianus, quam adhibere ſub Conſtantio capitale erat, oraculorum nullum fuit, quod non conſuleret, in animalium exta inſpiciebatur, cantus, & volatus avium obſervabatur, omnes futura prænoſcendi artes ambitioſe impendebantur. Fons erat Caſtalis in oppido Daphne prope Antiochiam, qui, cum haberet idem nomen, ejusdem quoque virtutis eſſe, ac fons Delphicus, fereba-

Liban. de vita ſua. P. II. p. 41. Mamertin. Grat. n. 23. Sozom. V. c. 19. Greg. Naz. or. 4. p. 127.

tur.

tur. Traditionem etiam narrabant, ibi Hadriano Imperatori fuisse prædictum, quod esset regnaturus, ne vero cuiquam alteri oraculum eandem sortem posthac præsagiret, fontem ipsius jussu magna saxorum mole fuisse obstructum; Julianus aperiri, & a celebri illius loci oraculo responsum peti veluit. Sæculum IV. A. C. 362.

Templum Daphnes Luco sacro octoginta in circuitu stadiorum, quæ ultra tres & mediam leucas conficiunt, incinctum stabat; ipsum Lucum cupressus, laurique, & aliæ arbores efformabant, quarum rami conferti ardentes solis radios excludebant. Terra frequentibus, & limpidissimis aquis rigabatur, omnis generis floribus pro diversitate temporis ornata. Aer suaviter frigidus, & odoratus hauriebatur. Tradebant Græci, eundem esse locum, quo Nympha Daphne ex Arcadia Apollinem insectantem se fugiens, in laurum fuisset mutata; hinc charissimum Deo esse nemus, quod Divina præsentia sæpe bearet. Apollini ab accolis singularis honor habebatur, cui, & sorori ejus Dianæ sacrum templum erat. Jure Asyli gaudebat. Antiocheni cives, vicinique populi singulis annis illuc ad festi solemnitatem conveniebant. Ipsum quidem oppidum modicum erat, & hominibus virtutem amantibus infrequens. Loci situs ad mollitiem invitabat, & de amore Apol- *Sozom. V. c. 19. Strab. l. 16. p. 750. Chrys. in S. Babyl. 2. to. 5. p. 456. ed. gr.*

Sæculum IV. A. C. 362.

linis fabula, cui templi superstitio innitebatur, ad excitandas juvenum cupiditates erat aptissima; lascivientis Dei exemplum pudicos esse non sinebat, nec pati, ut alii essent; si quis in oppido Daphnes habitabat, nullius irretitus amoribus, stupidus ille, & sensu carere credebatur, cujus occursum tanquam hominis impii, & pessimi ominis omnes fugiebant.

§. XXXVII.

Translatio S. Babylæ.

Sup. XIII. §. 4.

Gallus Cæsar, Juliani frater, ut locum tantopere profanatum emundaret, ex urbe Antiochia S. Babylæ Reliquias illuc inferri ante annos undecim jusserat, & exinde oraculum obmutuerat; Gentiles silentii causam Sacrificiorum, & cultus Apollinis cessationi adscribebant, at quamvis Julianus nec Sacrificiis, nec libationibus parceret, nullum amplius responsum potuit elici, nisi quod oraculum silentii sui rationem reddiderit, locum ossibus mortuorum esse repletum. Intellexit effati sensum Julianus, & quamvis plura alia mortuorum corpora Daphnes essent sepulta, solius Martyris Babylæ corpore Deum suum offendi cognovit, jussitque, ut Galilæi loculum aufferrent. Christianorum omnis ætas, & sexus convenerunt, & sandapilam pretiosam, currui impositam, transtulerunt Antiochiam, a qua

Ruf. l. c. 35.

Theod. III. 6. 10.

Daphne

Daphne ſtadiis quadraginta, id eſt, dua- Sæculum IV.
bus ferme leucis diſtabat; Hæc transla- A. C. 362.
tio, Chriſtianis lætitia exultantibus, tri-
umphi ſpeciem referebat, quem S. Mar-
tyr Dæmonibus devictis meruiſſet; ut
gaudium teſtarentur, atque tam longi
itineris laborem levarent, Pſalmos cane-
bant. Qui canendi peritiores erant, in-
cipiebant; his omnis populus reſponde-
bat, ad quemlibet verſum repetens illa
verba: *confundantur omnes, qui adorant* *Pſalm. 96. 7.*
ſculptilia, & gloriantur in ſimulacris ſuis.
Cantantium voces usque ad Cœlum ex-
tollebantur. Julianus hac pompa, &
probroſo Gentilibus cantu offenſus, pœ- *Sozom. V.*
nas a Chriſtianis expoſcere ſtatuit; Sa- *c. 20.*
luſtio Prætorii Orientis Præfecto, alteri,
quam illi Galliarum, aliter videbatur,
quamvis ipſe Gentilis eſſet, dicebatque
Imperatori, ſic iis adeo concupitam Mar-
tyrii gloriam conceſſurum; at illo in pro-
poſito pervicaciter perſeverante, Salu-
ſtius, ut obediret, die altera aliquos Chri-
ſtianos comprehendi, & in carcerem mit-
ti juſſit. Cum ſibi ex captivis unum ad- *Ruf. ibid.*
duci præcepiſſet, ei juvenis, nomine
Theodorus, ſiſtitur, qui ipſius juſſu a ma-
ne usque ad veſperum tortoribus aliis, &
aliis labori ſuccedentibus tanta crudelita-
te cruciatus eſt, ut ſpectatores faterentur,
nihil unquam a ſe viſum, quod huic ſæ-
vitiæ par eſſe poſſit. Interim Theodorus

Sæculum IV. A. C. 362.

inter duos tortores in equuleo suspensus vultu tranquillo, & hilari eundem Psalmum, quem Ecclesia Christianorum die præcedenti cecinerat, repetebat. Eo in custodiam remisso, Salustius, quid egisset, ad Imperatorem defert, suadens, desisteret ab incepto, ex quo utilitatis nihil, sed multum dedecoris exspectandum esset. Rufinus, qui hanc historiam narrat, propriis oculis vidisse se Antiochiæ hunc Theodorum affirmat, sibique interroganti, an dolorum acerbitatem sensisset, respondisse; se ab initio quidquam doloris sensisse, ad deinde penes se vidisse juvenem, vultus sudorem candidissimo linteo abstergentem, & sæpe aquam frigidam sibi propinantem, qua ita fuisset refocillatus, ut, cum deinde ab equuleo fuisset depositus, id sibi nulla levaminis, sed mœstitiæ causa fuisset.

Aug. XVIII civit. c. 52.

Theod. III. c. 2.

Aliam hujusmodi confusionem Julianus a quadam vidua notissimæ pietatis, nomine Publia, tulit; ea filium ex matrimonio, in quo modico tempore vixerat, genuerat, Joannem dictum, qui diu inter Presbyteros Antiochenos primus fuit, atque sæpius aliquorum suffragiis in Episcopum cooptatus, quod autem onus ipse semper devitavit. Mater ejus Publia cœnobio Virginum præerat, quibuscum quotidie Laudes Divinas canebat; si Imperatorem ante illarum ædes transire contingeret,

Theod. III. c. 19.

geret, unitas voces extollebant omnes, illos præcipue Pſalmos canentes, quibus Idolorum vanitas deridetur, qualis eſt: *Simulacra Gentium, aurum, & argentum, opera manuum hominum. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.* Iratus Julianus juſſit, ut quotiescunque ipſe tranſiret, tacerent hæ fœminæ. Publia contempto ejus imperio, ſodalibus ſuis animos addidit, atque, alia vice Imperatore transeunte, incitavit, ut canerent: *Exſurgat Deus! & diſſipentur inimici ejus!* Julianus multo magis irritatus, Publiam ad ſe adduci, &, nulla ſenectutis, vel pietatis eximiæ habita ratione, ab uno Prætorianorum ſuorum ejus ambas genas alapis contundi, totasque rubore ſuffundi præcipit. Illa maximo ſe honore pro Chriſto affectam æſtimans, in ſuam cellam rediit, & conſueta cantica ſpiritualia continuavit.

Sæculum IV. A. C. 362.

Pſal. 113. 4. 8.

Pſal. 67.

§. XXXVIII.

Templum Daphnes conſumitur.

Sancti Babylæ Reliquiæ Antiochiæ in eodem loco ſacro repoſitæ ſunt, ubi ante translationem, Galli Cæſaris juſſu factam, aſſervabantur; at brevi poſt ignis Daphnes templum corripuit, tectum omne conſumptum, ornamenta, & Idolum Apollinis, ex ligno quidem deaurato, ſed arte, & opere ſpecioſiſſimum, a

Chryſ. pag. 463. *Sozom. V.* c. 20. *Theod. III.* c. 2.

Sæculum IV. A. C. 362.

capite ad extremos pedes in cineres conversum. Muri, & columnæ ita integræ remanserunt, & illæsæ, ut reliqua manibus hominum potius quam flammis destructa viderentur. Hoc accidit undecimo Calendas Novembris, id est, vigesima secunda Octobris anno 362. Illico, quamvis nox esset, Comes Julianus advolavit flammas restincturus; is erat Imperatoris agnatus, juxta ipsum Apostata, cui Comitis in Oriente Dignitatem dederat, & ita poscente suo officio Antiochiæ residebat. Nihil in eo opis fuit contra incendium. Ubi hoc ad Imperatoris aures delatum, tanto furore exarsit, ut urgeret insanus quæstionem illorum, qui templo serviebant, & ipsorum Sacerdotum, verum expressurus tormentis, quis ignem subjecisset? nam facinoris auctores esse Christianos ita volebat, ut hanc sibi adimi opinionem nollet; quantumcunque autem Idololatræ illi torquerentur, affirmare omnes perseverabant, non partem templi inferiorem prius arsisse, sed superiorem. Quidam de vicinia agrestes dicebant, se fulmen e cœlo delabi suis oculis vidisse. Quidam Pagani aliud narrabant; nempe aliquem Philosophum, Secta Cynicum, nomine Asclepiadem, cum ex remota Regione Daphnem venisse, ut videret Julianum, parvum Idolum argenteum Deæ cœlestis, quod semper secum ferre

Amm. ibid.

ferre solebat, ante pedes Apollinis posuisse, & accensis de more cereis recessisse; media nocte scintillas volantes ad templi tectum, cujus aridissima erat materia, ascendisse, ignemque conceptum, nemine, qui principiis obstaret, præsente, extingui deinde non potuisse. Itaque satis erat exploratum, incendium in templi fastigio fuisse exortum, nec ullum esse suspicandi locum, quod Christiani ignem nequiter subjecissent. Omnibus autem Christianis persuasum erat, id Deum S. Babylæ intercessioni dedisse. Sæculum IV. A. C. 362. *Chryſ. ibid.*

Nihilominus Julianus culpam hanc Christianis affingebat, dicens, hoc modo eos translationem Reliquiarum ulciscivoluisse. Ergo secundo magnam Ecclesiam Antiochiæ claudi jussit, postquam vasa sacra elata, & in ejus Thesaurum comportata fuissent. Hanc rem effectam dederunt Julianus Cæsaris propinquus, Felix Comes largitionum, seu ærario Principis Præfectus, & Elpidius Comes rerum privatarum, seu possessionum Imperatoris Procurator; omnes hi tres Apostatæ; Felix vasorum magnificentiam admiratus (nam Constantinus Magnus, & Constantius gloriæ sibi duxerant, curare, ut hæc dona Regiæ opulentiæ essent monumenta) dicebat: videte, quam superba supellectili utatur Mariæ Filius! Comes Julianus, ut indicaret, nullum dari Numen, *Miſopog. p. 96. Hier. Chron. an. 364. Soz. V. c. 8. Theod. III. c. 12.*

Sæculum IV. A. C. 362.

cui Christianorum honor curæ esset, aliqua vasa terræ allisit, insedit, sacram mensam urina inquinavit, atque Episcopum Euzoium nefas prohibere volentem impacto colapho repulit; nam Ariani magnæ Ecclesiæ possessores erant. Sic spoliata, & polluta majori Ecclesia portas ejus muniri, aliarumque Ecclesiarum fores claudi jussit. Tunc omnes Ecclesiastici fuga sibi consuluere; unicus Presbyter, nomine Theodorus, seu Theodoretus, in urbe remansit, quem Comes Julianus, Thesaurum Ecclesiæ custodem esse suspicatus, sibique utilissima revelare posse, captum, crudeliter torsit, & tandem, in confessione fidei constantem, capite damnavit.

Socr. V. c. 8.

§. XXXIX.

Alii Martyres Antiocheni.

Greg. Naz. or. 3. p. 75.

Imperator ex Labaro crucem, & JEsu Christi Nomen, a Constantino insertum, deleverat, & pristinam signis militaribus formam, quam sub Principibus Ethnicis habebant, restituerat, quod ex ejus nummis dispicitur. Comes Julianus advertit, quod Bonosus, & Maximilianus illarum copiarum Duces, quæ Herculianæ veteres dicebantur, nihil in Labaro mutassent; nam a Regno Diocletiani quædam erant cohortes, quæ ab ejus nomine Jovianæ, & aliæ Herculianæ a Maximiano vocabantur; his ergo Comes Julia-

Acta Sinc. p. 664.

Julianus præcepit, ut ſigna mutarent, & Deos, quos Imperator, & ipſe colerent, adorarent; cum illi id facere recuſarent, dicerentque, ſe fidem, quam a parentibus accepiſſent, ſervare velle, Comes Bonoſo ligato ultra trecentas plagas loris plumbatis infligi juſſit; ſub tot ictibus Bonoſus, ſubridens, ad omnes Comitis quæſtiones nihil reſpondebat. Maximilianus deinde accedere juſſus, dixit ad Comitem: *ſi Dii veſtri vos audiverint, & locuti vobis fuerint, tunc adorabimus eos; ipſe ſcis, Idola ſurda, & muta adorare nobis non licere.* Hoc ideo dicebat, quod ipſe Comes Julianus fuiſſet Chriſtianus. Tunc ambos ligari, & tribus vicibus plumbatis cædi juſſit, ipſi vero nullum ſentiebant dolorem. Deinde in picem ferventem demerſis, nihil mali accidit, clamantibus Judæis, & Gentilibus Magos eſſe, & veneficos. In carcerem poſt hæc reductis, Comes Julianus panem miſit, annulo ſuo ſignatum, quod ſine dubio figuram cujusdam Idoli referebat, hinc Martyres de illo pane comedere noluerunt. Comes Hormisdas, qui Chriſti caſtra ſequebatur, ad eos in carcerem inviſit, videnſque eos incolumes, & gaudio repletos, eorum precibus Deo ſe commendari petiit; erat Hormisdas Saporis Regum Perſarum frater, qui, relicta patria, in aula Conſtantini, & deinde Conſtantii plurimum

Sæculum IV. A. C. 362.

Zoſim. l. 2. p. 684. Am. XVI. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 362.

mum vitæ tempus transegit. Comes Julianus iterato de Martyribus quæstionem habuit, præsente Præfecto Salustio, qui eos iterum torquere recusavit; Juliano autem instanti, ut signum crucis Labaris eximerent, responderunt: *Christiani sumus, & bene memores, quid Patri nostro Constantino promiserimus, quando Sacrum fœdus Achyronii prope Nicomediam imminente vitæ ejus termino accepit,* (*) & *a nobis juramentum exegit, ne ullo unquam tempore in fidem filiorum suorum Purpura debitam, aut in Ecclesiam peccaremus.* His Julianus sententiam pronuntiavit, ut cum omnibus aliis, qui in vinculis erant, gladio ferirentur. S. Meletius, & alii Episcopi SS. Martyres ad Locum supplicii comitati sunt, ubi summa animi lætitia Martyrii sui cursum consummarunt.

Martyr. 20. *Dec.*

Inter Martyres Antiochenos sub Juliano Imperatore duo ejusdem Ecclesiæ Presbyteri

(*) Ad hunc locum Anonymus I. dicit: *In margine Fleurius citat Acta sincera p. 664. Ecce novum testimonium hic producitur favens opinioni dicentium, Constantinum sub vitæ finem fuisse baptizatum. Verum præpositus titulus: Acta Sincera, non est testis omni exceptione major, omnia vera esse, quæ ibidem continentur; deinde sub nomine Sacri Fœderis accipi possunt ultima Sacramenta, præsertim Eucharistia, quæ novi Fœderis Sigillum est, & Pignus. Calix Novi Testamenti.*

byteri Eugenius, & Macarius numeran- Sæculum IV.
tur, quos publice in Oasin relegatos, se- A. C. 362.
creto occidi jussit; hoc exploratum est, *Greg. Naz.*
plurimos tacitæ noctis tenebris necatos, *or. 3. p. 91.*
eorumque cadavera in Orontem projecta, tanto numero, ut fluminis alveus arctaretur. Post aliquod tempus in secretissimis Palatii angulis, in puteis, & profundis fossis infantum corpora utriusque sexus, ad usum operationum magicarum dissecta, aliorumque, fidei causa interemptorum, inventa sunt. Necdum in istis vindictæ cupiditas ob templi Daphnes incendium stetit, nam cum Imperatori fuisset relatum, in honorem Martyrum prope templum Apollinis Didimei ante portas civitatis Miletanæ Ecclesias fuisse exstructas, ad Præsidem Cariæ scripsit, quod si tectum jam esset superimpositum, atque sacra adesset mensa, flammis subjectis combureret, si ædificium necdum esset consummatum, illud a fundamentis destrui juberet. Hæc Julianus in ultionem illius, quod apud Antiochiam factum fuerat, mandasse creditur. Hæc perse- *Chr. pasch.*
cutio non nullos fecit apostatas, qualis *an. 363. p.*
fuit Theotecnus Ecclesiæ Antiochenæ *296. Philost. VII. c.*
Presbyter, & quidam Episcopus nomine 13.
Hero Thebis in Ægypto oriundus. Ambo libere a fide ad Idololatriam defecerunt, ambos Dei vindicta presso pede secuta est. Theotecnus a vermibus corrosus,

Sæculum IV. A. C. 362.

rosus, utroque lumine captus, sibimet ipsi linguam dentibus admordens, animam exhalavit. Hero, in morbum lapsus, toto corpore computruit, atque derelictus ab omnibus in publica platea exspiravit.

Sozom. V. c. 20.

§. XL.

Comitis Juliani exitus.

Impium quoque Comitem Julianum in Dei promptissime corripuit. Hunc morbus invasit maxime erubescendus, nam ex corporis partibus verendis tanta vermium abundantia pullulabat, ut exhauriri non possent; nullum artis Medicæ remedium relictum est intentatum; aves occidebantur, magno pretio paratæ, quarum adeps læsis partibus applicabatur, ut vermes extra corpus traherentur, hi vero pertinaciter in carne latentes, si qua pars sana esset, & viva, acutissimo patientis dolore arrodebant; summa denique miseria erat, quod excrementa, naturali meatu obstructo, per os egrederentur. Uxor ejus Christiana, & pietate eximia, dicebat ad maritum: *laudandus est tibi JEsus Christus Salvator, qui immissa hac calamitate, ostendit potentiam suam; adhuc nescires, quem offenderis, si consueta sua patientia tua scelera tolerasset.* Comes Julianus uxoris sermonibus, & propriis ærumnis permotus, Imperatorem

rem rogavit, ut Christianis Ecclesiam restitueret, sed obtinere non potuit, atque sicut erat, in miserabili statu migravit e vita. Felix similiter, ærario Præfectus, vindicis Dei manus non effugit; subita morte paulo ante Comitem Julianum diu, noctuque sanguinem per os evomens, sublatus est. Duorum virorum triste fatum in pessimum omen Idololatræ traxerunt, cumque in inscriptionibus publicis, ad Imperatoris honorem positis, hæc tria verba latina legerent: Felix. Julianus. Augustus. Imperatorem, quem vox Augustus designaret, priores duos brevi secuturum, augurabantur. Ipsum Imperatorem sinistrum omen terruit. Tunc agebatur initium anni 363. quo se ipsum Consulem quarto, & secum Salustium Galliarum Præfectum edixit.

Sæculum IV. A. C. 362.

Am. XXIII. c. 1.

§. XLI.

Imperatorem Antiocheni oderunt.

Odiosum se populo Antiocheno reddiderat Imperator Julianus nimio placendi studio. Mox ut primo urbem intraverat, plebs, in Circo conclamans, de annonæ caritate querebatur; qui commeatui civitatis præerant, clarissime Juliano demonstrarunt, annonæ pretium tunc diminui non posse, sed potius propter hominum aulam sequentium, & militum multitudinem oportere, comestibilium

Am. XXII. c. 14. Julian. Misopog. p. 108. 109. Liban. orat. fun. p. 306. Socr. III. c. 17. Soz. V. c. 19.

Sæculum IV. A. C. 362.

lium pretium augeri; sed inter alia vitia Juliani non erat minimum, in concepto semel proposito, pertinacia. Ergo suo arbitrio quindecim frumenti modiorum pretium unum assem aureum posuit, primusque omnium frumentum in foro venum exponi jussit, quod suo usui ex Ægypto advectum fuerat. Civium præcipui bona occasione usi, hoc frumentum coemerunt, cumque ipsos frumentum proprium Antiochiam advehere oportuisset, illud majori pretio ruri vendiderunt, atque, mercatoribus dilapsis, brevi tempore annonæ penuria, & caritas posterior major priori fuit. Imperator, indignans, rei frumentariæ Præpositos in Palatium vocatos, & vehementer objurgatos, carceri mandat, mox quemque eorum remittit in domum suam; hac imprudentia omnes civitatis ordines offensos voluit, divites nempe, quod eos vinculorum ignominia affeciisset, & plebem, quæ cum abundantiam speraisset, panis inopiam patiebatur.

Cum Antiochiæ populi proni essent ad cavillandum, mores Juliani, & superstitiosum animum irridere cœperunt, ut se ulciscerentur. Ajebant, barbam ejus egregiam, qua longiorem nemo haberet, ducendis staminibus, funibusque nectendis esse aptissimam; eundem, cum modicæ esset staturæ, tamen latis humeris, & magnis

magnis passibus incedere velle, ut Heroes Homeri imitaretur; cœterum Sacrificulo, & Victimario similiorem esse, quam Principi; tandem querebantur, quod bellum inferret Chi, id est, Christo, & magnum desiderium amissi Cappa, id est, Constantii, testabantur, hæc nomina primis litteris indicantes. His jocis domi, & in foris publicis delectabantur; fuere, qui hujusmodi sarcasmos in versus anapæsticos cogerent. Sæculum IV. A. C. 362. *Jul. Misopog. p. 88. 95. 101.*

Sane ridendi materiam quotidie suppeditabat Julianus. Quadam die in templo Jovis sacrificavit, deinde in templo Fortunæ, tum Cereris, & sæpius in Luco Daphnes. In festo Syriorum rediit ad templum Jovis Philii, id est, amicitiæ Protectoris. Ubi Festum, quod Commune vocabant, advenit, ad Fortunæ ædes reversus est; tum, postquam una die, ut ipse credebat, inauspicata cessasset, rursus vota solemnia Jovi Philio reddidit. Non minori apud ipsum pretio Pontificis, quam Imperatoris nomen erat. Quotidie, quod alii singulis mensibus solebant, faciebat. Solis ortum, & occasum effuso victimarum sanguine salutabat. Noctu etiam nocturnis Dæmonibus sacrificia offerebat. Cum quotidie templa adire rerum gerendarum moles prohiberet, Palatium sibi aut hortus pro templo erat. Non satis erat Juliano Sacrificulis adsta- *Jul. Misop. p. 70. Liban. paneg. pag. 245.* *Greg. Naz. or. 4. p. 121.*

Sæculum IV. A. C. 362.

re, sed manibus suis offerebat, huc, illuc- que discurrens, jam ligna findebat, jam sa- crum ignem oris sui flatu excitabat, suis brachiis ferebat victimas, apprehenso cul- tro jugulabat, manibus tractabat extracta viscera, & cruore diffluentibus digitis explorabat. Undique ad ejus Regiam convolare conspiciebantur Magi, Sortile- gi, Divinatores, omnis generis impos- res. Palatium Cæsareum scatebat opi- cibus sordidissimis, servis fugitivis, ho- minibus flagitiosissimis, qui parricidii, & veneficii convicti longo tempore in car- ceribus, aut metalli fodinis tabuerant: tales subita metamorphosi in Hierophan- tes, & venerabiles Deorum Pontifices mutabantur. Sæpe Imperator Provin- ciarum Rectores, aut civitatum Magistra- tus inauditos dimittebat, dum interim in plateis effæminatorum, & prostibulo- rum turba stipatus, cernebatur, equo, & Prætorianis procul sequentibus; atque ista hominum fæx, in cachinnos effusa digna moribus suis, nempe propudios effutiebat. S. Chrysostomus, qui ista pos viginti annos narrabat, suspicabatur, ægre se fidem facturum, hinc omnes suos au- ditores testes appellat. Cœterum cul- tus, quem exhibebat Julianus Veneri, Cy- bele, & aliis hujus furfuris Numinibus causa erat, ut eum perditorum hominum colluvies circumdaret; turpitudines i- alii-

Julianus Apostata.

Chrys. 2. in S. Babylam to. 5. p. 459.

ibid. 469. p. 37.

Am. XXV. 6. 4.

aliis Religionis reverentia tolerabat, ipsum enim lasciviæ Christiani non accusant, & Gentiles ab hac labe innocentem defendunt; ex illis quidem verbis, ubi de se ipso dicit, quod plerisque noctibus solus dormiat, nam uxor defuncta erat, conjici debet, ipsi fuisse concubinam; at hoc inter Gentiles nemini vitio vertebatur. Parce edebat, dormiebatque majorem noctis partem Musis impendens. Philosophiam profitebatur austeram, quæ delicias, & corporis curam contemnebat. Spectacula damnabat, nec nisi perfunctorie, quantumque Religio, & Summa ejus Dignitas postulabat, assistebat; & quia Antiochia urbs erat, deliciis dedita, quas ipse aversabatur, huic aversioni adscribebat odium, quo ipsum Antiocheni prosequebantur.

Sæculum IV. A. C. 362.

Misopog. p. 69.

Misopog. 59. 60.

§. XLII.

Misopogon.

Julianus Antiochenorum irrisiones impatientissime tulit, necdum enim tantum in eo Philosophia profecerat, ut passionibus, præsertim iræ, moderaretur. Cum jus diceret, Palatium ejus clamoribus resonabat, ut potius reus, vel actor irritatus, quam judex esse videretur. Cum non nunquam homines agrestes, gratiam petituri, publice ad eum accederent, eorum rusticitate offensus, miseros pugnis,

Greg. Naz. 4. p. 121. *Am. XXII.* c. 14. *Socr. III.* c. 17.

Sæculum IV. A. C. 362.

calcibusque percussos repulit, agentesque Diis gratias, quod vitam non ademisset. Primo iracundiæ motu varia mala urbi Antiochenæ intentavit, dicens, se nunquam imposterum pedem in hanc civitatem illaturum, sed expeditione finita constantem Sedem Tarsi in Cilicia fixurum; at mutata mente vindictam de Antiochenis vere Philosophicam sumpsit, & in eos Satyram composuit, fecitque publicæ lucis, Misopogon dictam, quæ vox græce significat Barbæ adversarium. Est hoc scriptum ironia perpetua, ubi in se ipsum ludere simulans, & nævos fateri, revera Antiochenorum mores cavillatur, & eorum vitia omnia exprobrat, sæpe majora vero exaggerans, quod & ipse Ammianus agnoscit. Hanc Satyram concinnavit anno 363. mense septimo postquam Antiochiam adveniisset.

Misopog. p. 66. Pagi an. 362. p. 6.

Negari non potest, ex hoc scripto apparere, fertilissimum fuisse Juliano ingenium, sed, quas affert, facetiæ ad modernorum palatum non sunt, dumque de se dicit, non habere indolem ad jocos factam, verius forte, quam ipse putet, dicit. Initio in barbam suam ludit, & animalcula, quæ in ea spatiantur, deinde in caput impexum, ungues prominentes, sordidas manus, & pectus hispidum; inde ad vitam suam duram transgreditur, odium spectaculorum, vigilias, sobrietatem,

tem, eaque cum deliciis comparat urbis Antiochenæ, *in qua*, inquit: *plures mimos, quam cives numerare est.* Effrenem libertatis cupiditatem redarguit, quodque obedire legibus detrectarent, Magistratibus, imo & Diis rebelles; quorum civitas repleta esset hominibus, qui eos ignorarent; qui secum officii causa magis, quam Deorum amore ad templa accederent, nec congruam loco modestiam, nec silentium tenere. Econtra suo testimonio Athenienses laudat, quod populorum nullus majori pietate in Deos, aut humanitate in hospites esset. Antiochenis vitio vertit, quod JEsum Christum ament, in Deum Tutelarem elegerint, eique Jovem, Apollinem, & Calliopem postponant. Queritur, quod anus eorum coram sepulchris in genua se demittant, & vota faciant, ut ab ipsius Regno liberentur; (*) his verbis Julianus Martyrum

Sæculum IV. A. C. 362.

p. 88. *Misop. p.* 67.

p. 71.

p. 74.

p. 89. 90.

I 3

(*) Clarissimum de Cultu, & Invocatione Sanctorum contra Protestantes testimonium. Dicit quidem ad similia Interpres noster: Da sieht man den Anfang des Verderbens. Sed falso, & imperite dicit. Nam Cultus, & Invocatio SS. Martyrum non in unum angulum, in unam Civitatem, clam aut timide irrepsit, sed aperte, ubique locorum in primis statim Sæculis, scientibus, eumque promoventibus Ecclesiarum Pastoribus viguit, quod ex Historia Ecclesiastica liquet. Nemo

Sæculum IV. A. C. 362.

tyrum cultum indicat. *Deinde, vester populus*, inquit: *odit me, nempe, quia ad Atheismum defecit, me vero Patrum nostrorum Religioni addictissimum videt. Irascuntur mihi divites, quia dum cariori, quam fas est, pretio vendere frumenta prohibeo, avaritiæ eorum frænum injicio. Omnes aversantur, amore saliorum, & spectaculorum a quibus tamen neminem arceo, sed quod videant, me istis minus, quam rana-*

---

mo ergo erat, qui Fideles exitialem in Fide errorem dedoceret, non esse Hominibus tribuendum honorem, qui in Dei contumeliam cederet! nemo, qui Religionis a Christo JEsu fundatæ Ruinam amoliretur; quippe vocabulum, quo Interpres noster utitur, das Verderben, non qualemcunque errorem, sed perniciem significat. Et hæc ultra decem Sæcula! ubi Promissum JEsu Christi? Et portæ Inferi non prævalebunt adversus eam. *Matth. 16.*

Dantur & hodie hinc inde in Cultu Sanctorum abusus, quod ex Epistola Pastorali Archiepiscopi Viennensis Joannis Josephi de Trautson anno 1752. data dignoscitur, sed prudentes, & bene instituti Catholici, refragantur, repugnant Episcopi, & hos abusus tollere adnituntur. Moderatum vero SS. Cultum, & Invocationem per Merita JEsu Christi, qualis hodieque viget, nemo in Antiquitate damnavit; imo Deus id sibi gratissimum esse sæpissime editis prodigiis manifestavit. Dicit Interpres noster Protestans: **Wir verachten keine fromme Leute.** Bene! **der Groß-Sultan auch nicht.**

ranarum in paluſtribus coaxantium ſtre- Sæculum IV.
pitu delectari. Urbes vicinas, Diis Sa- A. C. 362.
cras, iisdemque mecum ſervientes calum-
niati eſtis, dum, quæ contra me ſcripta
fuere, eos compoſuiſſe, falſo accuſaſtis. *p. 95.*
Scio autem, quod his civitatibus charior
ſim propriis filiis; nam ad nutum meum
Deorum templa reſtauraverunt, impiorum
ſepulchra everterunt, &, cum cives illi
magno animo ſint, Deorum hoſtes, ultra
quam volebam, perſecuti ſunt. Queritur
etiam de incendio templi Daphnes, cu-
jus auctores fuiſſe Chriſtianos dicit, &
ſubjungit: *jam ante incendium me non*
latebat, deſertum eſſe a Deo Templum, hoc
enim ex ipſius ſtatua, prima, qua illuc in-
greſſus ſum, vice intellexeram, cujus rei
contra incredulos Maximum Solem in te- *Sup. §. 15.*
ſtem voco.

§. XLIII.

Miracula in templo Jeroſolymitano.

Julianus in Chriſtianorum odium Judæis *Jul. epiſt.*
favebat, quædam tributa ab iſtis exi- 25.
gi ſolita, remiſit, & combuſſit tabulas,
hujus rei invidia in Chriſtianos Conſtan-
tii domeſticos rejecta. Imo Judæorum
Patriarcham Julium, quem fratrem ſuum
admodum Venerabilem appellat, horta-
tus eſt, ut prohiberet, ne Apoſtoli eo-
rum a populo certas exactiones peterent; *Sup. l. XI.*
hæc quidem omnia in hunc finem, ut Ju- *§. 35.*

Sæculum IV. A. C. 362.

dæi in peragendis ad Deum auctorem universi precibus pro felicitate Regni ejus obtinenda nullatenus turbarentur, & Cæsar a bello Persico redux in Sancta Civitate Jerusalem cum ipsis habitare posset; ait enim longo se teneri desiderio hanc urbem rursus excitandi, ibique laudes, & Gloriam Supremi Entis celebrandi. Hæc fuit summa epistolæ, quam ad Judæorum Rempublicam scripsit.

Chrys. in Jud. or. 2. to. 6. p. 334.

Omnino Judæis Jerosolymam iterum ædificare pollicitus fuerat. Cum Sacrificiis quibuscunque summopere delectaretur, congregatis Judæorum Primatibus, quæsierat, quare non sacrificarent, quod tamen lege eorum esset præceptum? responderunt, nullibi licere sacrificare, quam Jerosolymæ; ergo spondet, se eorum templum ex cineribus suscitaturum; Judæi ingenti gaudio hæc promissa excipientes, tempus Redemptionis suæ adveniisse putabant. Sed & aliud in hoc proposito & nequissimum Juliani erat consilium; oracula nempe Prophetarum eludere cogitabat, tam illud Danielis, quo prædicitur, usque ad consummationem, & finem perseveraturam desolationem, quam illud JEsu Christi, lapidem super lapidem non remansurum. Ergo celeberrimi nominis artificibus undique convocatis, Alipium ex charissimis amicis delectum maximo operi præfecit, jussum,

Ruf. 1. hist. c. 37. Theod. III. hist. c. 20. Socr. III. c. 20. Soz. V. c. 22. Dan. 9. 27. Matth. 23. 1. Greg. Naz. or. 3. p. 3.

sum, ut nullis parceret sumptibus, & rem sine mora aggrederetur. Judæi ex omni Regione Jerosolymam confluere, Christianis insultare, ultima intolerabili insolentia minari, quasi tempus adesset, quo eorum Regnum esset restituendum. Uxores eorum ornamenta pretiosissima ultro dabant, ut quidquam ex suo ad expensas tanti operis contribuerent, manu muliebri laborabant, terramque ad ædificium reducta toga inferebant. Ajunt etiam ad piissimi operis usum pellas, cophinos, & ligones unidentes ex argento fuisse a Judæis præparatos. S. Cyrillus Jerosolymitanus Episcopus, ab exilio redux, tranquillo animo omnes hos apparatus spectabat, atque in Prophetiarum veritate insallibili confidebat, affirmans, jam Divinæ promissionis effectum coram omnium oculis manifestandum.

Sæculum IV. A. C. 362.

Theod. ibid.

Ruf. ibid.

Socr. ibid.

Templum Jerosolymitanum.

Cum fundamenta foderent, primæ magnitudinis lapis, loco dimotus, ostium cavernæ, in rupe excisæ, aperuit; illuc operariorum unum, funi alligatum, demittunt, ipse ubi fundum attigit, sensit, aquam ad media crura ascendere, tum manibus omnia explorans, in columna, quæ paululum supra aquam eminebat, librum, subtilissimo linteo involutum, invenit, hunc arripit, datque signum, ut a sociis extraheretur; omnes, qui librum conspiciebant, mirabantur, quod in loco

Philost. VII. c. 14.

Sæculum IV. A. C. 362.

humido ita illæsus servari potuisset, at in immensum crevit admiratio præsertim Gentilium, & Judæorum, cum libro aperto magnis litteris scripta hæc verba legerent: *In Principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Et reliqua. Quippe totum S. Joannis Evangelium erat descriptum.

Am. XXIII. c. 1.

Cum Alipius opus vehementer urgeret, Provinciæ Rectore strenue adjuvante, ecce! terribiles flammarum globi prope fundamenta frequenter erumpentes, consumptis sæpius operis, locum omnibus inaccessibilem reddidere, & quia ignis in accedentes grassari non cessabat, ab incepto desistere coacti sunt. Hæc ita refert Ammianus Marcellinus Historicus coævus, & Gentilis, qui quam infensus Christianis, tam pronus ad adulandum Juliano fuit. Idem prodigium testantur Christiani, & sequentes circumstantias adjungunt; hoc portentum illa nocte videri cœpit, destinatam diem præcedente, qua præparato jam, & purgato loco, muros erigere statuerant. Supervenit ingens terræ motus, qui lapidibus fundamenti procul, & in diversa dissectis, ferme omnia illius loci ædificia evertit, atque inter alia, publicos porticus, quos plurimi Judæi, urbem ædificaturi, interim in sedem elegerant. Multi in illo concussu oppressi, alii omnes saltem aliquo

Amb. ep. 40. n. 12. Ruf. I. c. 38. Socr. III. c. 20. Sozom. V. c. ult.

aliquo membrorum capti. Exorti subito ventorum turbines præparatam saburcam, calcem, rerumque congestarum immensos cumulos abstulerunt. Malleos, forcipes, serras, aliaque utensilia in quodam loco ad imam templi partem defossa, ignis devoravit; ubi illuxit, accurrentibus Judæis, ut, quæ noctu turbata fuissent, viderent, ex eodem loco effusus est torrens igneus, qui in mediam usque aream progressus, combustis, suffocatisque, quotquot ibi erant, Judæis, huc, illucque discurrit. Sæpius per totam illam diem ignis illinc erumpere visus; nocte sequenti Judæi omnes lucidas cruces in suis vestibus conspexerunt, quas nulla ratione delere poterant. In cœlo quoque splendescens crux apparuit. Judæi nihilominus tam urbis desiderio, quam Cæsaris mandatis impulsi destinatum opus tentabant, sed idem sæpius molientes semper prodigiosi ignes arcuerunt. Nullum miraculum luculentius isto probatum legimus; hinc etiam multi Gentiles, Judæique commoti, & JEsu Christi Divinitatem agnoscentes, baptizari petierunt. Sæculum IV. A. C. 363. *Theod. III. c. 20.*

§. XVIV.

Julianus in Persas movet.

Julianus Imperator tota hieme necessaria ad bellum Persicum disposuerat. *Theod. III. c. 21.*

Nul-

Sæculum IV. A. C. 363.

Nullum oraculum fuit, quod non consuluisset, inter alia Delphicum, Delium, & Dodonæum; singula promittebant victoriam. Unum inter cœtera responsum ediderat singulare; nempe Dii omnes & singuli sanctissime affirmabant, se jam cum omnibus Collegis, Gradivo Duce, expeditionem suscipere, ut Trophæa Juliano pararent in ora fluminis, quod fera Belluæ nomen gereret, nempe Tigris. Libri tamen Sibyllini, quos Romæ consuli jusserat, Julianum finibus Imperii sui egredi vetabant; toto itinere pessimi augurii signis terreri debuisset, quæ, repugnante illa ipsa, quam ita impense colebat, Religione, contempsit; atque in re tanta potior ei Philosophorum, e quorum arbitrio pendebat, quam hariolorum sententia fuit. Quædam nationes belli auxilia sua sponte offerebant; ipse Legatos quidem comiter habuit, at opem promissam respuit, inquiens; Romani Imperii Dignitatis esse, exteris nationibus auxilium ferre, non accipere. Saracenos durius repulit; nam cum quererentur, quod stipulatæ sibi pensiones non darentur, respondit; Imperatori bellum gerenti ferrum esse, quod militibus distribueret, non aurum. Igitur, habentes defectionis obtentum, pro Persis militarunt. Scripsit tamen Julianus ad Arsacem, Armeniæ Regem, Romanis fœdere junctum

Soz. VI. c. 1.

junctum, jubens, ut paratum haberet agmen, quod, quamprimum moneretur, iter ingredi posset. In illa epistola se ipsum Imperatorem Belli maximum, Deorumque amicum insana ostentatione dicit, econtra Constantii Prædecessoris sui ignaviam, & impietatem vituperat. Sciens quod Arsaces esset Christianus, studiose JEsum Christum blasphemabat, *cujus tutela*, inquiebat: *nihil tibi proderit, si mandata mea neglexeris.* Ubique vota pro felici armorum ejus successu concipiebantur; nihilque ipsi erat antiquius, quam Diis promittere, se Christianos exterminaturum, si hostium victorem redire dedissent. Bello externo finem imponere festinabat, ut se totum deinde abolendo nomini Christiano posset impendere. Inter cœtera propositum sibi habebat, in Ecclesiis Idolum Veneris collocare, & Jerosolymæ Amphi-Theatrum ædificare, quo Episcopos, & Monachos Bestiis traderet. Interim ne, belli nervus, pecuniæ deessent, omnibus, qui Idolis sacrificare renuerent, tributum imperavit, quod summo rigore exigebatur.

Sæculum IV. A. C. 363.

Oros. l. VII. c. 30. Socr. II. c. 13.

Juliano consilium erat Persas, tarde in hostes movere solitos, inexspectata celeritate occupare, atque, si posset, adventus sui famam antevertere. Ergo Antiochia jam quinta die Martii anno 363. iter ingres-

Socr. III. c. 21.

Sæculum IV. A. C. 363.

ingressus est, postquam huic urbi quem-dam, nomine Alexandrum, præfecerat virum inquietum, & crudelem, dicens se quidem non nescire, hunc hominem tam ampla Præfectura esse indignum, at cives Antiochenos talem Præfectum esse meritos. Discedentem magna populi multitudo deducebat, & Senatorum pars major eum usque Litarben, quindecim leucis Antiochia distantem, comitata est, profectionem felicem, & reditum gloriosum a Diis precata. Antiochenorum comitati inclementer respondit, dicens, eos Imperatorem ultra non visuros, & apud se statuisse, Tarsi secuturam hyemem transigere; & re ipsa, ut omnia ad hyemandum ibi parata essent, jusserat. Cæterum revectus est quidem Tarsum Julianus, sed mortuus.

Juliani Expeditio in Persas.

Jul. ep. 27.

Amm. 23. c. 1.

Cum Cyrum præterveheretur, vidit populi turbam ad ostium cavernæ stantem, interroganti, quid rei esset? responderetur, esse receptaculum S. Monachi Nomine Domitii, ad quem populi multitudo veniret, ut Benedictionem acciperet, & a variis morbis sanaretur. Julianus, misso referendario, ei dici mandavit: *Si ideo in hanc cavernam intrasti, ut placeas Deo tuo, ne quæras placere hominibus, sed solus esto.* Domitius respondit: *postquam Deo corpus, & animam meam consecravi, a multo tempore in hunc spe-*

Chr. Paschan. 363. p. 297.

cum

cum seceſſi, ſed populum, qui fide ſincera ad me venit, repellere non poſſum. Tunc Julianus cavernæ aditum obſtrui juſſit, ubi vir Sanctus incluſus hoc modo mori compulſus eſt. Eum Eccleſia inter Martyres honorat. *Niceph. X. c. 9. Martyr. 5. Jul. & 7. Aug. ubi & Menol.*

Sæculum IV. A. C. 363.

Julianus, ſuperato Euphrate, & relicta ad ſiniſtram Edeſſa, quam, quia Chriſtiana Sacra colebat, ingredi noluit, Carras venit, ibique Lunæ ſacrificavit, cujus in illa civitate magna Religio erat; tunc Procopium propinquum ſuum ante aram Deæ accitum, excluſis omnibus, purpura induit, mandans, ut ſi, fata de vita ſua in Perſia diſpoſuiſſe, audiviſſet, ſtrenue capeſſeret Imperium. Lunæ templo deinde egreſſus, portas claudi, ſuoque annulo ſignari juſſit, appoſitis cuſtodibus, ne quis hominum usque ad ejus reditum illuc ingrederetur. Cum poſt hæc, ipſo occiſo, apertum fuiſſet Delubrum, inventa eſt mulier capillis ſuſpenſa, extenſis manibus, cujus ventrem diſſecaverant, ut in ejus jecore ſigna victoriæ ſcrutarentur. Niſibin ingreſſus, S. Jacobi illius civitatis Epiſcopi, quem incolæ Patronum colebant, Reliquias aufferri juſſit; eas Conſtantius, ita præcipiente Patre Conſtantino, illuc illatas depoſuerat. Credidere cives, in hujus Sacrilegii pœnam accidiſſe, ut eorum civitas Romano Imperio eriperetur, namque ſtatim *Theod. III. c. 26. Amm. XXIII. c. 3.* *Gennad. Catalog. n. 1. Sup. XIII. §. 2.*

Sæculum IV. A. C. 363.

tim post Juliani cladem Persis in prædam cessit.

§. XLV.

Juliani scripta contra Religionem Christianam.

Socr. III. c. 23. Hier. ep. 84. ad Magn. Cyrill. præf. in Jul. p. 2.

In illo itinere Julianus magnum suum opus in Religionem Catholicam scripsit, longarum illo anni tempore noctium beneficio usus. Hunc librum Libanius potiori loco, quam ipsius Porphyrii scripta habebat. In septem libros dividebatur opus, aut juxta alios in tres. S. Cyrillus Alexandrinus hujus operis magnam partem nobis consignavit, nempe quam in edita responsione inseruit. Verosimile est Maximum, aliosque Philosophos, individuos Juliani comites, operam contulisse, atque fortissimas contra Religionem Christianam objectiones collegisse, quibus Imperatoris Juliani nomen auctoritatem commodaret. In illis pleraque illa argumenta inveniuntur, quæ Celsus produxerat, & quæ Origenes diluerat, itemque illa, quæ Eusebius in Præparatione Evangelica refutaverat. Juliani opus incipiebat in hunc modum: *Visus sum mihi optime facturus, si ante omnium oculos ponerem argumenta, quibus mihi persuasum est, Galilæorum Sectam esse inventum humanum, eique nihil Divinum inesse, sed ad abutendum portione credula,*

Sup. l. VII. §. 16. Sup. l. X. §. 4. ap. Cyrill. to. 6. l. II. p. 39.

&

& puerili, animæ maligne confictam, quæ pro veritate fabulas venditet portentosas. Imprimis lectores moneo, ut, si mihi respondere velint, nihil, quod ad rem non facit, afferant, sed secundum juris ordinem procedant, & argumenta non retorqueant, priusquam ad primas, quas profero, accusationes se ipsos defenderint. Ideo Julianus retorsionibus ita sollicite præcavet, quod sciret, quanta argumentorum vi Paganismi cum sana ratione pugnam demonstrare Christiani solerent. Sæculum IV. A. C. 363. *ibid. p. 41.*

Post hoc proloquium materiam aggreditur, dicitque, quod statim Græcorum opiniones de Divinitate cum opinionibus Hebræorum conferre velit, & deinde ex Galilæis quærere, quare Doctrinam Hebræorum potius, quam Græcorum elegerint, & rursus rejecta Hebræorum Doctrina viam singularem secuti sint, de his, & de aliis, quod deterius est, retinentes, scilicet de Hebræis Deorum contemptum, & de Græcis neglectum cæremoniarum? vult dicere, quod Christiani escarum distinctionem, & purificationum Judaicarum usum abstulerint. In decursu operis maxime huic objectioni insistit, & sæpe Christianos redarguit, quod circumcisionem, aliasque Legis Mosaicæ cæremonias aboleverint; hæ cæremoniæ magno in pretio apud Julianum erant, quod cum cæremoniis Ægyptiorum, & Pythagori- *ibid. p. 42.* *Lib. VI. p. 202. p. 238.* *Lib. VII. p. 238.* *Lib. IX. p. 305. 314.* *Lib. X. p. 351.*

Sæculum IV. A. C. 363.

corum, quos homines ipse valde admirabatur, quamdam affinitatem haberent. Eodem ex capite in Christianis reprehendit, quod animalium Sacrificia non offerant, quamvis a Lege Divina essent præcepta, & olim a Patriarchis observata.

p. 354. 356. 358.

In hoc Juliani opere quædam testimonia Catholicæ fidei faventia notari possunt, eo validiora, quo minus sunt suspecta. Postquam satis laudavit res maximas, quas a Diis suis, & Heroibus gestas putat, subjungit: *Trecenti anni sunt,*

L. VI. p. 191.

ex quo propter aliqua miracula, quibus fidem hominibus fecit, Nomen JEsu *celeberrimum est, cum tamen toto, quo vixit tempore, nihil memoria dignum egerit, nisi forte rerum præclare gestarum loco adduxeris, quod claudos, & cæcos sanaverit, aut in oppidis Betsaida, & Bethania a Dæmone obsessos adjuraverit.* Hic manifeste Julianus Apostata horum miraculorum veritatem agnoscit, quo posito, parum

L. V. p. 159. *L. IX. p.* 290.

interest, an ista in ipsius oculis maxima, vel vilia videantur. Ipse Julianus etiam testis est, Christianos (*) Filium Dei adorasse, cum hoc ipsis objiciat tanquam crimen,

Liber Juliani contra Relig. Catholicam.

(*) Interpres Protestans posuit: daß einige den Sohn GOttes anbeteten: & post 4. Lineas: negare Christianos, daß sie (die Christen) nicht einig wären. Das sind Böcke genug. Post lineas aliquot in hac pagina novus error. In hoc libro occur-

men, quasi alium Deum, quam Patrem adorandi præceptum transgrederentur, quamvis ipse fateatur, negare Christianos, a se duos vel tres Deos adorari. In eodem loco testis est locupletissimus, Mariam a Christianis jugiter appellari Matrem Dei, *Theotocon*, quod alibi etiam repetit; hoc autem propter ea, quæ in historia nostra sequentur, notari meretur. Ipso judice S. Joannes Evangelista primus clare de JEsu Christi Divinitate locutus est, & in hunc modum declamat in Christianos: *in tantam miseriam delapsi estis, ut ea ipsa, quæ vos Apostoli docuerant, non tenueritis; qui vero secuti sunt, multo profundius in impietatis abyssum vos demerserunt; etenim nec Paulus, nec Matthæus, nec Lucas, nec Marcus dicere ausi sunt, JEsum fuisse Deum, sed bonus vir, Joannes videns, jam plurimas urbes in Græcia, & in Italia hac insania laborare, audiens quoque, ut ego opinor, quod sepulcbris Petri, & Pauli, quamvis occulte, a multis magnus honor haberetur, id omnium primus affirmare non erubuit, & postquam pauca de Joanne Baptista scripsit,*

Sæculum IV. A. C. 363.

Lib. VIII. p. 262.

pag. 276.

Lib. VI. p. 213.

Lib. X. p. 327.

occurrunt adhuc alii quatuor errores minorum gentium, quos non memoro. Item sæpe vocem: Sanctus ante Nomen Personæ omittit. Rursus aliqua omisit, & in fine hujus Libri integrum paragraphum.

Sæculum IV. A. C. 363.

pſit, redit ad Verbum, quod annuntiat, dicitque: Verbum Caro factum eſt, & habitavit in nobis. Ergo hic Julianus fatetur, S. Joannem clare JEſu Chriſti Divinitatem docere, quod iterum inferius expreſſe agnoſcit.

Hoc quoque Julianus concedit, quod jam tempore S. Joannis aliorum Apoſtolorum ſepulchris honor exhibitus fuerit; & in quibusdam locis de hoc cultu queritur, quo Chriſtiani mortuos, id eſt, Martyres proſequebantur; *At, ſi ſaltem,* inquit: *a nobis deficientes, ad Hebræos transiſſetis, minus malum elegiſſetis; tunc enim loco multorum unum Deum adoraretis, non vero unum hominem, aut potius multos miſerrimos homines.* Et alibi dum de JEſu Chriſti adoratione loquitur, inquit: *Hujus mali auctor Joannes fuit, verum, quis ſatis deteſtari valeat, illud, quod tempore poſteriori excogitaſtis, dum ad priſci illius mortui cultum multorum novorum mortuorum cultum addidiſtis? omnia Sepulchris, & monumentis impleſtis, cum tamen nullam habeatis legem, adeunda eſſe ſepulchra, ibique proſtrato corpore mortuos adorandos.* (*) Inferius tamen agnoſcit,

p. 333.

Lib. VI. p. 201.

Lib. X. p. 335.

p. 339.

(*) Ecce Julianus ſua ætate Chriſtianis objiciebat, quod aliqui ex Proteſtantibus rudioribus hodieque nobis exprobrant: ſed nempe Apoſtata fuit.

agnoscit, hanc traditionem ab Apostolis esse profectam, putatque, hunc mortuis cultum cujusdam magicæ operationis causa tribui a Christianis, quia nempe non alia ratione defunctis quemquam honorem exhibere solebant Pagani. Denique, constat Christianos tali cultu defunctos, quos Sanctos credebant, fuisse veneratos, qui Gentilibus adorationis species videri potuerit. Julianus Christianis etiam cultum Crucis exprobrat; nam dum de illo clypeo loquitur, quod Romanis Ancile dicebatur, atque de Cœlo Regi Numæ missum credebant, exclamat: *Hoc cum ita sit, Mortalium perditissimi! cum, inquam, hoc scutum cœleste apud vos haberetis, quod vobis Jupiter maximus, aut Mars, generis vestri Auctor, miserat, ut vobis, & urbi vestræ tutelæ perpetuæ pignus esset, cumque illud honorare, & venerari oportuisset, lignum Crucis adoratis, & infame signum frontibus vestris, & domibus imprimitis! nescio, per Jovem! an magis sapientioribus inter vos irascar, an potius simpliciorum miserear, quos, dum persuasistis, ut a Diis immortalibus deficiant, & ad illum mortuum, a Judæis crucifixum, transfugiant, in ultimam perniciem impulistis.*

Sæculum IV. A. C. 363.

Lib. VI. p. 194.

Nulla re magis Gentiles offendebantur, quam cultu Martyrum, & eorum Reliquiarum, utpote qui cadavera & sepulchra

Sæculum IV. A. C. 362.

inter immunda, & nefanda habebant, quamvis hæc Religionis eorum partem conficerent, nam Deos Manes, & infernos colebant. Hinc noctu tantum fas esse exequias agere existimabant. Hoc ipsum Julianus anno 363. antequam Antiochia proficisceretur, duodecima Februarii, edita lege statuit. Initio prohibet, ne quid de monumentorum ornamentis aufferatur, quibus ea non nulli spoliabant, ut in aulas domorum suarum, & porticus inferrent; hoc raptu Julianus Religioni Manium injuriam fieri arbitrabatur. Alium quoque abusum, ut maxime periculosum, reprobat, quod clara diei luce per medium populum cadavera ad sepulturam deportentur, quod, inquit, oculos inauspicato aspectu funestat. *An enim fieri possit, ut felix sequatur dies, si ducendo funus cœpta fuerit? quis deinde ita pollutus ad Deos, ad templa accedere audeat? dolor secretum poscit, & defunctorum nihil interest, die an nocte sepeliantur. Ergo cæremoniæ funebres oculis multitudinis subtrahantur; dolor propinquorum exequias decet, non pompa, & ostentatio.* Nullus est admirationi locus, si modus funera celebrandi Antiochiæ, urbe pene tota Christiana, adeo Juliano displicuerit.

L. 5. Cod. Theod. de Sepulch. viol. v. ibi Gothofr.

§. XLVI.

§. XLVI.

Sæculum IV. A. C. 363.

Alia Juliani Scripta. Et Philosophia ejus.

Præter fragmenta operis contra Religionem Christianam aliquos sermones, & epistolas Juliani habemus, ex quibus hominis indoles, & qualis fuerit ejus Philosophia deprehenditur. Inter maxime prolixas illa est epistola, quam ad quemdam nomine Serapionem dedit, cum ei centum caricas Damascenas mitteret. Mediam epistolam laus ficus conficit, per omnes locos communes Rhetoricæ deducta, citata auctoritate Aristophanis, Herodoti, Homeri, Hippocratis, Aristotelis, & Theophrasti. Altera pars laudibus numeri centenarii absolvitur, quæ laudes ex hujus numeri proprietatibus arithmeticis, & Poetarum exemplis confirmantur. Pleræque ejus epistolæ aut ab alicujus Auctoris citatione, aut ingeniosa fabula exordium sumunt. Illæ, quas ad Sophistas dabat, nimiis laudibus & assentatione sordent, estque tantus amicitiæ impetus, ut magis animi levitatem, quam affectum indicet. Verbo omnia Juliani opera ostentationem, ridiculam eruditionem, & superstitionem sapiunt. De Misopogon diximus. Exstant duo sermones in laudem Constantii, non minus quam alia panegyrica adulationibus pleni;

Epist. 24.

Sæculum IV. A. C. 363.

ni; quam sincere scripserit, ea quæ deinde secuta sunt, prodiderunt, imo Julianus satis ipse a se dicta retractat in longa ad Athenienses epistola, quæ Seditionis a se motæ apologia est. Alia adest Panegyris de Sole. Alia de Matre Deorum, vanis Theologiæ ejus Mysteriis repleta; hæc ultima unius noctis opus est. Bidui spatium impendit, ut sermonem scriberet adversus quemdam Cynicum tepidum, qui vitam commodam inducere tentabat, audebatque damnare Diogenem. Alius sermo habetur contra alium Cynicum, nomine Hermogenem, qui coram Cæsare omissa debita reverentia de Diis, fabulisque locutus fuerat. Tandem inter opera ejus primo loco ponendus sermo de Cæsaribus, qui nihil est aliud, quam in Imperatores Prædecessores suos, maxime Constantinum Satyra.

Liban. orat. 10. *p.* 282.

Liban. orat. 10. *p.* 300. *orat.* 6. *p.* 36. *orat.* 7.

Quod pertinet ad Philosophiam, hanc Julianus ita deperibat, ut etiam illius umbram veneraretur, quod ex ejus sermonibus in Cynicos patet, quamvis solemni Professione esset Platonicus. Pædagogum habuerat quemdam Evnuchum, nomine Mardonium, natione Scytham, qui, cum eum ab anno ætatis septimo educasset, magnam de Platone, & Aristotele opinionem indiderat, atque ex tunc mores ejus ad deliciarum contemptum, frugalitatem, & gravitatem philosophicam infor-

Misop. p. 80. 82. *p.* 93. *p.* 78. Juliani Philosophia.

informaverat. Magistros deinde habuit Maximum, & Priscum Discipulos Edesii, qui successerat Jamblico; Jamblicus autem is erat inter illos omnium celeberrimus, qui Plotini, & Porphyrii traditiones collegerant. Plotinus, ut suo loco diximus, imprimis Platonis Doctrinam se sequi gloriabatur, sed ei etiam Doctrinam Pythagoræ, & antiquorum Ægyptiorum Mysteria admiscebat, atque ita hæc Philosophia Theologiæ superstitionem, & fabulas in auxilium exspirantis Idololatriæ vocabat. Philosophia ista prolixe explicata inveniri potest in Tractatu Jamblici, in quo objectionibus difficillimis Porphyrii respondet; nam Porphyrius ejusmodi argumenta sibimetipsi contra Gentilium Religionem, quam ipse profitebatur, in sua epistola ad Anebonem Ægyptium solvenda proposuerat.

Sæculum IV
A. C. 363.

Sup. l. XIII. §. 16.

Eunap. in Jambl.

Sup. l. VII. §. 59.

Aug. X. civit. c. 2.

Jamblicus in dicto Tractatu supponit, quod probare debuisset, quatuor dari Spirituum species, scilicet Deos, Dæmones, Heroes, & animas. Dæmonum duas species statuit, bonos, & malos; Angelos quoque, Archangelos, Mundi Principes, & potestates, quæ materiæ præsunt, admittit; hæc omnia ipse sub Dæmonum genere comprehendere videtur. Credit, omnis generis Spiritus hominibus apparere, atque signa dare, quibus internosci possint. Credit etiam, per oracu-

Jambl. de Myst. Sect. 1.

Sect. 2.

Sæculum IV. A. C. 363.

la, auguria, aliaque media, quæ inter Idolatras probabantur, Divinationem supernaturalem dari, cujus asserti rationes de congruo affert satis ingenioſas. At optime se distinguere putat pias Religionis operationes, quas Græci *Theourgia* nominabant, ab operationibus magicis, quas *Goetia* dicebant, atque humanis fraudibus, & malorum Dæmonum impoſturis tribuebant. Jamblicus etiam Sacrificia explicat, & contra Porphyrium probat, ea nullatenus Dæmonum pabulum fieri. Supponit, cuilibet hominum ſuum esse Dæmonem, ſed negat, hunc Genium ab influxu astrorum, cujuslibet hominis nativitati præsidentium, attrahi, sicut illi volebant, qui positis horoscopis illudebant humano generi. Cœterum astrologiam inter scientias certissimas habet. Paucis omnia; Jamblici opus de rebus non existentibus speciosissimas rationes reddit.

Sect. 3. *c.* 31. *v. Aug. X. civit.* *c.* 9. *Sect.* 5. *Sect.* 9.

Hanc Doctrinam Julianus, avidissime exceptam, omni contentione sectabatur; cum esset levis animi, & arcana sciendi cupidi, magnificis horum Philosophorum sermonibus, somniis, & præstigiis facile captus est, namque cum Diis sibi commercium esse, & prodigia edere posse comminiscebantur; hæc leguntur in Eunapio illius temporis Scriptore Gentili, & illius Chrysanti, a quo Philosophorum

Aug. V. civit. c. 21.

vitas

vitas litteris consignatas habemus, Discipulo. Ambitio res futuras prænoscendi cupiditate Juliani animum accenderat, cum deinde, supra quam sperare potuisset, ad Imperium Mundi fuisset evectus, de oraculorum veritate, quæ sibi summam sortem promiserant, Deorumque, sibi faventium, tutamine nullus dubitavit; Hinc tantus Christianæ Religionis contemptus. Fallacis Philosophiæ eo usque tenax erat, ut quæ manifeste supra humanas vires fiebant, qualia erant Martyrum constantia, & Monachorum rigores, malorum Dæmonum seductioni tribueret. Sæculum IV. A. C. 363. *Fragm. p.* 529.

§. XLVII.

Juliani cædes.

Carris duæ viæ ducebant in Persarum terras, læva una per Adiabenen, qua Tigrim trajiciendus erat exercitus, altera ad dextram per Assyriam, qua per Euphratem erat revehendus. Julianus utraque commeatus parari jusserat, & postquam simulato itinere versus Tigrim aliquantum processisset, subito ad dextram versus ad Euphratem pervenit, quo etiam ejus classis advecta est, mille navibus constans, atque omnibus tam ad bellandum, quam alendum militem necessariis instructissima. Multa in hoc itinere acciderant, quæ Augures secundum artis suæ instituta malum portendere judicabant, *Am. XXIII. c. 3.* *ibid. c. 5.*

Sæculum IV. A. C. 363.

bant, suadebantque, ut Imperator, si incolumis esse vellet, ultra non progrederetur, at Philosophi, a quorum nutu pendebat Julianus, eorum, quæ siniſtre accidebant, causas naturales reddebant, aut si prodigiosa esse faterentur, prout ingenio valebant, ita interpretabantur, ut ea Julianus in felix auspicium traheret. Is igitur, ubi Assyriam attigit, captis non nullis oppidis, etiam in prœlio, quod cum primo occurrentibus Persarum copiis commisit, superior evasit. Utque gratum se Diis exhiberet, statim Marti decem tauros volebat sacrificare, & eccel novem antequam ad aram perducerentur, subito corruerunt, decimus, ruptis vinculis, elabitur, cumque non sine magno labore reductus fuisset, & immolatus, exta ejus conspicientibus rem funestam præsagiebant. Julianus indignans, testem invocabat Jovem, nunquam se, quoad viveret, Marti amplius sacrificaturum. Ctesiphontem deinde, amplissimam urbem, progressus, quod longe munitiorem videret, ac ipse credidérat, obsidionem moliri non est ausus, sed quidquid in illa regione usui esse poterat, corrupit. Cum hæc esset rerum facies, Julianus dupliciter, & gravissime peccavit; primo, quod pacem, melioribus Romanorum, quam Persarum conditionibus a Rege oblatam, recusaverit, secundo, quod

Id. XXIV. c. 1. 2. &c. c. 6.

ibid. c. 7.

Socr. III. c. 21. Liban. or. fun. p. 322. 301.

quod classem suam injectis ignibus consumi jusserit. Hi erant fructus nimiæ in Maximum Philosophum fiduciæ, qui prospera omnia præsagiebat; hujus oraculi responsis confisus Julianus Alexandrum Macedonem rerum gestarum gloria non æquare modo, sed & superare sperabat, cujus olim defuncti animam in corpus suum transmigrasse credebat, nam inter præcipua ejus Philosophiæ dogmata erat Metempsichosis. Ex transfugarum aliquorum consilio ab ora fluminis recessit, quod ut plurimum perangustæ essent viæ, & continuis Persarum insultibus copiæ fatigarentur, sed via breviori in mediam Regionem penetrare tentavit, ita factum, ut tanta classis non solum suo exercitui esset inutilis, sed etiam plurimum auxilii hostes ex ea referre possent; præterquam quod viginti millia classiariorum ad eam defendendam requirerentur. Hæc ergo, Imperatore jubente, contra omnium aliorum sententiam, combusta est; ipse per terras natura quidem fertilissimas ducebat exercitum, at ubi ipsi Persæ, ut hosti venienti solitudinem facerent, frumenta omnia, & jumentorum pabula igne consumpserant; ita brevi Romani ad extremam penuriam redacti sunt. Procopius, & Sebastianus, quibus Julianus copiarum partem ad Tigrim tradiderat, cum mandato, ut se strenue seque-

Sæculum IV. A. C. 363

Am. XXIII. 3. XXIV. 7.

Sæculum IV. A. C. 363. sequerentur, frustra exspectabantur, quia orta erat inter ipsos Duces divisio. Neque Arsaces Rex Armeniæ, cui copias suas in Assyriam ducere fuerat imperatum, comparebat, quod Regnum suum sine custodia relinquere nollet. Hæc omnia, cum præterea continuis hostium incursionibus infestarentur, militum animos frangebant.

Am. XXV. c. 2. Nocte, diem vigesimam sextam Junii præcedente, Juliano in suo tabernaculo, ut Julium Cæsarem imitaretur, commentarium scribenti, idem Imperii Genius objectus est, qui ei Parisiis, cum Imperator proclamatus fuit, apparuerat, sed ista altera vice specie longe diversa, pallidus, atque capite, & cornu copiæ velato, ex tapetibus egredi videbatur. Exterritus est Julianus, sicut deinde amicis suis narravit, & e lectulo, qui humi stratus erat, surgens, aliquas libationes ad mitigandos Deos obtulit, viditque in aere igniculos, quales interdum de Cœlo cadere putamus. Tunc horrore contremiscens, & iratum sibi Martem timens, ipsa nocte, nam diem exspectare longum fuisset, Hetruscos Aruspices adesse jussit, qui Imperatori districte prohibuerunt, ne quid ea die moveret, ostendentes ei in libris Tarquitii, Titulo de rebus Divinis scriptum, si quis tædas cœlestes vidisset, ei a dimicatione abstinendum. His Julianus nul-

Sup. lib. XIV. §. 34.

lam

lam fidem habuit, nec aliquot saltem horas exspectare placuit, sed quamprimum illuxit, itineri se dedit. Sæculum IV. A. C. 363.

Dum igitur hac die Romani iter prosequuntur, Persæ copias, quibus agmen claudebatur, aggrediuntur; Julianus, qui omissis armis præcesserat, ut locorum situm exploraret, audito periculo accurrit, arma alia, nisi solum scutum, sumere festinatio prohibuit, non enim loricam induit, seu oblivio fuit, seu voluntas vitandi calorem, qui tunc erat intolerabilis; illico adest alius nuntius, qui primam aciem laborare sub hostium insultu indicabat, advolat Julianus, repelluntur Persæ, dumque fugientes terga vertunt, ipse brachia tollere, & clamare, ut suos ad persequendos hostes excitaret, Prætorianis, ut sibi caveret, & hoc loco recederet frustra hortantibus; tum vero telum, quod eques Persa intorserat, brachio ejus leviter perstricto, per costas penetrans, jecur profunde vulneravit. Ipse toto annisu jaculum e visceribus extrahere conatus, ita ut digitos suos incideret, in equum collabitur; celeriter ex acie asportatur; Medici, & super omnes fidelis ejus Oribasus, nulli arti, ut Cæsarem juvarent, pepercerunt. Primis adhibitis medicamentis, non nihil refectus, arma poposcit, tum quum, ut in aciem rediret, sed cum multum sanguinem perderet, & vires, sub-

c. 3. Liban. or. fun. p. 303. 304.

Juliani Imperatoris exitus.

Philost. VII. c. 15.

Sæculum IV. A. C. 363.

ſubſtitit. Tum interroganti, quomodo locus ille, quo corruiſſet, vocaretur, refertur, eum ab accolis dici Phrygiam, quo audito nomine, cujusdam vaticinii memor, ſibi moriendum eſſe, non dubitavit. Adſtantibus magnifice loquebatur, dicens; ſe quidem libenter mortem oppetere, nec omnino rem dignam planctu eſſe, ſi quis Princeps ad cœlos, & aſtra rediret. Tum aliquantum de nobilitate animæ cum Philoſophis Maximo, & Priſco collocutus, media nocte reddidit ſpiritum, ſexto Calendas Julii, id eſt, 26. Junii hujus anni 363. annos natus triginta & unum, octo menſes, & dies viginti, natus enim erat ſexta Nov. anno 331. annum unum, menſes octo, & dies viginti tres ab obitu Conſtantii regnaverat.

Pagi. ann. 337. *n.* 7. 336. *n.* 5.

Juliani fata narravi, ſicut ea Ammianus Marcellinus, teſtis præſens, & Libanius coævus, uterque Gentilis ſcripſerunt; at Libanius hujus cædis invidia Chriſtianos onerare conatur. S. Gregorius Nazianzenus dicit, Juliani necem tam a præſentibus, quam ab abſentibus diverſis modis referri; dicebant aliqui ab uno ſuorum militum fuiſſe occiſum, quod poſtea facinus Perſæ Romanis exprobrarunt; alii a morione, qui Perſarum exercitum ſequebatur, alii a quodam Saraceno interfectum volebant. Hinul-

Soz. VI. c. 2. *Lib. or. fun. p.* 323. 324.

or. 4. p. 116. 117.

Am. XXV. c. 6. *p.* 431.

Glan-

Gregorius adjicit, Julianum jam vulneratum ad fluvii ripam fuisse deportatum, & voluisse in undas insilire, ut subito hominum oculis ereptus, Romuli, aliorumque exemplo Deus haberetur, sed ab uno Spadonum, cui id consilium suboluit, fuisse impeditum. Theodoretus his, quæ narravimus adjungit: *ajunt, Julianum, quamprimum vulnus accepisset, vola exceptum sanguinem in aerem projecisse, & dixisse: vicisti Galilæe!* Sozomenus idem refert, sed tanquam paucorum narrationem. Alii dicebant, quod suum sanguinem contra Solem projecisset, exprobrans, eum plus justo Persis favere.

Sæculum IV. A. C. 363.

III. hist. c. 25.

VI. c. 2. p. 519.

§. XLVIII.

Revelationes de morte Juliani.

Plures etiam Revelationes cœlestes narrabantur, quibus Juliani mors in variis locis nuntiata est. Quidam Juliani Domesticus, in itinere constitutus, ut ad eum in Persidem contenderet, cum aliud diversorium non esset, in Ecclesia penes viam publicam dormivit, ecce autem dormienti magnus Apostolorum, & Prophetarum conventus objicitur, tot mala, quæ Imperator Ecclesiæ inferebat, deplorantium, & quibus modis liberari posset, consulentium; postquam diu deliberatum, duo de medio eorum surgentes, cæteris bono animo esse jussis, abierunt, qua-

Soz. VI. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 363.

si Juliani Tyrannidi finem facturi; ille Domesticus, hujus visionis funestum timens eventum, moras traxit, & altera etiam nocte in eodem loco cubavit; per quietem eandem virorum congregationem vidit, & illos duos, qui discesserant, subito quasi a via longa redeuntes, cæteris nuntiare, Julianum fuisse percussum. Eadem die Didymus cœcus, Doctor Ecclesiæ Alexandrinæ celeberrimus, cum domi suæ Juliani Imperatoris impietatem, & Ecclesiarum oppressionem vehementer lugeret, illam diem in jejunio, & oratione transegit, nihil omnino cibi volens capere; postquam nox advenisset, in sella, qua forte sedebat, in somnum delapsus, cernere sibi visus est, equos candidos per aerem decurrere, virosque insedentes clamare: *dicite Didymo; hodie hora septima Julianus occisus est, surge ergo! comede, &, qui bonum nuntium Episcopo Athanasio ferat, mitte!* Didymus horam, diem, mensem, & septimanam notavit, atque veram fuisse revelationem eventus ostendit; nam hora noctis septima apud nos est hora post mediam noctem prima, atque ea ipsa, qua Julianus exspiravit. Palladius hanc historiam ex Didymi ore didicisse se dicit.

Lausi. hist. c. 4. Theod. III. hist. 24. Philoth. c. 2. p. 779.

S. Juliano Sabæ magni nominis Solitario in Osroene, cujus Monasterium plusquam viginti dierum itinere ab Imperatoris

toris castris distabat, ejusdem obitus manifestatus est. Is sciens, quam atroces minas Julianus in Ecclesiam intentasset, per decem dies ab oratione non desistebat, tum subito Discipuli ejus vident Magistrum suum lacrymas abstergere, serenum induere vultum, & præter morem lætum esse, cum alias semper vultum, oculosque ad tristitiæ, & pœnitentiæ speciem præseferret; dum ergo lætitiæ causam exquirunt, ait: *aper furiosus, & immundus, qui vineam Domini devastabat, interfectus jacet.* Mox cantica in gratiarum actionem cecinerunt, & postquam de morte Imperatoris allatum fuisset nuntium, eam illo die, & hora accidisse, qua S. Seni fuerat revelata, cognoverunt. Inter hujus mortis vaticinia illud quoque refertur, quod Grammaticus Christianus Antiochenus, & ob eximiam scientiam Libanio Sophistæ familiaris, ingeniose respondit; nam cum Libanius, ut in ejus Religionem luderet, quadam die interrogasset: *quid agit modo fabri filius?* reposuit Grammaticus: *facit sandapilam.*

Sæculum IV. A. C. 363.

Theod. III. hist. 23. Soz. VI. c. 2.

§. XLIX.

Jovianus Imperator.

Eadem, qua Julianus sublatus est, die, nempe mane vigesima septima Junii, anno 363. præcipui Duces convenerunt, ut Imperatorem eligerent, extrema quip-

Am. XXV. c. 6. Theod. IV. c. 1. Greg. Naz. or. 4. p. 117.

Sæculum IV. A. C. 363.

pe urgebat neceſſitas, ut Ducem haberent, qui ingruentibus omni ex parte hoſtibus exercitum eriperet. Placuit omnibus Dominum habere Jovianum, Domeſticorum, id eſt, Prætorianorum primum, Comitis Varoniani filium, nobiliſſimum, & ſummæ virtutis virum. Is quamvis nunquam primi, aut ſecundi ordinis Præfectus exercitibus imperaſſet, tamen eximiam corporis ſpeciem æquante animi magnitudine, omnibus erat notiſſimus. Tantum cœteris ſtatura eminebat, ut diu, ſed fruſtra veſtimenta Cæſarea fuerint conquiſita, quæ ipſius corpori poſſent congruere. Par altitudini erat craſſitudo, ideoque paulo graviori erat ingreſſu, licet non ultra annos triginta duos numeraret. Hilari erat vultu, & cum omnibus ſe accedentibus jocari amabat; de cœtero mitiſſimi ingenii, & benefici. Animi ad pericula impavidi ſigna ſæpiſſime in bello dederat; non minori conſtantia Chriſtianam Religionem colebat, quod tunc maxime patuit, quando, ut narravimus, Juliano viriliter reſtitit, Confeſſor fortiſſimus. Statim, congeſto tribunali, inducitur, Cæſar, Auguſtus, proclamatur, Purpura, cœterisque Imperii ornamentis induitur; tunc, innata ſibi ſinceritate, ait: *quia Chriſtianus ſum, non poſſum imperare illis, qui ſub Juliano ſervierunt, iisdemque erroribus imbuti ſunt,*

Am. XXV. c. ult.

Sup. §. 9.

Socr. III. c. 22.

sunt; nihil mirum, si exercitus, Dei auxilio destitutus, hostibus in prædam cedat. Sæculum IV. A. C. 363. Tum milites una voce exclamare: *ne timeas, Domine! Christianis imperabis; qui seniores sunt inter nos, Religionem a Constantino hauserunt, alii a Constantio, qui jam defunctus est, brevissimo Regno, errorem, ne in iis quidem, quos seduxit, stabilire potuit.*

His vocibus lætissimus Jovianus, ad salvandum exercitum, & ex hostili terra educendum, adjecit animum. Post aliquot dierum iter, quibus Romani undique irruentes Persas fortiter repellebant, adsunt a Rege Persarum missi, qui pacem offerebant, quam, iniquis licet conditionibus, ad triginta annos duraturam acceptavit Jovianus; verumenimvero, quid faceret? exercitum omnis annona defecerat, pereundum fuisset, namque ipsi Pagani tam opportune oblatam pacem manifestum Dei auxilium fatebantur. Romani quinque Provinciis ad Tigrim atque urbibus Nisibi, & Singara cesserunt; incolæ emigrare jussi. Nisibitani suis se viribus tueri parati erant, at Jovianus integram pactorum fidem servari voluit, quod ei historici Pagani vitio vertunt, ajuntque fuisse obtentum, quo metum Procopii celaret. Si vero Jovianus Procopium timuit, ea, quæ secuta sunt, non vanum fuisse metum, monstrarunt.

Theod. IV. c. 2.

Am. XXV. c. 8.

Eutr. brev. in fin.

Amm. ibid.

Sæculum IV. A. C. 363.

§. L.

Juliani Exequiæ.

Am. XXIII. cap. 2. & XXV. c. 6. 9. Procopius Julianum sanguinis propinquitate contingebat, partis copiarum Dux, cui Jovianus, ut defuncti corpus Tarsum in Ciliciam deduceret, in mandatis dedit, quippe ibi Julianus sibi sepulturæ locum delegerat. Sepultus est prope urbem e regione Sepulchro Maximini Dajæ adversa, Persecutorum ultimi, ita ut sola via publica intercederet, quod tamen casu, non consilio factum. Funus Gentilium more, sed paucis cæremoniis depositum. Mortuum in Deorum numerum retulerunt, & templum non procul ab ejus sepulchro consecrarunt. Non nullæ urbes imaginem ejus, inter sua Idola collocatam, simili honore colebant, & vota ferebant. Parum abfuit, ut quisquam eorum, qui ejus mortem nuntiarunt, lapidibus fuerit obrutus, quod blasphemiam in Deum immortalem diceret. Hæc referente Libanio accepimus, qui duas in obitum Juliani orationes composuit; prima brevis est declamatio, qua tanti viri casum Philosophiæ, & Idololatriæ longe tristissimum deplorat; altera est prolixa, & funebris, per otium concinnata, & post menses decem, & octo pronuntiata.

Philostorg. VIII. c. 1. Greg. Naz. or. 4. p. 120.

Lib. or. 10. p. 330. 331.

Id. orat. 9. p. 259.

or. 9. & 10.

p. 327.

Quo

Quo triſtiores fuere Gentiles Juliani morte, eo major lætitia Chriſtianos omnes refecit; hanc in rem Gentilium aliquis non inepte ludens, dixit: *qua fronte Chriſtiani affirmant, Deum ſuum eſſe injuriarum patientem? imo! nemo promptius, nemo terribilius, quam ipſorum Deus, hoſtibus ſuis iraſcitur; in Juliano nec uno momento temporis vindictam diſtulit.* Ubi Antiochiæ de Juliani morte relatum eſt, ſponte omnes dies feſtos agere, & in lætitiam effundi cœpere. Lætantium voces non tantum in Eccleſiis, & Martyrum oratoriis reſonabant, ſed etiam in Theatris clamabat populus: *jam quid ſunt oracula tua, ſtulte Maxime! niſi putida mendacia? Deus vicit, & Chriſtus ejus!* multo magis vero Juliani memoria omnibus execrationi fuit, poſtquam in Palatio ejus Antiocheno arcæ calvariis plenæ, & putei cadaveribus repleti, inventi ſunt.

Sæculum IV. A. C. 363.

Hieron. in Habac. III. 14.

Theod. III. ult.

§. LI.

S. Gregorii Nazianzeni ſermo in Julianum.

In communi lætitia S. Gregorius Nazianzenus orationes duas compoſuit, ut afflictos conſolaretur, & puſillanimes, quibus proſperitas impiorum ſcandalo erat, confirmaret; Julianum vivis coloribus depingit, & in laudes Chriſtianæ Religio-

or. 3. p. 52. 53. 76.

Sæculum IV. A. C. 363.

nis excurrit, ut ostenderet, quam stultum fuerit consilium, hanc Religionem abolitam voluisse; admiratur vim Prædicationis, quæ, cum Gentibus esset stultitia, tamen Sapientes confudit, & per totum terrarum orbem dilatata est. Stupet fortitudinem Martyrum, cruciatus corporum, quasi corporum expertes fuissent, sustinentium; *Hi sunt, quorum festa*
p. 77. *celebramus*, inquit: *qui Dæmones ejiciunt, qui ægrotos sanant, qui hominibus apparent, & prædicunt futura, quorum corporibus, sive tangantur, sive honorentur, tantum virtutis inest, quantum sanctis eorum animabus; atque minimæ sanguinis guttæ, aut passionis eorum Signo æqualis virtus ac ipsis corporibus insidet.* Tum Monachorum virtutes extollit, quos Philosophis, Imperatoribus, & Heroibus profanæ antiquitatis opponit, &, quantum his omnibus viri illi Sancti fortitudine, constantia, divitiarum, voluptatum, & vitæ ipsius contemptu excellant, demonstrat. Tandem exiguum illorum numerum, qui inter Gentiles doctrina, aut virtute eminuerunt, comparat cum Christianorum innumerabili multitudine, qui utriusque sexus, & omnis conditionis in omni habitabili terra illis non modo paria, sed & majora perficiant, *non solum*, inquit: *obscuræ sortis homines, labori, & frugalitati assueti, ita vivunt, sed etiam*
p. 79.

opulen-

opulentissimi, & nobilissimi, qui, ut JESUM Christum imitentur, asperrimum, sibique inexpertum vitæ genus amplectuntur; de nulla re disputant, & perfectionem suam non in verbis, sed in virtute ponunt. Sæculum IV. A. C. 363.

Ut ulterius ostendat, quam insana fuerit Juliani molitio, subjungit: *non perpendebat magnus ille in arte regnandi (si Diis placet) Magister, superiorum temporum persecutiones ideo Imperatoribus non fuisse periculosas, quod tunc pauci veritatem agnoscerent, & necdum Religionis Catholicæ veritas plurimorum mentibus illuxisset; hodie vero postquam Doctrina nostra ita invaluit, ut Christiani numero Idololatras longissime superent, Christianæ Ecclesiæ ruinam moliri non poterat, quin Romanorum potentiam concuteret, totumque Imperium in ultimum discrimen adduceret.* Quæ hic S. Gregorius dicit de modico Christianorum numero sub persecutionibus præcedentibus, intelligi debent in comparatione prodigiosi incrementi, quod rebus pacatis sub Constantino, & Constantio Religio Christi accepit; alias enim Tertullianus suo jam tempore jactanter affirmabat, Christianorum numerum absolute fuisse maximum, &, ut persecutoribus resisterent, satis viribus valuisse, nisi Sancti Evangelii præceptis fuissent cohibiti.

p. 80.

Sermo in Julianum.

Apol. c. 37.

Sæculum IV. A. C. 363.

Tum S. Gregorius eo magis Julian persecutionem contra jus, fasque excit tam, dicit, quo moderatius Christian prospera fortuna utebantur; *an unquam vobis*, inquit: *pro malis, quæ nobis mu topere intulistis, vices reddidimus? quem vestrum jure suo exuimus? in quem popu furorem, aut Magistratuum iracundia concitavimus? cui vitæ periculum creav mus? quem vestrum, si dignus fuit, publ cis muneribus, & honoribus excluſimus* Ridiculum deinde dicit esse consilium quod Juliano in mentem venerat, ut Gen tiles Christianorum usus imitarentur; *ta Christianæ præcepta*, inquit, *ita nob*

p. 95.

p. 102. *sunt propria, ut ea imitatione adimple ab aliis impossibile sit, quia non tam hominum prudentia, quam Divina Pote tia profecta, tempore confirmata sunt.* inferius, fingens, quæ Julianus cogitav rat, executioni esse data, *sit ergo*, inqui *Theatrum, magnifice exstructum, conv cetur a Præconibus populus, convenian viri ætate, virtute, nobilitate generi Sapientia profana spectatissimi præsideant Purpura certe, & coronis ornati erun nam Gentiles Dignitatum signa, eaque om nia, quibus Magnates a vulgo distinguun tur, maximi faciunt; an in hac quoq re eousque demittere se, & nos imitari no pigebit, ut veram animi magnitudinem morum probitate magis, quam in pomp*

ext-

Sæculum IV. A. C. 363.

exteriori constituant? quæ enim suo splendore oculos hominum attrahunt, vili pretio apud nos sunt; præcipua nobis cura est, animum hominis excolere, & populum, quem instituendum suscepimus, ad cælestia dirigere. Ex his verbis colligi debere videtur, necdum Episcopos, & Presbyteros magnificis ornamentis usos, sed simplicem fuisse, & modicum conventuum Ecclesiasticorum apparatum.

Oratio S. Gregorii Naz. in Julianum.

Tum S. Gregorius orationem prosequitur in hunc modum: *quid autem postea facietis? nempe oraculorum Divinorum Interpretes in medio vestri apparebunt, libros Theologicos, & Morales aperietis, prô quales libros, & quales Auctores! cantare jubebitis peritos bellissimam Hesiodi Theogoniam, & pugnantes Titanos, Gigantesque, terribilia nomina.* Orpheum deinde, & Homerum inducit, atque fabulas absurdissimas, & obscænissimas dicendo perstringit. Ostendit, quam ineptæ sint allegoriæ, quibus eas explicare conabantur, *nam si alia apud ipsos,* inquit: *sub his fabulis latet Theologia, ea nobis nuda exponatur, ut eam confutemus; quare vero res impias, gravissimo aspicientium scandalo, in templis, & altaribus populorum oculis objiciunt? si dicant, esse Poetarum inventa, quibus populos fabularum, & Musicæ amœnitate ad se allicerent, quare his Poetis, Diis suis summam infa-*

p. 105.

miam

Sæculum IV. A. C. 363.

miam inferentibus, tantos honores exhibent, a quibus profecto, si quæ esset Deorum reverentia, impietatis pœnas ultimis suppliciis exposcerent? etiam nobis sunt occulta Mysteria, sed quæ foris apparent, honesta sunt omnia, & decora, quæ latent, sunt mirabilia, & prodigiosa; (*) *Religio nostra est pulcherrimum corpus, quod non vili, & spernendo, sed honesto vestimento tegitur; fabularum vestrarum sensus latens incredibilis est, cortex turpis, & exitialis.* Postquam satis in Paganorum Theologiam lusit, in Doctrinam eorum Moralem invehitur, monstrans, fabulas primis vitæ rationalis regulis repugnare, cum destruant unionem inter homines, quæ est Societatis civilis fundamentum, & reverentiam erga Parentes, cum non divitiarum contemptum, sed castitatis, & sobrietatis doceant. Deinde Doctrinæ Christianæ his summe contrariæ perfectionem opponit.

In altera adversus Julianum oratione S. Gregorius vulgares Gentilium in Christianos objectiones indicat in hunc modum: *Hæc dicimus nos miseri Galilæi, vi-*

p. 122.

(*) In Cœna Protestantium nihil mirabile, nihil prodigiosum. Nam Signum cujuscunque Rei, etiam præstantissimæ, quilibet Princeps instituere potest, & ad ejusmodi institutionem non infinito JEsu Christi in suos amore, non Dei omnipotentia, de qua toties SS. Patres loquuntur, opus fuisset.

ri crucifixi adoratores, piscatorum, & stu- Sæculum IV.
pidorum Magistrorum Discipuli; nos, in- A. C. 363.
quam! qui cantamus sedentes cum vetulis,
longis jejuniis attenuati, fame semi-mor- p. 123.
tui, noctem inutiliter vigilando transigentes. Et post alia: *non alia nobis erant arma, non muri, non propugnacula, quam sola in Deum spes nostra; omni humana ope destituti, ostendimus sola Christianorum contra Persecutores suos arma esse ad* p. 128.
Deum preces. In fine duo ad Christianos necessaria subjungit monita; primum est, ut, castigationibus præteritis, ad suam emendationem saperent, nec mari tranquillo tempestatis obliviscerentur. *Gaudeamus quidem*, inquit: *absit autem, ut lætitiæ nostræ signa sint ornatus corporis,* p. 129.
vestium luxus, epulæ, & ingluvies; crimina vero, quæ post ebrietatem sequi non ignoratis, nominare verecundia vetat. Ne, quæso! fora publica, aut domorum nostrarum vestibula floribus ornemus, nec lampades accendamus; turpe esset domos nostras tibiæ sonitu, aut mensas pretiosis odoribus dehonestari. Ita Gentiles sua Novilunia celebrare solent, nos vero Christianos aliis modis Deo gratias agere oportet, nempe animæ puritate, lætitia interna, sanctarum cogitationum lumine, unctione Mystica, & mensa spirituali. (*) Alterum

(*) Et Mensa Spirituali. His verbis S. Gregorius

Sæculum IV. A. C. 363.

rum ad Fideles monitum est; ne favente occasione ad vindictam, de Gentilibus sumendam, utantur, sed mansuetudine eos devinciant. *Qui vindictæ cupiditate*, inquit: *vehementissime æstuat, eos Dei judicio relinquat! ne quidem nobis in mentem veniat, ut eorum bona fisco addici postulemus, aut obtorto collo in judicium trahamus, ut proscribantur, vel virgis cædantur; verbo, non cogitemus, inimicis nostris paria referre. Imo, si qua possumus, eos nostro exemplo meliores efficiamus. Si quis propinquorum vestrorum, aut Filius, aut Pater, aut affinis, aut amicus injuriam passus est, nolite eum aliqua mercedis parte defraudare. Satis nobis sit, videre, quod persecutores nostri in foris, & theatris publicis populi clamoribus confundantur, ipsique tandem agnoscant se a Diis suis fuisse deceptos.* Hoc erat vindictæ genus, quod S. Gregorius Christianis suadebat. Quamvis in his duobus sermonibus S. Gregorius Juliano non parcat, non tamen plus justo ejus memoriam lædere dici potest, si cum iis, quæ Gentilès, & adulatores ejus Libanius, & Ammianus Marcellinus de ipso scripserunt,

p. 130. 131.

p. 132.

Am. XXV. c. 4.

---

rius Sacram Communionem Corporis & Sanguinis Christi manifeste indicat. Interpres Protestans reddidit: p. 225. Und Geschmack an Geistlichen Dingen. Bellissime!

runt, comparentur. At in hoc Principe ita bona malis, malaque bonis mixta erant, ut facillime laudari, vituperarique salva veritate potuerit. Sæculum IV. A. C. 363. *Aurel. Vict. de Cæs.*

§. LII.

Jovianus pacem Ecclesiæ reddit.

Jovianus Imperator nullus dubitans, Julianum impietate sua toti Imperio pericula accersisse, nulla interposita mora, ad Rectores Provinciarum scripsit, ut Christiani in Ecclesiis convenirent. Tum vero victimarum sanguis, quem Julianus copiosissime fuderat, fluere cessavit, omnia Idolorum templa claudebantur, occultabant se Gentiles, & Philosophi Pallio, quod Græce *Tribonion* nominabatur, eratque eorum professionis signum, dimisso, vestitum vulgarem resumebant. Ex Joviani nummis dispicitur, quod crucem Labaro restituerit. Ecclesiis, Clericis, viduis, virginibus immunitatem reddidit, sicut etiam Beneficia omnia, quæ Constantinus Magnus, & Filii ejus Religioni concesserant, & Julianus revocaverat. Jovianus speciatim distributiones frumenti, quas Constantinus Ecclesiis fieri indulserat, rursus imperavit; at propter annonæ penuriam, qua tunc Provinciæ premebantur, tantum tertiam partem reddi jussit, totum redditurum se, postquam fames cessasset, pollicitus. Legem *Soz. VI. c. 3.* *Socr. 3. c. 44.* *Soz. VI. c. 3.* *Theod. IV. c. 4.*

Sæculum IV. A. C. 363.

gem quoque condidit, namque ad Secundum Præfectum Prætorio in Oriente misit, in qua capitali pœna sanciebat, ne quis Virgines Deo sacras rapere auderet, aut etiam ad matrimonium sollicitare; quippe, Juliano regnante, multi tales virgines, consensu, vel vi, vel blanditiis extorto, duxerant.

Sozom. VI. c. 3. l. 2. Cod. Th. de rap. vel. matr. tit. 25. l. IX. l. 5. Cod. de Episcop.

Quamprimum Jovianus, ex Persia rediens, Romani Imperii terras attigit, lege lata, Episcopos, tam a Juliano, quam a Constantio proscriptos, revocavit, jussitque, ut Ecclesiæ illis Fidelibus, qui fidei Nicænæ puritatem conservassent, redderentur; hoc quoque Imperatori non erat ignotum, præcipuum tunc temporis fidei defensorem esse Athanasium, hinc datis ad eum litteris, rogavit, ut, quæ credenda essent, exacte sibi perscriberet. S. Athanasius non exspectaverat Cæsaris mandatum, ut suo latibulo prodiret, sed per revelationem Didymi cognita Juliani nece, in medio populi sui, insperato aspectu exultantis, comparuit, & Pastoris officio, ut consueverat, functus est.

Theod. IV. hist. c. 2.

Greg. Naz. or. 21. p. 394.

§. LIII.

Epistola S. Athanasii ad Jovianum.

Acceptis Imperatoris litteris, S. Athanasius eruditissimos convocavit Episcopos, atque nomine omnium Episcoporum Ægypti, Thebaidis, & Lybiæ rescripsit; in

in hac epistola Episcopi docent, fidei Nicænæ simpliciter esse inhærendum, & addunt: *Scias, Imperator, Deo dilecte! hanc Doctrinam omni tempore fuisse prædicatam, eamque omnes Ecclesias particulares recipere, scilicet Ecclesias Hispaniæ, Britanniæ, Galliarum, totius Italiæ, & Campaniæ, Dalmatiæ, Mæsiæ, Macedoniæ, & totius Græciæ; omnes Ecclesias Africæ, Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Lyciæ, Isauriæ; Item, totius Ægypti, & Lybiæ, Ponti, Cappadociæ, & vicinarum Provinciarum; tandem Ecclesias Orientis, paucis exceptis, quæ opinionem Arii sequuntur. Omnium Ecclesiarum istarum fides reipsa nobis perspecta est ex epistolis, quas tenemus. Parvus vero quorumdam numerus, huic fidei contradicentium, in totius Mundi comparatione nullius ponderis est.* (*) Tum Symbolum Nicænum epistolæ

Sæculum IV. A. C. 363.

Theod. IV. c. 2. 3. ap. Ath. tom. 1. p. 245. 246.

(*) Hoc illustrissimum S. Athanasii Testimonium illis Ecclesiæ hostibus est opponendum, qui in Concilio Ariminensi ferme totam defecisse cavillantur; Nemo enim S. Athanasio melius totius Ecclesiæ sensum illa ætate scire poterat. Dicit quidem S. Gregorius Nazianzenus oratione XXI. *Si perpaucos exceperis, qui vel ob Nominis obscuritatem contemptui habiti fuerunt, vel ob virtutem restiterunt ..... omnes tempori obsecuti sunt; hoc tantum inter eos discriminis fuit,*

Sæculum IV. A. C. 363.

epistolæ de verbo ad verbum insertum est; & deinde prosequuntur in hunc modum: *Huic fidei, Domine! firmiter inhærendum, quia Divina est, & Apostolica, nihil ob probabilem ratiocinationem immutandum, sicut Ariani fecerunt, dicentes, Filium Dei ex nihilo productum esse, fuisse tempus, ubi non extiterit, creatum esse, & mutationi subjectum. Concilium Nicænum non tantum dicit, Filium esse similem Patri, aut similem Deo, sed ipsum*

Sup. l. XI. §. 13.

---

quod alii citius, alii serius in hanc fraudem inciderunt. At cum Fleurio respondendum, hunc S. Patrem de Oriente tantum loqui, id est, de quibusdam Asiæ Provinciis, ubi ipse illo tempore, quo Episcopi cogebantur ad subscribendum, degebat. S. Hieronymus in suo Chronico secundum Fleurium ad annum 361. dicit: *Omnes pene toto orbe Ecclesiæ sub Nomine Pacis, & Regis Arianorum consortio polluuntur.* Hic attendendum, S. Hieronymum non loqui de errore fidei, sed de Contagione Communionis, & consortii cum Arianis. Iterum S. Hieronymus: *Ingemiscens terrarum orbis Arianum se esse miratus est!* Verum hæc dictio est oratoria, & Hyperbolica, nam ex ipso S. Hieronymi contextu patet, Episcopos aliorum nequitia fuisse deceptos, nec diu in errore perseverasse. Denique S. Athanasii in hac Epistola ad Jovianum Imperatorem verba: *Ejus* (nempe Doctrinæ Nicænæ) *Suffragatrices esse omnes in omnibus locis Ecclesias*, omnia dicluunt.

ipsum & de Deo esse, & Deum verum. Sæculum IV. A. C. 363.
Dicit, esse Consubstantialem, id est, verum Filium, de vero Patre natum. Patres non separarunt Spiritum S. tanquam a Patre, & Filio alienum, sed eum cum Patre, & Filio glorificarunt, quia Sancta Trinitas una tantum Divinitate subsistit. (*) Hoc est illustre testimonium, quod tunc S. Athanasius Catholicæ veritati reddidit. Perlecta hac epistola Imperatorem desiderium subiit, S. Athanasium videndi, & viro colloquendi, igitur, ut ad se Antiochiam, ubi ex Persia redux subsisterat, veniret, mandat, atque S. Athanasius ex amicorum consilio Imperatoris voluntati libentissime obtemperavit.

Greg. Naz. or. 21. p. 394.

Epiph. hær. 68. n. 10. Soz. VI. c. 7.

§. LIV.

Libellus Semi-Arianorum.

Alia ex parte hæretici suis rebus invigilabant; omnium Sectarum Episcopi, ubi Imperatorem ex Persia redire vulgatum est, obviam occurrere properabant; sperabantque ad suam Sectam pertrahi posse; at ille ex illorum parte se stare, qui Filium consubstantialem dicebant, omni tempore professus fuerat. Macedonia-

Socr. III. c. 25.

(*) Eximium de Spiritus S. Divinitate Testimonium! ad quod respicere illi debuissent, qui sequenti tempore æqualem Patri, & Filio negarunt.

Sæculum IV. A. C. 363. doniani, seu Semi-Ariani libellum supplicem primi miserunt, ut Ecclesias, quas Anomei possidebant, sibi restitui obtinerent; Libellus iste nomine Basilii Ancyrani, Silvani Tarsensis, Sophronii Pompejopolitani, Pasinici Zenensis, seu Zenopolitani in Lycia, Leontii Comanensis, Galliστrati Claudiopolitani, & Theophili Castabalensis in Cilicia Imperatori traditus est; illud quoque petebant, ut quæ Arimini, & Seleuciæ decreta fuerant, subsisterent, & quæ in contrarium vel dolo, vel vi acta, irritarentur, aut saltem, rebus in eundem statum, in quo ante ista Concilia fuerant, remanentibus, cujuscunque Sectæ Episcopis inter se liceret, ut lubueret, convenire, quamvis cum aliis non communicarent. Imperator Jovianus, accepto hoc libello, nihil rescripsit, sed tantum dicere auditus est: *disputationes odi; illos autem, qui ad unionem, & pacem Ecclesiæ reducendam adlaborant, colo, & maximi facio.* Cum ista Imperatoris verba ad aliarum Sectarum Episcopos fuissent delata, repressus est libellorum offerendorum impetus. Tunc autem Acacius, & qui auctoritatem ejus sequebantur, prodiderunt luculenter, quod semper fidem, quamcunque Princeps profiteretur, amplecti parati essent, nam cum viderent, Imperatorem, qui tunc erat Antiochiæ, S. Meletio multum honoris exhibere,

Soz. VI. c. 4.

Socr. III. c. 25.

bere, cum hoc Episcopo colloqui cæperunt, & in Concilio, tunc temporis celebrato, Doctrinam de Filio, Patri consubstantiali, receperunt. Sæculum IV. A. C. 363.

§. LV.

Concilium Antiochenum.

Concilio Antiocheno diversarum Provinciarum Episcopi viginti septem adfuere, atque inter eos præcipui S. Meletius, S. Eusebius Samosatenus, Titus Bostrensis, Pelagius Laodicenus, Irenion Gazensis, Acacius Cæsariensis. Athanasius Ancyranus duos delegavit Presbyteros, quod & quidam alii Episcopi fecerunt. Pelagius, & Athanasius in Concilio Constantinopolitano anno 360 cura Acacii Cæsariensis Episcopi creati fuerant, postea tamen digni veritatis Defensores exstitere. Hujus Concilii fructus fuit epistola Synodalis ad Imperatorem Jovianum data, ut confirmaretur fides Nicæna, ad imitationem Concilii Alexandrini; at vox consubstantialis non ita expresse ponitur; ipsa Concilii Antiocheni verba sunt sequentia: *Filius genitus est ex substantia Patris, & in substantia Patri similis est; non quod in Generatione ineffabili aliqua passio concipiatur, aut vox substantia juxta significationem linguæ græcæ hic adhibeatur, sed ut ea evertantur, quæ impius Arius ausus est dicere, JEsum Christum* *Sup. XIV. §. 23.*

apud Socr. III. c. 25.

Sæculum IV. A. C. 363.

ex nihilo esse productum, & hodieque Ameimei majori insolentia dicunt. Tum totum Symbolum Nicænum epistolæ inseritur.

Hier. Chron. an. 363.

Quamvis hæc fidei expositio sit Catholica, nihilominus, qui Meletio adversabantur, & sequebantur Paulinum, eam damnabant, quod Semi-Arianis, & Macedonianis faveret. Adhuc exstat breve scriptum, quod hanc formulam rejectam cupit, sub titulo: *Refutatio Hypocrisis Meletii, & Eusebii Samosateni, de consubstantiali male sentientium.* Prætextus hanc expositionem incusandi est, quod vocem: similis in substantia, tanquam explicationem vocis: consubstantialis, adhibeat, & de Divinitate Spiritus S. sileat. Certum interim est, aliquos eorum, qui cum S. Meletio, & ejus Concilio communicabant, tenuisse, Spiritum S. esse Creaturam, quamvis circa Filium ab errore immunes essent. Quod attinet ad Acacium Cæsarienſem, vitæ præcedentis ratio locum dubitandi facit, an sincere Filium consubstantialem crediderit, & forte quorumdam aliorum eadem dissimulatio fuit.

Epiph. hær. 73. *n.* 34.

Paulinus quoque Antiochiæ insimulabatur, quod errores Sabellii, & Apollinaris foveret, quam accusationem ut apud S. Athanasium dilueret, eidem, Antiochiæ tunc moranti, Confessionem fidei tradidit

tradidit secundum formulam, sibi manu propria Athanasii præscriptam, & Definitioni Concilii Alexandrini, anni elapsi 362. conformem, in hæc verba: *Ego Paulinus Episcopus credo, quod didici, Patrem subsistentem perfectum, & Filium subsistentem perfectum, & Spiritum S. subsistentem perfectum. Hinc credo explicationem superius hic scriptam de trina hypostasi, & de una hypostasi seu substantia, quia credere, & confiteri Trinitatem, & unam tantum Divinitatem tenemur. De Incarnatione Verbi credo, sicut superius scriptum est, quod Verbum caro factum sit, secundum S. Joannem, non patiendo aliquam mutationem, quod impii dicunt, sed factum esse pro nobis hominem, ex S. Virgine, & de Spiritu S. genitum; nam Salvator non assumpsit corpus sine anima, sine sensu, sine intellectu, cum pro nobis vere homo factus sit. Ideoque omnes illos anathematizo, qui fidem Nicænam rejiciunt, & negant, Filium esse de substantia Patris, & consubstantialem. Anathematizo omnes, qui dicunt, Spiritum S. esse creaturam a Filio productam. Anathematizo etiam Sabellium, & Photinum, & omnes hæreses.* Talis fuit fidei Confessio, quam Paulinus S. Athanasio tradidit, sua manu scriptam. Mens erat S. Athanasio etiam cum S. Meletio communicare, at malevolorum quorumdam consilio hanc ūnionem in aliud tempus distulit.

Sæculum IV A. C. 363.

Epiph. hær. 77. 20. 21.

Basil. epist. 325. p. 100.

Sæculum IV. A. C. 363.

§. LVI.

Ariani inter se divisi.

Philostorg. VIII. c. 2. Sup. §. 35.

Interim puri Ariani variis factionibus scindebantur. Euzoio nulla cura fuerat exequendi Decretum Concilii sui Antiocheni, ut Aetius absolveretur; hinc ipse Aetius, & Eunomius adversæ parti Principes se præbuerunt, cœperuntque pro diversis Ecclesiis Episcopos ordinare, atque pro ipsa, ubi erant, urbe Constantinopoli, ibi enim multi ab Eudoxio aliarumque Sectarum Principibus deficientes, ipsis jungebantur. Igitur Eudoxius, omni reconciliationis spe deposita, acerrimum in eos concepit odium, quemdam nomine Theodosium, qui cum quibusdam aliis ab Eunomeorum partibus ad se transiit, recepit, & Aetii ordinationem palam impugnavit. At Eudoxii Constantinopolitani modus agendi Euzoio Antiocheno non probabatur. Tanta erat illa tempestate inter Arianos animorum divisio.

§. LVII.

Arianorum contra S. Athanasium molitio.

Acta apud Ath. to. 2. p. 27. Soz. VI. c. 5.

Ariani Alexandrini ne tunc quidem a proposito S. Athanasium opprimendi desistebant. Cum Lucius ipsorum Princeps & quidam alii Antiochiam venissent,

Impe-

Imperatori Joviano per portam Romanam egredienti, ut in campum militarem procederet, obvios se tulerunt, dixeruntque: *Rogamus te, Potentissime, & Piissime Cæsar! ut audire nos velis!* Imperator dixit: *qui estis vos?* responderunt: *sumus Christiani, Domine!* Imperator: *unde, & ex qua urbe?* responderunt: *Alexandria.* Imperator: *quid vultis?* Ariani: *per quidquid possumus, rogamus, ut nobis Episcopum des.* Imperator: *mandavi, ut Athanasius, quem prius habebatis, ad Sedem suam redeat.* Ariani: *Auguste! vir iste a multis jam annis accusatus est, & proscriptus.* Quidam ex adstantibus miles, stimulante zelo, ait: *obsecro Domine! ipse perpende! qui isti sint, & unde veniant? sunt progenies ex Cappadocia, scelesti Georgii posteri, qui urbi Alexandrinæ, & toti Ecclesiæ pestem invexerunt!* ad hæc verba Imperator, subditis equo calcaribus, abvectus est. Alia vice redeuntes Ariani, dixerunt: *accusationes habemus, & probationes contra Athanasium. Decem anni sunt, imo viginti, ex quo ab Imperatoribus Constantino, & Constantio æternæ memoriæ, & a Deo dilectissimo, summo Philosopho, & felicissimo Juliano relegatus fuerit.* Imperator Jovianus dixit: *accusationes decem, & viginti annorum exoleverunt. Ne quid mihi ultra de Athanasio afferatis,*

Sæculum IV. A. C. 363.

Sæculum IV. A. C. 363.

tis; quare accusatus fuerit, & quomodo proscriptus, scio.

Tertia vice extremum conatum adhibuere Ariani, atque Imperatorem adeuntes, dicebant: *alias quoque accusationes contra Athanasium habemus.* Imperator dixit: *multis simul clamantibus, inter confusas voces, quis verum dicat, discernere non possum; viros duos ex vobis, & alios duos ex populo eligite, qui loquantur, nam singulis vestrum respondere nolo.* Tum duo ex populo dixerunt: *sunt relicti discipuli impii Georgii, qui nostræ Provinciæ pernicies fuit.* Ariani: *unicam, & summam fac nobis gratiam, da nobis Episcopum, quemcunque volueris, tantum non Athanasium!* Imperator: *dixi jam, quæ ad Athanasium spectant, irrevocabiliter statuta sunt;* & iracundia commotus ad Prætorianos dicebat, lingua latina, *feri, feri!* Ariani dixerunt: *Obsecramus! Athanasium remittis, unacum eo urbi nostræ exitium immiseris, nemo cum ipso communicat.* Imperator respondit: *Ego tamen curiose mentem ejus exploravi, scio quod bene de Religione sentiat, sit orthodoxus, & bonam Doctrinam prædicet. Verum est,* dixerunt Ariani: *quod bene loquatur, sed in mente perverse de rebus fidei sentit.* Imperator: *sufficit testimonium quod de ipso datis, eum bene loqui, & bene docere; si interne male sentit, soli Deo rationem*

Sæculum IV. A. C. 363.

tionem reddet. Nos homines verba audimus, ſolus Deus cor cognoſcit. Ariani: *jube, Domine! ut conventus agere poſſimus.* Imperator: *& quis prohibet?* Ariani: *Domine! Athanaſius nos vocat hæreticos, & Dogmatiſtas.* Imperator: *loquitur de vobis, ut debet, & omnes illos, qui bene docent, loqui oportet.* Ariani: *Domine! non poſſumus hunc virum ferre; Eccleſiarum prædia nobis abſtulit.* Imperator: *ergo adveniſtis, ut bonorum veſtrorum, non fidei cauſam ageretis?* Tum adjecit: *recedite, & in pace vivite!* & poſtea: *Eccleſiam adite! craſtina conventus agetur, atque in fine ſinguli, quid credant, ſubſcribent. Sunt in hac urbe Epiſcopi, ipſe Athanaſius adeſt, ipſe illos, qui res fidei ignorant, docebit. Diem craſtinam, & perendinam habetis! me enim caſtra revocant.*

Arianorum Machinationes.

Cauſidicus quidam Cynicus ait ad Imperatorem: *Domine! occaſione Epiſcopi Athanaſii, Quæſtor meas mihi domos abſtulit.* Imperator dixit: *ſi tibi Quæſtor domos tuas rapuit, quid hæc ad Athanaſium?* Alius Cauſidicus, nomine Petalas, dixit: *habeo accuſationem contra Athanaſium.* Ad hunc Imperator: *tu vero Gentilis cum ſis, quid tibi cum Chriſtianis?* non nulli de populo Antiocheno apprehenſum Lucium Imperatori adduxerunt, dicentes: *quæſumus, Domine! aſpice, qualem homi-*

Sæculum IV. A. C. 363.

hominem in Episcopum sibi deposcant! Ex quo vilem fuisse externam hominis speciem conjecturare licet. Nihilominus iterato Lucius in Palatii porta ad Imperatorem accedens, rogabat, ut se audiret; subsistit Imperator, & dixit: *dic mihi Luci! quomodo huc venisti, terra vel mari?* respondit Lucius: *se mari advectum.* Imperator respondit: *dico tibi, Luci! Deus hujus Mundi, Sol, & Luna panas meritas exposcant ab illis, qui tecum venerunt, quod te in mare projicere neglexerint! utinam navim, quam vectus es, nunquam propitius ventus afflet! utinam tempestate jactata procul ab optato portu demergatur!* Ariani per Euzoium Evnuchos Palatii, & Probatium rogaverant, ut causam suam apud Imperatorem tuerentur, quod ubi ad Imperatoris notitiam venit, Spadonibus severe castigari jussis, dixit: quiscunque contra Christianos sollicitaverit, parem mercedem accipiet. Imperator post multa colloquia viri prudentiam, ingenium, & pietatem summopere admiratus, S. Athanasium ad regendas Ægypti Ecclesias a se dimisit.

Soz. VI. c. 5.

§. LVIII.

S. Athanasius in Thebaide. S. Pacomius.

Credibile est, hoc tempore pacis S. Athanasium superioris Thebaidis Ecclesias visitasse. Adverso Nilo, cymba vectus, Taben-

Tabennas pervenit, ubi erat S. Pacomii Monasterium. S. Pacomius S. Athanasium reverebatur, & amabat, non ignorans, quantum vitæ sanctitate celebraretur, quanta pro fide passus fuisset, & quanta charitate in omnes, præsertim vero in Monachos, arderet; ergo cum omnibus suis S. Archiepiscopo festinate obvium se tulit, eumque Monachi hymnos, & Psalmos cantantes, ingenti lætitia complexi sunt. At S. Pacomius inter catervas Monachorum latens, in ejus conspectum se non dabat, quod sciret, Aprionem, Episcopum Tentyriensem, Monasterio suo vicinum, sæpe de se ad Athanasium, tanquam de viro admirabili, & Sancto Dei famulo locutum fuisse, & rogasse, ut ad Sacerdotium promoveret. S. Pacomius plurimos tunc Discipulos numerabat, quos, mandato Dei expresso, & tribus vicibus ministerio Angelorum renovato, susceperat, & quos secundum Regulam, quam de cœlo, in tabula scriptam, acceperat, regebat. Præcipui hujus tabulæ articuli sunt sequentes; cuilibet licebat manducare, vel jejunare pro virium suarum conditione; eadem in labore manuum regula valebat. Terni in separatis cellulis habitabant; at culina, & Refectorium commune omnibus. Vestis eorum erat tunica, quam *Lebitone* dicebant, linea sine manicis, sed cum cucullo.

Sæculum IV. A. C. 363

Sup. l. X. §. 8. vita S. Pach. c. 22.

Cingulo

Sæculum IV. A. C. 363. Cingulo ſtringebantur, & ſuper tunicam geſtabant pellem caprinam albam, quæ Græce *Melotes* dicitur, humeros tegentem. Cingulum, & Meloten manducantes, & dormientes retinebant, cum autem ad Communionem irent, (*) utroque depoſito, ſolam tunicam ſervabant. Dum reficiebantur, cucullo caput involvebant, ut alter alterius intuitum arceret, & in ſilentio comedebant. Hoſpites ad menſam communem non ducebantur. Novitii tribus annis ea, quæ ad altiorem perfectionem ducunt, non meditabantur, ſed in ſimplicitate manuum labore occupabantur. Totum Monaſterium in viginti quatuor cohortes dividebatur, quarum unaquæque nomen unius litteræ ex Græco Alphabeto gerebat; hoc autem nomen (quod arcanum pauciſſimi ſciebant) indicabat mores illorum, ex quibus quælibet turba conſtabat; ut res exemplo clarior fiat, ſimpliciores erant congregati ſub littera jota, cujus hæc figura eſt ι; qui durioris erant cervicis, ſub littera Xι cujus figura eſt ſequens ⋿ ut Abbas eo facilius in tanta multitudine ſingulorum ſtatum reſcire poſſet, quandocunque hoc arcano ſermo-

(*) Cum autem ad Communionem irent; id eſt, ad accipiendam Sacram Evchariſtiam. Interpres Proteſtans hoc reddidit Part. III. pag. 232. Wann ſie in der Zelle ſind. Egregium in Interprete Proteſtante Fidelitatis ſpecimen!

sermone, quem non nisi perfectissimi in- Sæculum IV.
telligebant, Superiores interrogabat. A. C. 363.
Tandem Angelus, qui sæpius S. Pacomio loquebatur, mandavit, ut duodecim orationes de die, duodecim vespere, & totidem nocte fierent; cumque nimis paucæ S. viro viderentur, respondit, *hoc statuitur, quod infirmiores sine molestia adimplere valent, nam perfectis hac lege non opus est, sed in cellulis suis orare non cessant.*

Ergo S. Pacomius omnes, qui pœnitentiam acturi ad eum veniebant, cœpit suscipere, sed ad Monachorum societatem non nisi post longam probationem admittebat. Ipse exemplum eis dabat, majori vivens austeritate, quamvis totius Monasterii cura ei incumberet; ad mensam discumbentibus ministrabat, in horto laborabat, ostium pulsantibus respondebat, diu, noctuque ægrotis serviebat. Tres *c.* 23.
primi ejus Discipuli Psentheſſus, Suris, & *c.* 24.
Obsis fuere. Deinde Pecusius, Cornelius, Paulus, alter Pacomius, & Joannes inter cœteros eminuere. Cum aliquibus, quos idoneos judicabat, Monasterii curas partiebatur. Diebus festivis Sacerdotes ex vicinis oppidis accersebant, ut apud se SS. Mysteria celebrarent; nam S. Pacomius Monachos ad Clericorum ordines promoveri non sinebat, quod diceret, ipsis magis expedire, si omnis elationis, & invidiæ occasio abesset. Verumtamen

ad

Sæculum IV. A.C. 363. ad vitam Monasticam eos recipiebat, quos antea Episcopi ordinaverant, eorumque Ministerio utebatur; debita eos recipiebat reverentia, quamvis non nunquam gravioris delicti reos suspicari pronum esset, quod judicandum Episcopis relinquebat.

§. 25. Inter advenientes, ut Discipuli S. Pacomii fierent, erant infantes, senes, & omnis conditionis homines, quos ipse pro diversitate indolis, & virium corporis diverse regebat. Hi laborabant, ut victum sibi pararent, alii toti fratrum collegio serviebant; non omnes eadem hora cibum capiebant, sed unusquisque, prout ratio operis, cui incumbebat, exigebat, aut abstinentiæ studio volebat. Omnes vero ad obedientiam S. Pacomius exhortabatur, utpote brevissimam ad perfectionem viam. Ut partem oneris sublevaret, cuilibet domui, & tribui, id est, multis Monachorum millibus suos Superiores præfecit. Si quis horum Superiorum absens esset, ipse tanquam omnium servus absentium vices supplebat, & paterna solicitudine Monasteria circuibat.

S. Pacomius.

Haud procul a Monasteriis S. Pacomii pauperes ruricolæ habitabant, pecorum pastores, neminem habentes, qui Sacramenta præberet, & SS. Scripturas prælegeret. Hinc S. Aprionis Episcopi Tentyriensis consilio adjutus Ecclesiam in agre-

agrestium istorum oppido, pene deserto, ædificare statuit, qua exstructa, dum nec- dum Lectores, aliive Clerici ad officium Divinum in nova Ecclesia celebrandum ordinati essent, S. Pacomius cum suis Monachis, hora, qua Conventus Ecclesiastici agi solebant, illuc se conferebat, & S. Scripturam legebat, nec vir Senex hoc ministerio, quod in Ecclesia tunc minimum erat, fungi erubescebat; tanta vero attentione, & cordis affectu legebat, ut oculis populi auscultanti Angelo, quam homini similior videretur; tanto zelo plures ad amplectendam fidem Christianam permovit, nam nullam rem magis quam conversionem Gentilium exoptabat. Hæreticos cane pejus, & angue aversabatur, nominatim vero Origenem, quem pro hæretico habebat, eo quod alii ex ejus scriptis perversas opiniones hausissent. Hæc erat Thebaidis facies, quando S. Athanasius ad S. Pacomium invisit.

Sæculum IV. A. C. 363.

c. 27. 44.

§. LIX.

Monasterium Sororis S. Pacomii.

Cum S. Pacomii Sanctitatem fama ad ejus Sororem detulisset, venit ad ejus Monasterium, ut fratrem videret; ipse ostiario respondit, ut diceret suo Nomine: *Soror mea! per istum fratrem, quem ad te mitto, intelliges, me esse in hac hora vivum, & incolumem; ergo vade in pace,*

c. 28.

Sæculum IV. A. C. 363.

& noli contristari, quod me oculis corporis non videas. Si meam vivendi rationem imitari vis, serio delibera, & si mihi constans esse tua voluntas visa fuerit, faciam, ut tibi ædicula excitetur, qua, sicut expedit, commorari possis, & nullus dubito, quin tuo exemplo Dominus plures alias ad morum conversionem alliciat. Soror his verbis perceptis amarissime flevit, &, compunctione tacta, uni Deo servire statuit. S. Pacomius Monasterium sorori, a suo remotum, construi jussit a fratribus in adversa Nili ripa, atque brevi tempore maximæ Sancti-Monialium multitudinis Mater extitit. S. Pacomius cujusdam S. Senis, nomine Petri, curæ commisit, has Dei famulas sæpius invisere, instruere, & suis hortationibus solari. Regulam quoque observandam dedit Monachorum instituto simillimam. Si cujusquam fratris soror aut propinqua in Monasterio Virginum esset, quam videre cupiebat, cum socio Seniore, & probatissimo adire licebat; primo illius, qua cæteris erat præposita, alloquium petebatur, ipsa deinde præsente, & quibusdam senioribus Monachus, servatis modestiæ regulis, propinquæ suæ loquebatur, non autem licebat quidquam dare, vel accipere. Quando Moniales Monachorum opera ad ædificandum, aliosve labores indigebant, laborantibus viri probatæ vir-

tutis

tutis præficiebantur; opus injunctum in timore Dei perficiebant, & hora refectionis ad Monasterium redibant, nunquam enim apud illas manducabant, aut bibebant. Si quando Virgo mortua fuisset, aliæ, omnibus ad sepulturam præparatis, defunctam ad ripam fluvii, quo duo Monasteria separabantur, Psalmos de more cantantes, deferebant; Tunc adventes Monachi cum ramis palmarum, & olivarum, cantantes, funus in alteram ripam trajiciebant, & cum gaudio in suis sepulchris deponebant. Sæculum IV. A. C. 363.

§. LX.

Miracula S. Pacomii.

Sanctus Pacomius etiam Miraculorum dono claruit. Quædam mulier ex urbe Tentyra diu sanguinis profluvio affligebatur; cum audisset, quanta S. Pacomii virtus esset, Confessorem Dionysium Presbyterum, & Ecclesiæ Tentyrensis œconomum, viri Sancti in paucis amicum, adiit, rogavitque, ut virum Sanctum accerseret, tanquam alterius negotii necessitas id exigeret; S. Pacomius, ad Ecclesiam veniens, oravit, precibusque completis, salutavit Dionysium, & penes eum consedit; ipsis colloquentibus, mulier accessit retro, viva fide impulsa, sed ob viri reverentiam trepida, cucullum, quo caput ejus tegebatur, tetigit, & tangendo sanata est. Prona *c.* 34.

Sæculum IV. A. C. 363. in terram cadens, egit Deo gratias, & Presbytero Dionysio Benedictionem impertiente, ad sua rediit. Vir quidam procul videns S. Pacomium, sub porta Monasterii stantem, accurrit, & ad pedes ejus prostratus rogat, ut filiam suam a Dæmone, ipsam

6. 36. torquente, liberaret; S. Pacomius, eo ante fores relicto, intravit, & per ostiarium significari jussit: *non solemus fœminis colloqui, sed si quam vestem filiæ tuæ habes, mitte eam, benedicam, & remittam tibi, confidens in JEsum Christum, quod liberanda sit.* Ergo tunica puellæ illius affertur, quam S. Pacomius severo oculo intuens, ait: *non est hæc tunica, cujus esse dicitis*, patre autem ejus affirmante, quod esset, subjunxit: *scio, quod ejus sit, at virginitatem suam Deo consecraverat, & fregit votum, ideo dixi, quod ejus tunica non sit; jam ergo tibi in Dei præsentia promittat, se in continentia victuram, & JEsus Christus sanabit eam.* Afflictus Pater veritatem ex filia quæsiit, quæ culpam confessa, cum juramento promittebat, nunquam imposterum mali quidquam admissuram; tum S. Pacomius oravit pro ea, & oleum, a se benedictum, misit, quo simul ac peruncta, a Dæmonio liberata est.

Vir alius, cujus filius erat a Dæmone

6. 37. obsessus, ad Sanctum Pacomium venit, qui dedit ei panem benedictum, sollicite monens, ut obsessus, quotiescunque reficeretur,

Sæculum IV.
A. C. 363.

tur, ante comeſtionem pauxillum hujus panis ſumeret; Parens filio ſuo panem dedit, ſed is, Dæmone prohibente, non guſtavit, habensque ante ſe panem alium, arripuit, & comedit. Pater panem benedictum in minima fruſta fregit, atque in palmæ termites, eorum nucleis ablatis, immiſit, nihilque aliud filio, quod comederet, dedit; puer obſeſſus cortices aperuit, fruſtula panis abjecit, & nec ipſos termites manducans, omni cibo abſtinuit. Parens per plures dies puero nihil omnino cibi ſuppeditavit; tandem, fame premente, panem benedictum comedit, indormiit, & fugatus eſt Diabolus. Plures alios ægrotos S. Pacomius ſanitate donavit. Si autem Deus preces ejus exaudire noluiſſet, ideo non affligebatur, aut mœrebat, ſciens, Deum ſæpiſſime majus homini beneficium, ſi quod poſtulat, deneget, quam ſi concedat, præſtare.

c. 39.

S. Pacomius.

Varus Epiſcopus ex urbe Panos ad S. Pacomium litteras dedit, rogans, ut prope urbem ſuam Monaſteria fundaret; annuens poſtulationi Pacomius, itineri ſe dedit, atque tranſiens omnia Monaſteria ſibi ſubjecta viſitavit. Panos advenientem cum Monachis ſuis Epiſcopus ſummis Reverentiæ ſignis excepit, diem illam feſtivam eſſe juſſit, & pluribus ædificandis Monaſteriis locum aſſignavit. Statim vir Sanctus in gaudio S. Spiritus opus aggreſſus

Sæculum IV. A C. 363.

est; ecce autem, dum murum exstruunt, qui totum Monasterium ambiret, nocturni quidam grassatores in tenebris demoliebantur, quæ per diem fuerant ædificata. Equidem S. Senex discipulos suos hortabatur, ut hæc patienter ferrent; sed vindictam malorum Deus suscepit, & cum perditi homines congregati essent, ut, quod pessime sibi proposuerant, perficerent, Angeli Ministerio flammis consumpti ab hominum oculis disparuerunt. Exstructis Monasteriis S. Pacomius quosdam ex suis Discipulos ibi reliquit, quibus Samuelem, virum hilarem, & sobrium præfecit. Haud procul ab urbe sita erant hæc Monasteria, hinc diutius ibi moratus est, donec novella germina radices posuissent.

S. Pacomius dono Prophetiæ præditus fuit, eique Deus inter alia, quis suorum Monasteriorum post mortem ejus futurus esset status, revelavit, nempe fore, ut Monachi admodum multiplicarentur, quosdam in pietate, & abstinentia perseveraturos, alios in tepiditatem lapsuros, & perituros; tantum malum præcipue a negligentia Superiorum profecturum, qui non satis firma in Deum fide, multitudini essent adulaturi; hos discordiæ semina sparsuros, nec quidquam amplius Monachi, nisi vestem retenturos. Sic ubi semel mali Monachi cœterorum Regimen invaserint, orituras æmulationes, & jurgia, &

c. 45.

aliquos

aliquos prima munia ambituros; in Præ- Sæculum IV.
latos eligendos, non qui meritis, sed tem- A. C. 363.
pore priores essent; bonis loquendi, aliosque corripiendi libertatem eripiendam, eosque, quamvis silerent, & quiescerent, malorum persecutionem non evitaturos. S. Pacomius hac revelatione afflictissimus visione cœlesti, dum ipsi JEsus Christus inter Angelos medius apparuit, recreatus est. (*)

(*) Hem tandem aliquod indicium! Interpretem nostrum verosimilius esse Lutheranum, quam Calvinistam. Hic in Nota adjecta Lutherum cum S. Pacomio comparat, S. Pacomium Dono Miraculorum, & Prophetiæ præditum fuisse non credit, & in fine subjungit: Zur Bestimmung eines Wunderwerks und Weissagung gehöret weit mehr; oder wenn dieser Begriff zum Grunde geleget werden soll, wie er hier vor Augen lieget, so können wir gewiß erweisen, daß Lutherus ein Wunderthäter, und Prophet gewesen, und also zwey grosse Siegel zu seinem Reformationsgeschäfte gehabt.

Habemus hic fatentem, Protestantes probare non posse, Lutherum fuisse Thavmaturgum, aut Prophetam. Imo, utinam quod Lutherus in Caput 4tum ad Gal. commentans prædixit adimpleretur; ibi enim Doctrinæ suæ interitum imminere vaticinatur. Jam vero si Deus permittat, ut ejus errores usque in Sæcula durent juxta illud ad Corinth. II. *oportet esse Hæreses*, falsa est ejus Prædictio, & qualis Prophetia, talis etiam est Propheta. Si Lutheri Doctrina intereat, alia profecto fuit, quam JEsu Christi, quæ in æternum stabit. Sed cum Interprete nostro loquamur: ipso fatente Lutherus nullum Donum, nullum Signum speciatim, & Cœlitus concessum habuit. Nunc duo sunt modi, quibus Doctor, qui a Deo est,

Missio-

Sæculum IV. A. C. 363.

Missionem suam probet, vel per Miracula, vel per testimonium hominum. Quæro igitur, an Lutherus immediate a Deo acceptis Donis Miraculorum, vel mediate, id est, interveniente Præcepto aut Licentia obtenta ab Hominibus, hanc Potestatem habentibus, ad reformandam Ecclesiam Romanam missus fuerit? modo primo fuisse missum ipse Protestans noster non affirmat; ergo modo secundo. Rursus itaque quæro, a qua Ecclesia Lutherus se missum probaverit? an a Romana, quam contempsit? an ab alia? quinam sunt illi Episcopi, aut alius Potestate mittendi gaudens, qui eum miserunt? ergo Lutherus nullo prorsus signo ab omnibus, quotquot ab Exordio Ecclesiæ fuere Hæretici, distinguitur. At non indigebat Lutherus aliqua Missione, quia nihil nisi clarissima in Evangelio contenta docebat. Ergo solus Lutherus, & pauculi in Ecclesiam Romano-Catholicam rebelles Doctores Sensum Sacræ Scripturæ v. g. in Materia de Merito, de Sacramentis, de Potestate a JEsu Christo S. Petro, concessa intelligebant? ergo JEsus Christus Ecclesiæ suæ promissam Spiritus S. assistentiam subtraxerat? imo hoc est, quod quæritur, an Lutherus melius quam Ecclesia Romana S. Scripturæ sensum perspexerit? Omnes Hæretici, præsertim Ariani, ex verbis S. Scripturæ errores suos probare nitebantur; idem fecit Lutherus, nullo signo vel argumento munitus, cur ipsi potius, quam omnibus superiorum temporum Hæreticis, qui ab Ecclesia Romana defecerunt, esset credendum. At iterum! Abusus in Ecclesia Romana erant manifesti, contra quos Lutherus scripsit. Si Lutheri mens fuisset abusus tollere, poterat cum multis viris Catholicis illius ætatis contra hos abusus, qui hodie maximam partem sublati sunt, calamum stringere. Quis vero ei Potestatem dedit, quis misit, ut post tot Sæcula Ecclesiæ Romanæ Doctrinam damnaret, & Fidem Anti-Christianam proclamaret, & ab ejus Communione populos avelleret?

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XVI.

LIBERIUS, PAPA. JOVIANUS, IMPERATOR.

§. I.

Joviani obitus. Valentinianus, & Valens Imperatores.

Jovianus, haud diu Antiochiæ moratus, sub finem anni 363. summa hieme profectionem suscepit, Constantinopolim iturus. Per urbem Tarsensem transiens Mausolæum Juliani decorari jussit. Prima die anni 364. cum esset Ancyræ, unacum filio Varroniano adhuc infante ornamenta Consularia assumpsit. Tandem Jovianus ubi Dadastanen in Galatiæ, & Bithyniæ finibus pervenit,

Sæculum IV. A. C. 364.

Am. XXV. c. ult.

Sæculum IV. A. C. 364.

venit, nocte, qua dies decima sexta Februarii decimæ septimæ jungitur, inventus est mortuus; vapore carbonum, quos ad eum calefaciendum, murique humiditatem exsiccandam in cubiculum intulerant, suffocatum crediderunt; nonnulli ciborum etiam indigestionem suspicati sunt, nam pro corporis magnitudine comedebat, atque a vino non satis temperabat. Obiit anno ætatis 33. cum non octo menses integros regnasset; corpus ejus Constantinopolim delatum, ut cum Imperatoribus deponeretur.

Socr. III. c. ult.

Ubi exercitus Nicæam pervenit Bithyniæ Metropolim, una omnium voce Imperator eligitur Valentinianus, secundæ Scutariorum cohortis, quæ Ancyræ remanserat, Dux. Decem dierum interregnum fuit, donec ipse adveniisset, & publice Purpuram induisset, quod 26. Febr factum. Valentinianus natus erat Cibal in Pannonia mediocri genere; at Parens ejus Gratianus per omnes Militiæ gradu ad Prætorio-Præfecti Dignitatem ascenderat. Valentinianus filius magna era animi constantia, sagaci ingenio, amœn vultu, & sermone eleganti; hunc Julianus, ut diximus, relegaverat, quod pi audacia Christianum se confessus esset dum Idolorum Ministrum aqua lustrali s aspergentem grandi ictu repulit. Ips electionis die militibus, ut sibi Collega

Am. XXVI. c. 1.

Victor. epit.

Sup. l. XV. §. 9.

in Imperio deligeret, ſuadentibus, re- Sæculum IV.
ſpondit: *in veſtra erat poteſtate me Im-* A. C. 364.
peratorem facere, jam vero cum Impera- *Theod. IV.*
tor ſim, meum eſt judicare, quid Bono pu- *hiſt. c. 5.*
blico expediat. Verumtamen periculum *Soz. VI.*
Imperii, quod Barbari undique infeſta- *c. 6.*
bant, coegit, ut ad nominandum Collegam
animum adjiceret; dum hac de re delibe-
rat, Dagalaifa, equitatus Dux, ait: *ſi tuos* *Am. XXVI.*
amas, fratrem habes, ſi vero Rempublicam, *c. 4.*
alium elige! nihilominus fratrem ſuum
Valentem elegit, eumque, ubi Conſtan-
tinopolim pervenit, Imperatorem pro-
nuntiavit, uno menſe poſtquam ipſe ſo-
lium conſcenderat, quinto Calendas Apri-
lis, id eſt, vigeſima octava Martii. Va- *Theod. IV.*
lens juxta fratrem Chriſtianus erat, ſed *c. 12.*
necdum baptismo ablutus. Tunc Impe-
rium, Duces militum, & exercitus inter
ſe partiti ſunt, principalis tamen Aucto-
ritas in Valentiniano erat, qui ſibi reti-
nuit Occidentem, cujus partes Barbari
ferociter invadebant; Oriens Valenti
ceſſit. Hyeme Conſtantinopoli conſum-
pta, ambo in Pannoniam usque Sirmium
progreſſi, mutuo valedixerunt, & Valen- *Am. XXVI.*
tinianus Mediolanum contendit, Valens *c. 5.*
Conſtantinopolim rediit.

Jam anno iſto, qui Joviani, & Varro-
niani Conſulatu notatur, aliquas leges
Chriſtianis faventes Imperatores edide-
runt. Edictum, quo juventus inſtrui a Valentinianus & Valens.
quo-

Sæculum IV. A. C. 364.

quocunque vetabatur, revocarunt, volentes, ut quisquis ad id muneris esset idoneus, pueros informaret. Sacrificia nocturna, & cæremonias Magicas prohibuere. Cum tamen Prætextatus, Proconsul Græciæ, fervidus Idolorum cultor, scripsisset, intolerabile Gentilibus onus fore, si Majorum suorum more sequi non liceret, permissum est, ut sequerentur, sed nihil novæ superstitionis adderent; quippe in hoc præcipuæ istæ leges intendebant, ut infanda humani cruoris sacrificia, & barbaræ Magiæ crudelitas cessarent. Imo Regnandi principio Imperatores indulserunt, ut quam unusquisque Religionem profiteretur, in ea libere viveret, & quia Christiani, jam Sacrorum libertatem assecuti, optabant, ut sibi Gentilium templa evertere liceret, ne id fieri posset, Imperatores annuerunt, ut custodes apponerentur, dummodo ipsi Christiani id muneris peragere non cogerentur. Hæc dispiciuntur in Rescripto anni 365. dato ad Symmachum Romæ Præfectum, & Gentilem. Quamvis omnes Leges illorum temporum de more utriusque Imperatoris Nomina præferant, illæ tamen, quæ in Occidente latæ sunt, soli Valentiniano sunt tribuendæ; itaque illius Legis, datæ ad Viventium, Galliarum Præfectum, Auctor est Valentinianus, qua præcipitur, ut Virginitatem

L. 6. de Med. & Prof. C. Th. l. XIII. Lib. 7. C. Theod. de malef. l. IX. 9. Zosim. l. 4. p. 735. 736.

L. 9. ibid. de Malef.

Lib. 4. Cod. Theod. de Censu. Lib. XIII.

niratem perpetuam ſervantes, & viduæ, quarum ætas, & matura prudentia ſpem facit, ad ſecundum matrimonium non tranſituras, a cenſu perſonali exemptæ ſint; eodem privilegio gaudeant utriusque ſexus pupilli usque ad annum vigeſimum, & fæminæ usque dum nubant. Miniſtris forenſibus Valentinianus alia lege prohibuit, ne quidquam die Dominica adverſus Chriſtianos moverent. Jusſit, ut propter feſti Paſchalis lætitiam aperirentur carceres, & captivi emitterentur, illis tamen exceptis, qui ſacrilegii, læſæ Majeſtatis, & ſcelerum atrocium, inter quæ adulterium computabatur, rei eſſent. Illam quoque legem abrogavit, ne, qui propter delicta damnati eſſent, in Theatris digladiari cogerentur.

Sæculum IV. A. C. 364.

L. 1. de exec. l. VIII. l. 10. de exact. lib. XI. C. Theo. l. 3. l. 4. C. Th. de Indulg. l. IX. l. 1. C. Theod. de pœn.

§. II.

Colloquia S. Hilarii cum Auxentio.

Imperator Valentinianus Mediolani morabatur prima die Junii anno 364, & per maximam partem anni ſequentis 365. Tunc temporis S. Hilarius quoque ibi erat, & unacum S. Euſebio Vercellenſi pro Religione Catholica adverſus Auxentium Epiſcopum Arianum Mediolanenſem acerrime pugnabat; prior Auxentius Imperatoris animum occupavit, dicens, Hilarium, & Euſebium viros eſſe ſeditioſos, & calumniatores, qui ſe Arianum eſſe

Gothof. Chr. Cod. Theod.

Sæculum IV. A. C. 364.

esse comminiscerentur, cum aliud nihil quam purissimam fidem Catholicam docceret. Imperator pacis stabiliendæ studio edictum publicavit, quo districte prohibebat, ne quis Ecclesiam Mediolanensem turbaret. Huic Decreto S. Hilarius totis viribus se opposuit, & ignarum Imperatorem docuit, Auxentium, hominem esse blasphemum, & JEsu Christi inimicum, cujus fides longe alia esset, quam pius Imperator crederet; Valentinianus tanta admonitione commotus, jussit, ut ipsi tres cum aliis Episcopis, ita ut omnino decem essent, collocuturi convenirent, Exactore & officiorum Magistro præsentibus. Primo aditu Auxentius argutiis rei seriæ moras injicere tentabat, partem adversam recusando, ac si in judicio sæculari stetisset; dicebat, Hilarium audiri non posse, ut Episcopum, cum a Saturnino in Concilio Biterrensi esset condemnatus; hanc insimulationem S. Hilarius facile diluit; hinc assessores præceperunt, omissis exceptionibus, de fidei quæstione, quod Imperator jussisset, esse tractandum. Cum deinde Auxentius admodum premeretur, & agnosceret, quantum periclitaretur, si fidem Catholicam negaret, credere se pronuntiavit, JEsum Christum esse verum Deum, ejusdem Divinitatis, & ejusdem cum Patre substantiæ. Ne igitur, quæ Auxentius dixerat, audien-

Sup. l. XII. §. 42.

audientium memoriæ elaberentur, ſta- Sæculum IV.
tim S. Hilarius per Exactorem Imperato- A. C. 364.
ri libellum tradidit, quo Doctrina, in quam omnes conſenſiſſent, continebatur; omnibus videbatur neceſſarium, ut Auxentius confeſſionem, quam ore protulerat, etiam ſcripto publico confirmaret; ſcribere ergo coactus eſt, ſed cum de modo diu apud ſe deliberaſſet, Imperatoris bonitati illuſit, edita fidei formula in hæc verba: *Feliciſſimis, & glorioſiſſimis Imperatoribus Valentiniano, & Valenti Auguſtis Auxentius Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ Mediolanenſis. Ego quidem exiſtimo, Piiſſimi Imperatores! pacem a ſexcentis Epiſcopis poſt tot labores reductam, contumacia paucorum privatorum, qui ante annos decem, ut ex actis probatur, damnati ſunt, turbari non oportere.* Sunt autem iſti privati, & damnati S. Hilarius, & S. Euſebius Vercellenſis ab Arianorum factione anno 355. rejecti, & proſcripti; & tot Epiſcoporum unio eſt Concilium Ariminenſe. Proſequitur Auxentius: *nunquam Arium novi, nunquam eum oculis meis conſpexi, quæ ejus Doctrina ſit, neſcio, ſed ab infantia credidi, ſicut inſtructus fui, & ex SS. Scripturis didici, credidi inquam: & credo in unum verum Deum, Patrem omnipotentem, inviſibilem, impaſſibilem, immortalem, & in Filium ejus Dominum noſtrum JEſum Chri-*

ap. Hilar. p. 1270. Nov. edit. 1693.

Sup. l. XIII. §. 18.

Sæculum IV. A. C. 364. *Christum, natum ex Patre ante omnia sæcula, & ante omne initium, Deum, verum Filium veri Dei Patris, sicut scriptum est in Evangelio.* Tum prosequitur ea, quæ ad incarnationem, & Spiritum S. spectant, & subjungit: *nunquam prædicavi duos Deos; nam non dantur duo Patres, ut vocentur duo Dii, neque duo Filii, sed unicus Filius ex unico Patre, Deus de Deo sicut scriptum est. Unus* 1. Cor. 8, 6. *est Deus Pater, a quo sunt omnia, & unus Dominus JEsus Christus, per quem sunt omnia. Episcopi Catholici semper in Conciliis, præsertim Ariminensi, omnes hæreses condemnarunt. Atque ut veritatem eorum, quæ gesta sunt, clarius perspiciatis, acta ad vos transmisi, & peto, ut ea prælegi jubeatis, ex his cognoscetis eos, qui jam a longo tempore depositi sunt* (nempe Hilarius, & Eusebius) *divisiones in Ecclesia alere omni conatu adlaborant; non ignoratis, fidei Catholicæ expositionem, quæ semel secundum SS. Scripturas bona est, non esse retractandam.*

§. III.

S. Hilarii scripta contra Auxentium.

Hilar. n. 10. Postquam Auxentius hoc scriptum edidit, in vulgus ex composito sparserunt, ipsum in eo confessum fuisse, JEsum Christum esse verum Deum, ejusdem Divinitatis,

tis, & ejusdem cum Patre ſubſtantiæ, eumque ab expoſitione fidei, quam S. Hilarius profiteretur, non diſcedere; itaque Imperator, cum crederet, Auxentium vere eſſe Catholicum, ejus communionem amplexus eſt; at S. Hilarius nihilominus affirmare non ceſſabat, fidem tantum ſimulari, re ipſa autem deſtrui, atque homines, Deumque irrideri. Tunc eum Imperator Valentinianus Mediolano abſcedere juſſit; ipſe obediit, ſed cum alia veritatis defendendæ via ſibi eſſet occluſa, ne hanc omnino deſerere videretur, Scriptum, ad omnes Epiſcopos, & omnes populos Catholicos directum, edidit, quo Auxentii fraudes omnium oculis exponit. In exordio omnes hortatur, ne quis vanæ pacis nomine imponi ſibi patiatur, non enim Eccleſiam tam infirmo niti fundamento, ut eam humano auxilio fulciri neceſſe ſit. Quod explicat in hunc modum: Sæculum IV. A. C. 364.

in Aux. n. 3.

Quis ad temporum noſtrorum miſeriam, & errorem non ingemiſcat, quibus ope hominum Deus indigere, & ad defendendam Eccleſiam JEſu Chriſti Poteſtate hujus ſæculi opus eſſe creditur! quæſo vos! qui vos Epiſcopos eſſe putatis! edicite, quibus auxiliis ad prædicandum Evangelium Apoſtoli uſi fuerint? quibus hujus Mundi Principibus adjuvantibus JEſum Chriſtum annuntiarunt? & univerſas prope

Sæculum IV. A. C. 364.

Nationes a Dæmonum cultu ad adorandum verum Deum pertraxerunt? an forte et Proceribus quemquam sollicitabant, quando in carcere, in vinculis, virgarum plagis laniati, Dei laudes canebant? an forte S. Paulus impetratis Imperatoris edictis JEsu Christi Ecclesiam formabat, quando ipse in Theatro populi spectaculum factus est? aut nempe Neronis, Vespasiani, vel Decii cujusquam potentia fulciebatur, qui Ecclesiam persequendo, ejusdem nascentis claritatem reddidere illustriorem? quando labore manuum suarum nutriebantur, quando secreto in superioribus domorum cubiculis conveniebant, quando oppida, urbesque, & ferme omnes orbis terrarum Gentes terra, marique obibant, Senatus mandatis, & Edictis Principum adversantibus, tunc credo, Regni Cælorum claves non possidebant? imo an non potius Dei potentia de hominum odio triumphavit, dum quo majori contentione JEsum Christum prædicare vetabant, eo magis prædicabatur? hodie vero Eheu! quæ vivimus tempora! fides Divina ab humano Patrocinio pretium accipit, dumque Nomini JEsu Christi auctoritas aliena paratur, quid est aliud, ac hominibus velle persuadere, eam esse hujus sanctissimi Nominis infirmitatem, ut propria potentia stabiliri non possit? Ecclesia hodie carceres minatur, & exilium, & fidem vi invehere nititur

Act. XVI. 25.

S. Hilarius.

tur, & illa nempe Ecclesia, quæ exilia, & carceres sustinendo propagata est. Exspectat, quasi vero ipsa gratiam acciperet, ut quis cum ea communicare velit, illa Ecclesia, quæ Persecutoribus, & Tyrannis frustra ringentibus nata est. Ea proscribit jam Episcopos, quæ Episcoporum suorum proscriptione crevit. Gloriatur, quod Mundo placeat, ea Ecclesia, quæ JEsu Christi esse non potuisset, nisi eam Mundus odisset. Hæc est hodierna Ecclesia comparata illi Ecclesiæ, quæ nostræ curæ commissa est, & nostra socordia perit. Sæculum IV. A. C. 364.

Deinde S. Hilarius, quæ Mediolani acta erant, narrat, & quam fraudulenter Auxentius scripserit, demonstrat. *Primo*, inquit: *Sanctam fidei confessionem appellat Auxentius, illam Nicæam in Thracia, vi extortam, & ab omnibus rejectam.* n. 8. Auxentius quidem Nicæam in Thracia non nominabat, sed illa formula Arimenensis, quam ipse pro fundamento fidei ponebat, erat omnino eadem. S. Hilarius prosequitur: *dicit Auxentius, se non noviſſe Arium, cum tamen in Presbyterum ordinatus sit Alexandriæ in Ecclesia Arianorum, cui Gregorius præsidebat. Consenserat, & promiserat formulam fidei scribere, qua confiteretur, JEsum Christum esse verum Deum ejusdem cum Patre Divinitatis, & Substantiæ, nihilominus malitia Diabolica verba ponit sequentia;* *Sup. XIV.* §. 13. 14.

Sæculum IV. A. C. 364.

JEsum Christum natum esse ante omnia tempora, Deum verum Filium, ut, quemadmodum Ariani volunt, vox: verum, ad Filium, & non ad Deum referatur. Lingua gallica verba ista latina æquivoca: Deum verum Filium, exacte redd non possunt, nam in Latino vox ista: verum, æque ad vocem præcedentem, a subsequentem referri potest. Tum S. Hilarius prosequitur: *ne autem quisquam dubitare posset, num hæc verba in sensu privo posita sint, subjunxit Auxentius: de vero Deo Patre, ut exprimat, Patrem esse verum Deum, at JEsum Christum tantum esse verum Filium. Inferius dicit Auxentius; unam solumnodo esse Divinitatem, quam non Filio, sed soli Patri attribuit. Dicit, se non docere, esse duos Deos, quia non sunt duo Patres; quis non videat, unam Divinitatem hic doceri, tanquam soli Patri propriam? non est Christiani, sed Diaboli dicere: confitemur unum verum Deum Patrem. Et iterum: Filium similem secundum Scripturas Patri, qui eum genuit. Si hæc verba alicubi in SS. Scripturis leguntur, ostendat, si autem Pater, & Filius unum sunt, per Divinitatis veritatem, quare per verba, non nisi similitudinem significantia, tantum Mysterium imperfecte explicatur, quod per unitatem exprimi debet? verum quidem est, dicere: JEsus Christus est imago Dei; at ego respon-*

n. 11.

S. Hilarius in Auxentium.

deo:

deo: etiam omnis homo est imago Dei. Sæculum IV. A. C. 364.
Verum dicis, dum JEsum Christum nominas Deum; at in S. Scriptura etiam Moyses vocatur Pharaonis Deus. Exod. 7. 1.
Dicis JEsum Christum Dei Filium, & primogenitum; at in S. Scriptura etiam Israel primogenitus vocatur. Exod. 4. 22.
Dicis, JEsum Christum natum esse ante tempora; atqui etiam Dæmon ante tempora, & Sæcula creatus est. (*) *Omnia tribuis JEsu Christo, quæ non est, & quod est, impie negas, quia Deum esse negas, ejusdem Divinitatis, & ejusdem cum Patre substantiæ. Si credis Filium esse eundem Deum, quare non simpliciter affirmasti? si non credis, quare non simpliciter negasti?* Cœterum jam numero sexto hujus orationis S. Hilarius dixerat, Arianorum fraudes, & perfidiam tamen aliquo modo prodesse populo Christiano, &, obstare, ne totus grex, eorum curæ commissus, pereat, quia scilicet Fideles ipsis subditi de fide secundum professionem eorum externam judicabant; quam ob rem, inquit: populi aures multo sanctiores, quam Arianorum Episcoporum corda sunt. n. 6.

Ultimo Catholicos, ut Arianorum communionem fugiant, hortatur. *Erratis,* n. 12.

(*) Opinio hæc, Angelos ante tempora, & Sæcula creatos fuisse, hodie vix assensum invenit, postquam Concilium Lateranense affirmavit: Deum

Sæculum IV. A. C. 364.

ratis, inquit: *dum nimium parietes amatis, Ecclesiam materialem reveremini, & inane nomen pacis ingeminatis. Quis nescit, futurum fuisse, ut Anti-Christus in his ipsis Cathedris sedeat? montes, Sylvas, lacus, carceres, voragines, & præcipitia tutiora mihi videntur ad agendos Catholicorum Conventus Arianorum Ecclesiis, nam Prophetis quoque in solitudine Spiritus Domini locutus est.* Hæc scribit S. Hilarius, ut eorum redarguat tepiditatem, qui ad conventum Arianorum ire malebant, quam commoditate locorum, in quibus orare consueverant, privari, & cum Catholicis in campo aperto locisque desertis, quod in Oriente facere solebant, convenire. Ita S. Episcopus, debitam Imperatori reverentiam servans, constantia invicta Auxentio resistebat. Tandem Pictaviam rediit, obiitque in pace anno Valentiniani quarto, JEsu Christi 367. Liber Evangeliorum, quem sua manu Græce descripserat, ibi asservatus est, in quo S. Joannes post S. Matthæum positus erat. Ejus Sepulchrum editis plurimis miraculis per aliquot sæcula inclaruit, & in aliquibus antiquis Sacramentariis Nomen ejus in Canone Missæ

vita S. Hilar. in edit. ann. 369. n. 3.

Deum simul ab initio temporis utramque de nihilo condidisse Naturam, nempe Angelicam, & Humanam.

sæ primo post Martyres loco legitur. (*) S. Eusebius Vercellensis haud multo post e vivis abiit; saltem post disputationem Mediolanensem nihil amplius de ipso litteris mandatum invenitur. Auxentii fraudulentiæ Philastrius quoque Episcopus Brixiensis, & Evagrius Presbyter Antiochenus, qui cum S. Eusebio in Italiam venerat, vigorem sacerdotalem opposuerunt. Sæculum IV. A. C. 364. *Gaud. vita S. Philastr. Hier. ep. 48.*

§. IV.

Concilium Lampsacenum.

Sub initium hujus Regni Episcopi Hellesponti, & Bithyniæ, omnesque alii Macedoniani, aut Semi-Ariani ab Imperatoribus licentiam conveniendi obtinuerunt, ut dogmata fidei stabilirent. Igitur Lampsaci, urbe ad fretum Hellespontiacum sita suum Concilium celebrarunt *Socr. IV. 2. 4. Soz. VI. c. 7. v. Pagi. an. 365. n. 2.*

(*) SS. Patribus semper inclementissimus Protestans noster etiam S. Hilarium erroris temere arguit in sua Nota Parte III. p. 242. Er ist auch nicht ohne alle Irrthümer; wenigstens ist der Satz vom Leyden JEsu anstößig, da er geschrieben, daß JEsus von der Quaal, und Marter, die ihm in seinem Leyden zugefüget worden, nichts gefühlet habe. Ad Defensionem S. Hilarii sufficit S. Hieronymi testimonium in Epist. ad Lætam: *Hilarii Scripta inoffenso decurras pede.* Si quis defensum S. Hilarium legere velit, videat R. P. Berti Librum XXV. de Theologicis Disciplinis. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 365.

anno post Concilium Seleucienſe ſeptimo, duobus Imperatoribus Valentiniano, & Valente conſulibus, id eſt, anno 365. Menſes duos deliberando tranſegerunt; tandem decreverunt, ut ea, quæ Conſtantinopoli anno 360. moventibus Eudoxio, & Acacio Anomeorum Principibus acta fuerant, nulla eſſent. Ad illam quoque fidei confeſſionem, quæ allata erat, utpote Epiſcoporum Occidentalium opus, id eſt, Ariminenſem, non eſſe attendendum. Illam vero opinionem eſſe tenendam, quæ dicit, Filium ſimilem Patri in ſubſtantia, atque hanc additionem eſſe neceſſariam, ut differentia inter Hypoſtaſes ſignificaretur. In omnibus Eccleſiis Confeſſionem fidei Seleucienſem, jam antehac in Dedicatione Eccleſiæ Antiochenæ propoſitam, eſſe recipiendam. Qui ab Anomeis fuiſſent depoſiti, in Sedes ſuas reſtituerentur, tanquam injuſte ſpoliati. Si quis eos vellet in judicio accuſare, & convinceretur calumniæ, eidem pœnæ ſubjiceretur. Judices futuros Epiſcopos illius Regionis orthodoxos, cum Epiſcopis Provinciarum vicinarum congregatos in illa Eccleſia, in qua teſtes præſto eſſent, de accuſati moribus teſtimonium reddituri. Hæc ab Epiſcopis Conſilii Lampſaceni ſtatuta ſunt. Anomeis deinde ad ſe citatis pœnitentiæ locum promittebant, atque, his obedire detrectan-

Sup. l. XIV. §. 21.

Sup. l. XIV. §. 16. XII. §. 11.

trectantibus, Semi-Ariani, quæ a se de- Sæculum IV.
creta fuissent, ad omnes Ecclesias, trans- A. C. 365.
miserunt.

Haud difficulter prævidebant, Eudoxium Principem Proceresque in suas partes pertracturum, hinc ut ejus industriam prævenirent, Heracleæ Imperatorem Valentem accesserunt, ut ea, quæ Lampsaci egissent, edocerent; at sero omnia; quippe prior Eudoxius Valentis, & Purpuratorum animos occupaverat; itaque cum Legati Concilii Lampsacensis in Imperatoris conspectum admissi sunt, hortatus est, ut cum Eudoxio in pace viverent, dumque ipsi econtra causam suam tueri nituntur, dolo rem Constantinopoli actam fuisse, & malis artibus Decreta Seleucienſia conculcata queruntur; Imperator iracundia incitatus, in exilium eos misit, Ecclesiis Eudoxii Sectatoribus adscriptis.

§. V.

Procopii Seditio, & facta.

Hæc initia fuere persecutionis, qua Valens Imperator Semi-Arianos, & Catholicos afflixit; sed nascens odium bellum civile exortum contra Procopium distulit. Is erat Juliani propinquus, quem sibi successorem destinaverat, & Cæsarei funeris curam gesserat; ab eo tempore prope Calcedonem in domo rurali Euno-

Sup. l. XV. §. 44. Philost. IX. c. 5.

Sæculum IV. A. C. 365.

mii hæretici latuerat, inde Constantinopolim occulte veniens, cum Valens, qui in Oriente agebat, abesset, atque Petronii Soceri ejus avaritia, & crudelitas summum populi in absentem odium creasset, Imperatorem se proclamari jussit vigesima octava Sept. hujus anni 365. Valens in Syriam exercitum duxerat, ut Persis, si datam fidem frangere vellent, promptius resisteret, tuncque Cæsareæ in Cappadocia substiterat; (*) accepto de Procopii seditione nuntio, sine mora rediit. Primo quidem fortuna Procopio favere videbatur, sed tandem in prœlio, quod prope Nicoliam in Phrygia commissum est, a suis proditus, per devios saltus salutem quæsiit, a duobus deinde suarum copiarum tribunis e fuga retractus, in conspectu Valentis sistitur, cujus jussu capite truncatus est 27. Maji anno 366, seu sexto Calendas Junii. Gratiano juniore Valentiniani filio, & Dagalaifa Consulibus.

Idac. fast.

Am. XXVI. c. 9.

Idac. fast.

Dum Valens in Oriente morabatur, a Philosopho Maximo, qui Julianum seduxerat, suisque impostoris, & præstigiis quoad vixisset, deceperat, pœnas exegit; is etiam coram Valente Valentinianum accusavit, tanquam impietatis in Deos reum. Valens adduci Maximum, & Pris-

Zosim. l. IV. p. 735.

(*) Hic Interpres plura habet, quam Fleurius & alia. Sed quid hoc?

Priſcum juſſit, ſed iſte ab omni crimine absolutus, & dimiſſus, in Græciam rediit. Contra Maximum populi clamor in Amphi-Theatris invaluit, multique Imperatorem rogabant, ne impunem relinqueret. Ad magnam pecuniæ vim reddendam mulctæ nomine damnatus eſt, nemo enim erat, qui non bonorum Reipublicæ prædonem crederet. Præter mulctam pecuniariam crudelibus quoque tormentis affectus, ut his ſe liberaret, uxori, tunc præſenti, mandavit, ut venenum emeret, optimum tantis malis remedium; illa marito obtemperans, poculum attulit, prior bibit, & extincta eſt. Maximus non bibit, nam eum tantis periculis Clearchus eripuit; is Proconſul Aſiæ creatus eſt illo tempore, quo Procopius ſeditionem moverat, tuncque Imperatori Valenti feliciter perſuaſit, ut miſerum Maximum, remiſſa etiam mulctæ parte, liberum dimitteret. Ita tunc quidem Maximus mortem evaſit. Oribaſus medicus alter Juliano olim familiariſſimus, bonis exutus, & ad Barbaros relegatus eſt.

Sæculum IV. A. C. 365.

Eunap. in Max. p. 98.

Lib. or. fun. p. 327.

Eunap. Orib. p. 173.

§. VI.

Valens Arianorum Patronus.

Bello civili ſex menſibus confecto, brevi iterum Valens eos, qui diverſas a ſuis in Religione opiniones tenebant, perſequi

Soz. VI. c. 8. Socr. IV. c. 6

Sæculum IV. A. C. 366.

sequi cœpit. Magna ira ardebat in Episcopos Concilii Lampsaceni, quod sententiam in Arianos, & Concilium Ariminense pronuntiassent; in illo animi impetu Eleusium Cyzicenum acciri jubet, convocatisque Episcopis Arianis, imperabat, ut cum illis communicaret; initio quidem Eleusius viriliter resistebat, at deinde exilium timens, bonorumque suorum jacturam, in ea, quæ petebantur, consensit. Mox facti pœnitentia subiit, nam Cyzicum reversus, coram omni populo peccatum suum confitebatur, illam communionem metu a se extortam cum lacrymis affirmans, monebat etiam, alium, digniorem se, eligendum esse Episcopum; at populo Cyziceno Episcopi sui virtus tanto in pretio erat, ut Successorem ei deligere nec vellent, nec possent.

Soz. VI. c. 9. Catholicis, qui Constantinopoli erant, id est, qui fidem Nicænam sequebantur, non melior sub Valente sors obtigit, quam Semi-Arianis. Novatianos etiam una cum Catholicis ejusdem persecutionis furor corripuit, quod eandem de Trinitate fidem tenerent. Omnes sine discrimine Constantinopoli pulsi. Jussu Imperatoris Novatianorum Ecclesiæ clausæ; Catholici enim ab eo tempore, quo sibi a Constantio ereptæ fuerant, nullas habebant.

§. VII.

Sæculum IV. A. C. 366.

§. VII.

Legatio Orientalium ad Occidentales.

Semi-Ariani ab Eudoxio, & puris Arianis oppreſſi, cum ſibi nullo in loco Conventus agere liceret, conventiculis paucorum, ut poterant, Smirnæ, in Piſidia, in Iſauria, in Pamphilia, Lyciaque habitis, unanimiter ſtatuerunt, in tanta calamitate ad Imperatorem Valentinianum, & Liberium Papam eſſe confugiendum, & ſatius eſſe, fidem Occidentalium amplecti, quam cum Eudoxii factione communicare. Ergo Euſtathium Sebaſtenum, Silvanum Tarſenſem, & Theophilum Caſtabalenſem in Cilicia Legatos dimittunt, juſſos, ne cum Liberio de fide diſputarent, ſed Eccleſiæ Romanæ communicarent, & fidem de Filio Conſubſtantiali approbarent. Epiſtolæ, quas ferebant, datæ erant ad Liberium Papam, & Epiſcopos Occidentis, quos, quod ſemper ab Apoſtolorum temporibus puram fidem docuiſſent, eandem, majori, quam cœteri, ſtudio conſervare oporteret. *Socr. IV. c. 11.* *Sozom. VI. c. 10.*

Legatis, ubi Italiam attigerunt, referunt incolæ, Valentinianum Imperatorem profectum eſſe in Galliam, bello Barbaros repreſſurus. Tunc viſum eſt, melius *Amm. XXVI. c. 5.*

Sæculum IV. A. C. 366.

melius facturos, si Imperatorem non sequerentur in Regionem, bello turbatam, & latrociniis infestam. Igitur Romæ manere placuit; litteras, quas habebant, Liberio Papæ tradiderunt; primo aditu Papa eos recipere nolebat, quod essent Ariani, qui fidem Concilii Nicæni rejicerent. Respondérunt illi, se errorem agnitum abjecisse, jam diu Anomeorum fidem damnasse, & Filium Patri in omnibus similem fuisse confessos, denique inter voces: similis, & consubstantialis, non esse differentiam. Liberius petiit, ut suam fidei Confessionem scriptam traderent, atque ipsi porrexerunt talem, qualem hodieque habemus.

Socr. IV. c. 11.

Ibid. c. 12.

Soz. VI. c. 11.

In hac fidei formula tanquam Concilii Lampsaceni ad Papam, & omnes Occidentis, & Italiæ Episcopos Legati declarant, fidem Concilii Nicæni inviolabiliter tenendam, vocem Consubstantialis sancte, & Religiose contra errorem Arii fuisse appositam. Arium, & Doctrinam ejus impiam, cum suis Discipulis, & Sectatoribus damnant. Omnes hæreticos, Sabellianos, Patropassianos, Marcionitas, Photinianos, Marcellianos, Paulum Samosatenum, eorum Doctrinam, & omnes Sectatores, tandem omnes hæreses fidei Nicænæ contrarias rejiciunt. Speciatim damnant expositionem, in Concilio Ariminensi prælectam, & deinde

Legatio Orientalium.

Nicæa

Nicæa in Thracia Constantinopolim allatam, quam multi, etiam perjurio seducti, subscripserunt. *Porro fides nostra*, inquiunt: *& Episcoporum, a quibus delegati sumus, hæc est: Credimus in unum Deum;* & reliqua; hic totum Symbolum Nicænum exscribunt, Nomina sua apponunt, & ita prosequuntur: *Si quis post istam fidei expositionem contra nos, aut contra illos, qui miserunt nos, accusationem afferre voluerit, is cum Epistolis tuæ Sanctitatis coram Episcopis orthodoxis, quos elegeris, compareat, inter nos, & ipsum Judicium esto, tum quæ pars causa ceciderit, meritas pœnas dabit.* Hujus declarationis prima descriptio Romæ deposita est, & asservata. (*) Sæculum IV. A. C. 366. *Basil. ep.* 82. *p.* 911.

His ita compositis, Liberius Papa de Legatorum fide securus, in suam Communio-

(*) Ex his Summa Papæ Auctoritas eluceſcit. Anonymus I. ad hunc locum: *Haud dubie Gratias Domino Fleurio debemus, quod tanti ponderis testimonia in sua Historia referat, quæ Auctoritatem Papæ stabiliunt. Ideo tamen jus ipsi non est acquisitum, ut in aliis locis Eidem Auctoritati parum faveret, &, audeo dicere, non satis æquitatis amans esse videretur.* Nempe Anonymus I. ex illorum numero est, qui Fleurio ignoscere non potest, quod non omnes opiniones Scholasticas, sibi probatas, amplexus fuerit.

Sæculum IV. A. C. 366.

munionem receptos, ad eos, a quibus delegati fuerant, Episcopos remisit cum Epistolis; quarum ista erat inscriptio: *Charissimis fratribus, & Collegis nostris Eusebio, Cyrillo;* & aliis, qui ibi nominantur numero sexaginta quatuor; & *omnibus orthodoxis Episcopis Orientis Liberius Episcopus, & Episcopi Italiæ, & Occidentis in Domino nostro salutem.* Dum hic Summus Pontifex ipsorum Nomina præponit suo, illorum Episcoporum humanitati vices reddit, qua ad eum scribentes ipsius Nomen antepoſuerant. Gaudium deinde suum significat, quo puritissimæ eorum fidei, & cum omnibus Occidentalibus unionis testes Epistolas acceperit. Fidem Nicænam laudat, dicique, vanum fuisse Arianorum in Concilio Ariminensi conatum, quo eam convellere nitebantur. *Quandoquidem fermè omnes*, inquit: *quos insidiæ, vel vis seduxerant, ad Ecclesiam redierunt, expositionem fidei Ariminensem anathematizarunt, fidei Nicænæ subscripserunt, & nostram Communionem exoptarunt, Ario, & Sectatoribus ejus multo, quam antea infensiores.*

v. Vales. ad Socr. p. 40.

§. VIII.

Liberii obitus. Damasus Papa. Schisma Ursini.

Huic Orientalium Reconciliationi Liberius

berius Papa paucis diebus supervixit, quippe octavo Calendas Octobris mortalitatem exuit, Gratiano, & Dagalaifa Consulatum gerentibus, nempe anno 366. cum sanctam Sedem per annos quatuordecim, & aliquot menses tenuisset. Non obstitit lapsus, quo minus ejus memoria in veneratione fuerit, atque illustrissimi illorum temporum Episcopi S. Epiphanius, S. Basilius, S. Ambrosius cum de eo mentionem faciunt, semper debitos dignitati ejus titulos adjungunt. In defuncti Sedem evectus est Damasus natione Hispanus, cujus Parens, nomine Antonius successive Exceptor, seu Scriba, Lector, Diaconus, & tandem Ecclesiæ Romanæ Presbyter fuit titulo S. Laurentii. Damasus eidem Ecclesiæ, cui Pater ejus, serviit, & S. Hieronymo teste perfectam servavit continentiam. Quando Liberius a Constantio anno 355. exulare jussus est, tunc ipse Ecclesiæ Romanæ Diaconus cum cœteris Ecclesiæ ejusdem Clericis solemni juramento se obstrinxit, se, quamdiu Liberius in vivis ageret, nunquam alium Papam recepturum; Damasus aliquamdiu Bereæ in exilio Liberii comes fuit. In Pontificem electus est jam sexagenario major, atque in Basilica Lucinæ, alio nomine S. Laurentii, qui Presbyteratus ejus titulus erat, ordinatus.

Sæculum IV. A. C. 366.

Lib. Marcel. præf. p. 4. Sup. l. XIII. n. 10.

Epiph. hær. 75. n. 2. Bas. ep. 74. p. 875. Ambr. de Virg. l. III. c. 1. & 4.

Dam. carm. 87. Hier. ep. 50. ad Pamm. t. 7.

Marcell. præf. libel. p. 2. 3.

Sæculum IV. A. C. 366.

Haud multo post Ursinus, & ipse Ecclesiæ Romanæ Diaconus, urente invidia quod Damasus sibi præferretur, collecta seditiosorum hominum turba in alia Basilica, Paulo Episcopo Tiburiensi, homine impolito, & rudi persuasit, ut se in Episcopum ordinaret, contra universalis traditionis Regulam, qua unus Episcopus a tribus aliis ordinabatur; & antiqua Ecclesiæ Romanæ adversante consuetudine, qua Episcopus Romanus ab Episcopo Ostiensi consecrabatur. Plebs urbis Romanæ in partes scinditur, movetur seditio. Juvencius urbis Præfectus, & Julianus annonæ, Ursinum cum Diaconis Amantio & Lupo, præcipuis ejus fautoribus, exilio damnant, alii quoque Presbyteri septem comprehensi, & urbe proscripti; at eccedum ducuntur, plebs Ursino favens ministrorum manibus ereptos in Basilicam Liberii, alias Sicinæ dictam, ubi Ursinus ordinatus fuerat, perducunt. Ea Ecclesia hodie ad S. Mariam majorem dicitur. Econtra pars populi, quæ pro Damaso stabat, gladiis, & fustibus armata concurrit, & Basilicam obsidet vigesima quinta Octobr. hora octava matutina eodem anno 366. acriter dimicatum, Basilicæ postes perfossi, ignis injectus, direpta sunt tecta. Tandem centum triginta septem occisorum corpora utriusque sexus inventa. Juvencius Præfectus, cum seditiosos

Ruf. II. hist. c. 10. Hier. Chron. an. 367.

Schisma III.

Sup. l. IX. §. 34. & Aug. brevic. coll. c. 16.

Amm. XXVII. c. 3.

tiosos coercere non valeret, in prœdium suum se recipere cogitur. Sæculum IV. A. C. 366.

Ammianus Marcellinus Scriptor Gentilis, qui illa tempestate vivebat, dum hanc narrat historiam, immodicum utriusque partis ardorem reprehendit, & inquit: *Si urbis Romanæ splendorem considero, negare non possum, illis, qui ad tantam dignitatem aspirant, omnem, quem possunt, conatum esse adhibendum, ut assequantur; nam his, qui eam obtinent, pinguis fortuna peracta est; donariis, quæ nobiles fœminæ conferunt, ditescunt; splendide vestiti curribus vehuntur, mensæ adornantur lautitia plusquam Regia, tunc potius fere felices futuri, si contempto Romanorum fastu, quorumdam in Provinciis Prælatorum vitam imitari vellent, quos mensa frugalis, vestimentorum paupertas, oculorum, quos in terram figunt, modestia, apud Deum æternum, & sinceros ejus cultores commendant.* Hæc ultima Ammiani verba majorem fidem merentur, quam quæ de SS. Pontificibus dicit; (*) non nihil splendoris tamen dedisse Pontificum vitam, conjicere est ex illis

Hier. ep. 61. ad Pammach. c. 3. epist. Conc. Rom. an. 378 to. 2. conc. p. 1001.

(*) Hanc de Ammiani verbis Fleurii Reflexionem Interpres Protestans perfide parte III. p. 249 omisit. Judicet Lector, an fidem mereatur homo iste, dum, ut videbimus Nota sequenti, S. Damasum Papam calumniatur.

Sæculum IV. A. C. 366.

illis Prætextati, qui deinde Romæ Præfectus fuit, verbis, narrante S. Hieronymo ad eundem Damasum Papam per jocum dicentis: *Protinus Christianus ero, si Episcopum Romanum feceris.* (*) Sc. initium Schismatis Valentinianus mandaverat, ut Episcopi Romani esset, cum suis Collegis aliorum Episcoporum causas examinare; aliam legem quoque universalem tulit, ut in causis fidei, aut ordinis Ecclesiastici Judex æqualis cum major dignitatis esset, id est, Episcopi ab Episcopis, non vero a Laicis judicaretur. (**)

Ambr. ep. 21. ad Valent. al. 13. aut. 32

§. IX.

(*) Ad hæc non inepte observat Palatius in Annotationibus ad Damasum: *Dolebant Gentiles, frigescente Idololatria, eorum Flamines abjectos incedere, & viles, ex adverso Christianorum Antistites Majestate graves, decore Venerabiles, & vestibus exornatos. Propterea non unus Marcellinus, sed reliqui viri clarissimi invidia etiam æstuabant.* An non similis invidia Protestantes pungat, si Catholicorum Episcopos sacris operantes conspiciant, & cum suorum Prædicantium tenuitate comparent?

(**) Hic Protestans adjunxit Notam: Die Berichte von dieser ärgerlichen Wahl des Damasus lauten einander nicht durchgängig gleich. Denn was die Verfasser der bekannten Bittschrift den *Marcellinus*, und *Faustinus* betrifft

Sæculum IV.
A. C. 366.

§. IX.
Concilium Tyanæum.

Eustathius, aliique Orientalium Delegati, Roma profecti cum Epistola Liberii Papæ, in Siciliam trajecerunt, ibique *Soer. IV. 12.*

betrift, so haben dieselben dem *Damasus* alle Schuld gegeben, und als Leute, die damals in Rom gegenwärtig gewesen, geschrieben, daß er der Urheber des bürgerlichen Krieges gewesen. Et inferius: So viel ist wenigstens gewiß, daß *Damasus* bey dieser ganzen Sache sich so aufgeführet, daß er den Heiden ärgerlich, und lächerlich werden müssen. = = Er führte selbst den rasenden Pöbel an. Umringete die Kirche, verwüstete sie, und war also unmittelbarer Weis schuld am Blut so vieler Menschen. Hucusque calumniator iste. Subjungit tamen Concilium Romanum post annos 12. celebratum pro Damaso Ursinum Peccatorem substituisse, atque Rufini, & Hieronymi testimonia consentire. Et tandem: Vermuthlich, weil man jene beyden Scribenten für Separatisten gehalten, hat man ihnen weniger geglaubet. Ita Schismaticorum, Hæreticorum, & ferme omnium, quotquot in Sedem Romanam seditiose insurrexerunt, Patronus; nempe Cicero pro domo sua. Jam S. Damasi Electionem examinemus! S. Damaso jam electo, Ursinus urente invidia ab uno Episcopo, non Ostiensi, contra Canones, & consuetudinem ordina-

Sæculum IV. A. C. 366. Concilio Episcoporum Insulæ hujus congregato, palam fidem Nicænam, & vocem con-

dinatur. Pars plebis Ursino favens proscripto e custodia ministrorum civilium rapit. Qua igitur fronte Protestans dicit, Damasum primæ seditionis causam extitisse? Accurrit Plebis Pars Damaso faventis, confligitur, multi cæduntur. At S. Hieronymus, Rufinus aliique non dicunt S. Damasum adfuisse certamini, multo minus Fideles ad cædes accendisse. Dicit Interpres Marcellinum, & Faustinum tunc Romæ fuisse præsentes; verum non minus S. Hieronymus tunc Romæ versabatur. Audiamus ipsum loquentem, relatum a Palatio: *Damasus Romanæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Post multum temporis spatium.* (vel ut alii legunt) Post non multum, *Ursicinus a quibusdam Episcopus constitutus Sicininum cum suis invadit, a quo Damasianæ Partis populo confluente crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ.* Rufinus postquam rem narravit Lib. 2. c. 10. addit: *Quæ res Factione Maximi Præfecti sævi hominis ad invidiam boni, & innocentis versa est Sacerdotis . . . sed Assertor Innocentiæ Deus affuit, & in Caput eorum, qui intenderant dolum, pœna conversa est.* Omnium aliorum Testimonia Protestans noster opponit Marcellinum, & Faustinum Luciferianos, qui in suo Libello Imperatoribus oblato, ut inferius videbimus, non Damasum modo, sed etiam S. Hilarium, Osium, & S. Athanasium accusant, & Catholicos vocant Prævaricatores. Judicet Lector an non manifestum

consubstantialis, sicut antea Romæ, confessi sunt. Quo facto ab Episcopis Siciliæ litteras, illis quas Liberius dederat, Sæculum IV. A. C. 366.

P 4 con-

festum sit, Interpretem Protestantem Partium studio duci. Sed in fine hujus Notæ rursus loquitur ex Cathedra, scilicet ex Cathedra Pestilentiæ: Anlangend das Gesetz *Valentiniani*, kraft dessen die römische Bischöffe andre Bischöffe richten sollten, so mag solches wohl von diesem Kayser gut gemeinet gewesen seyn, in Ansehung der Folgen aber ist es nicht wohl gethan gewesen; inzwischen ersieht man so viel daraus, daß der römische Bischof die Macht andre zu richten, nicht kraft eines göttlichen Rechtes habe, sondern daß es ein Geschenk des Kayfers gewesen, wofür es auch die im Jahr 376. zu Rom versammleten Bischöffe erkannten, als sie an den Kayser *Gratianus* eine Bittschrift ergehen liessen darinn sie ihn ersuchten, daß er dieses der Kirche so ersprießliche und dem Ansehen der Bischöffe so zuträgliche Gesetz auch vollstrecken lassen möchte. Hic iterum stolido nostro Interpreti inculcandum; non Imperatores, sed JEsum Christum Pontificibus Romanis Jurisdictionem in cæteros Episcopos dedisse, dum dixit ad Petrum: *Confirma fratres tuos.* Tribus continuo vicibus: *Pasce oves meas! Tu es Petrus, & super hanc Petram &c.* Donec ista ex Sacra Scriptura deprompta solverit Interpres noster, quæcunque contra Potestatem Papæ afferat, ridendus est. Sed forte dicet: Cur igitur

Luc. 22. *Joan.* 21. *Matth.* 16.

Sæculum IV. A. C. 366

consonas, acceperunt. Eustathius deinde in Illyricum se contulit, qui Episcopum Sirmiensem Germinium a puro Arianismo convertisse creditur, nam fidei Confessionem habemus, qua declarat, credere se, Dei Filium Patri Divinitate, Potentia, Gloria, Sapientia, omnibus similem. Alii Episcopi Ariani Illyrici, quorum præcipui erant Ursacius, Valens, & Palladius, hac Germinii retractatione commoti, plures hac super re ad eum Epistolas scripsere, quarum una decimo quinto Calendas Januarii, Gratiano & Dagalaifo Consulibus, id est, decima octava Dec. anno 366. data est; at Germinius in sua Confessione, Filium esse similem Patri per omnia, sola excepta innascibilitate, perstitit.

Epist. Illyr. ap. Theod. IV. c. 9.

Legati

tur Imperator hanc Legem tulit, si JEsus Christus id jam præceperat? Respondeo hanc objectionem similem esse illi, si quis diceret: In Jure Bavarico sæpius prohibetur, ne quis fornicetur, ergo Fornicatio non est prohibita Lege Dei, sed Electoris Bavariæ. Rursus: an ergo Episcopi hanc Legem ignorarunt? Non ignorarunt, sed plurima Exempla vel in hac sola Fleuriana Historia adducta suppetunt, Episcopos ex omnibus Orbis Partibus ad Episcopum Romanum pro nata Ecclesiarum particularium necessitate respexisse. Verum aliud est Legem non ignorare, aliud exacte eam observare.

Legati Concilii Lampſaceni, in Orientem reverſi, Patres in Concilio Tyanæ congregatos invenerunt, cui intererant Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis in Cappadocia, Athanaſius Ancyranus, Pelagius Laodicenus, Zeno Tyrienſis, Paulus Emeſanus, Ottreus Melitinenſis, S. Senex Gregorius Nazianzenus, & plures alii, qui in Concilio Antiocheno ſub Joviano anno 363. ubi fides Filii Conſubſtantialis ſtabilita eſt, præſentes fuerant. In hoc Concilio Tyanæo Epiſtolæ Liberii, & Epiſcoporum Italiæ, Siciliæ, Africæ, & Galliæ, quas Legati attulerant, lectæ ſunt, easque Epiſcopos Occidentis libentiſſime dediſſe, credere fas eſt, ut admiſſum in Concilio Ariminenſi probrum diluerent. Magnum ex hac lectione lætitiæ ſenſum Patres perceperunt. Euſtathium Sebaſtenum, olim depoſitum, ſuæ Sedi reddiderunt, & ut Epiſcopum Catholicum receperunt. Omnes Orientis Eccleſias per Epiſtolas hortati ſunt, ut Decreta Aſiæ Epiſcoporum, qui Legatos in Occidentem miſerant, & Epiſtolas Liberii, atque Occidentalium legerent, &, quantus eſſet eorum numerus, attenderent; *Nam videbitis*, inquiunt: *omnes iſtos Epiſcopos collectim illis, qui in Concilio Ariminenſi decepti ſunt, numero longe eſſe ſuperiores*; Auctores ergo erant, ut eorum Communionem amplecteren-

Sæculum IV. A. C. 366.

Hilar. fragm. 13. 14. 15.

Sup. L. XV. §. 55.

Baſ. 74. *p.* 875. *Ep.* 82. *p.* 911.

Sæculum IV. A. C. 366.

tur, atque hujus ſuæ voluntatis teſtes literas darent. Simul etiam Epiſcopos ad Concilium Tarſi in Cilicia ante veris exitum certa, quam indicabant, die, celebrandum invitabant, haud dubie, ut illo tempore noxios in Cilicia æſtivi ſolis calores anteverterent. Multos hunc in finem præſertim ad Epiſcopos Catholicos miſerunt tabellarios; quippe in hoc Concilio Tarſenſi fidem Nicænam ſtabiliri, & tandem jurgia omnia compeſci poſſe ſperabant.

§. X.

Initia perſecutionis ſub Valente.

Soz. IV. c. 12 Dum Catholici Epiſcopi ad deſtinatum Concilium ire parant, triginta quatuor ferme Epiſcopi Aſiæ Conciliabulum in Caria egerunt; hi quidem aliorum voluntatem, & zelum pacem Eccleſiarum, & unionem reducendi laudabant, ſed vocem conſubſtantialis rejiciebant, dicebantque, Confeſſioni fidei Dedicationis Antiochenæ, & Seleucienſi eſſe firmiter inhærendum, hanc enim S. Luciani Martyris opus eſſe contendebant. Sed & aliud fuit, & fortius impedimentum, quod convocationi Concilii Tarſenſis obſtitit; quippe Imperator Valens, ſollicitante Eudoxio Conſtantinopolitano, minaces litteras ad Epiſcopos dedit, ne in Concilium congregari auderent; Provincia-

vinciarum Rectoribus quoque mandavit, ut suis Ecclesiis ejicerent Episcopos, qui sub Constantio depositi, sub Juliano ad suas Sedes redierant. Hæc sub initium anni 367. facta creduntur. Sæculum IV. A. C. 367. *v. Pagi an. 370. n. 3.*

His acceptis mandatis, qui in Ægypto imperabant, præsertim Tatianus Præfectus Ecclesias S. Athanasio eripere, eumque Alexandria pellere volebant; nam Imperatoris Edictum non solum graves mulctas pecuniarias, sed etiam corporum pœnas Rectoribus, eorumque ministris non obtemperantibus intentabat; convenientes Christiani Præfectum rogabant, ne, re non satis pensata, suum sibi Episcopum eriperet, sed verba, & sensum Cæsarei mandati accurate examinaret; *Mandat Imperator*, inquiebant: *ut illi solum abire cogantur, qui sub Juliano redierunt, postquam sub Constantio pulsi fuissent; Athanasius sub Constantio quidem proscriptus fuit, sed ab eodem revocatus; Julianus, qui omnes alios redire permisit, persecutus est solum Athanasium; sed Jovianus ille est, qui eum revocavit.* His argumentis Præfectus non movebatur; at populus fidelis resistebat, ne S. Athanasio vim ullam inferre posset; cum igitur Præfectus cerneret, undique concurrentem populum, omnia compita tumultu impleri, nihilque propius esse, quam seditionem apertam, *Socr. IV. c. 13.* Valens.

Sæculum IV. A. C. 367.

tam, rem per nuntios ad Imperatorem defert, S. Athanasio interim Alexandriæ permanente.

Post complures dies, ubi sedatus vi debatur populus, secreto sub vesperum urbe exiit S. Athanasius, & in villa deli tuit; & ecce! eadem nocte Ægypti Præ fectus, & Tribunus militum Ecclesiam, ubi S. Episcopus habitare adsueverat, oc cupant, nihil enim moturum populum credebant, illis præsertim horis, quibus universi somnum capiunt. Tota igitur domo, & superioribus cubiculis perva stigatis, vehementer mirantes, Athana sium inveniri non posse, recesserunt. Quocunque demum modo monitus fue rit S. Athanasius sive per Angelum, ut non nulli crediderunt, sive per hominem, opportunissime sane fugam arripuit, at que in sepulchro paterno se abscondit; nec forte incommodum fuit, ibi manere, nam antiquorum, præcipue in Ægypto, sepulchra amplissima erant mediis in cam pis ædificia, ad hominis habitationem sa tis idonea. Itaque S. Athanasius quar ta jam vice auffugit, ut omnium malo rum occasionem tolleret, quæ seditio nem popularem consequi solent. Cœte rum non ultra quatuor menses in hoc se pulchro fuit, & brevi Imperator Valens, ut ad Ecclesiam rediret, mandata dedit; invitus vero hæc jussisse creditur, quod time-

timeret, ne Valentiniano fratri suo, qui fidem Nicænam tuebatur, displiceret, si tantum virum persequeretur, aut forte Athanasii fautores, quorum maximus erat numerus, quidquam moverent, quo Reipublicæ quies turbaretur. Forte etiam Arianorum Primores timuerunt, ne S. Athanasius, si Imperatores adiret, aliam Valenti mentem inderet, aut Valentiniani animum in eum concitaret; jam enim semel antea experti fuerant, quantum ingenio valeret, dum Constantius non alio modo belli civilis periculo se liberare potuit, quam ejus reditum concedendo, imo dum hortator esse cogebatur, ut celerrime in Ægyptum reveheretur. Hæ sunt Sozomeni historici conjecturæ. Id certe constat, S. Athanasio in Valentis persecutione nihil mali illatum, pacifice in sua Ecclesia fuisse, nec quid ultra in Ægypto, quamdiu ipse vixit, turbatum. Lucius quidem, quem Ariani in Episcopum ordinaverant, sæpissime apud Valentem instabat, ut se Alexandriam mitteret, quod, ut faceret, Imperatori populum metuenti, nunquam persuasit.

Sæculum IV. A. C. 367.

Epiph. hær. 68. *n.* 10.

Valenti propositum erat in Gothos movere, qui, superato Danubio, Thraciam populabantur, antequam vero se belli periculis exponeret, baptizari voluit, accepitque baptismum manu Eudo-

Theod. IV. c. 12. *Hier. Chron. an.* 368.

xii,

Sæculum IV. A. C. 367.

xii, notissimi Ariani, qui tunc Sedem Constantinopolitanam occupabat. Dum in mediis cæremoniis erant, Eudoxius a Valente juramentum præstandum expetiit, semper in ea, quam nunc teneret, fide permansurum, &, quos contrariæ opinionis esse sciret, exterminare conaturum. Ita Valens jurato ad partes Arianorum transiit, cujus mali origo uxor ejus Albia Dominica fuerat. Eunomius hæreticus, sententia Auxonii Prætorii Præfecti damnatus, ut in Mauritaniam exul iret, quod conjurationis Procopii conscius fuisset, hiemali tempore iter faciebat, ut ad exilii locum pertingeret; cum Mursam in Pannonia pervenisset, a Valente, etiam Ariano, maximæ benevolentiæ signis exceptus est; fors tulit, ut Imperator quoque illuc veniret cum DomnioEpiscopo Marcianopolitano, itidem Ariano; hi duo Episcopi Eunomium per calumniam oppressum affirmarunt, ejusque causam ita opportune apud Imperatorem egerunt, ut sententiam exilii revocaverit. Imo etiam Eunomio colloquendi desiderium subiit, quod autem Eudoxii Constantinopolitani artibus impeditum, timentis haud dubie, ne quantum favoris Imperator Eunomio concederet, tantum sibi decederet. Post annos tres finito Gothico bello apertius Catholicis irasci Valenti Imperatori vacavit.

Valens baptizatur.

Philost. IX. c. 8.

Inter

Inter hæc Imperator Valentinianus in Galliis in gravem morbum incidit, multique timebant, ne ob Succeſſionem ſeditiones orirentur, hæc mala ut præveteret Valentinianus, quamprimum ſalutem recepit, filium Gratianum octennem Auguſtum pronuntiavit. Id actum eſt Ambiani nono Calendas Sept. ſeu 24. Aug. hujus anni 367. Valentinianus hunc filium Gratianum ſuſceperat ex Severa, quam deinde repudiavit, ut Juſtinam duceret, Magnentii Tyranni viduam, eximiæ pulchritudinis mulierem, quæ ei filium, de Patris nomine Valentinianum dictum, tresque filias peperit.

Sæculum IV. A. C. 367.

Am. XXII. or. 6. Zoſ. l. 4. p. 742. Socr. IV. c. 11. Idac. faſt. Cang. famil. Byſ. Zoſ. IV. p. 767. Socr. IV. c. 31.

§. XI.

S. Hilarionis peregrinatio & obitus.

Circa hæc ferme tempora S. Hilarion obiit in Inſula Cypro, poſtquam in diverſis Regionibus latere fruſtra cupiiſſet. Annum unum in deſerto Oaſi exegerat, dum ei Diſcipulorum ſuorum unus, nomine Adrianus, nuntiavit, defunctum eſſe Julianum, jamque Imperatorem Chriſtianum regnare, ergo ad Monaſterium ſuum in Palæſtinam rediret. Vir Sanctus, rejecto hoc conſilio, Camelum conduxit, & Paretonium venit, ubi cum uno Diſcipulo, cui nomen Zanan, navigium conſcendit, in Siciliam trajecturus. Medio in mari gubernatoris filium Dæmon

Sæculum IV. A. C. 367. c. 30.

mon insedit, cœpitque puer clamare: *Hilarion, famule Dei! quare quietem nostram turbas, etiam in mari? saltem tantum temporis concede, dum terram attingam!* respondit Hilarion: *si Deus tibi permittit, mane! si te expellit, quid nomen meum inclamas hominis peccatoris & mendici?* Ita vero loquebatur, ut Sanctitatis suæ opinionem nautis, & mercatoribus aufferret, & ubi portum attigissent, non manifestarent. Paulo post liberatus est puer; at S. Hilarion voluit, ut ejus Parens, omnesque alii promissio se obligarent, nomen suum nemini hominum revelaturos. Ubi Pachinum in Sicilia appulerunt, Gubernatori loco nauli pro se & socio obtulit librum Evangeliorum, quem, junior cum esset, sua manu descripserat, quem Gubernator, videns præter hunc librum, & vestem utrumque nihil habere, accipere recusavit.

S. Hilarion timens, ne a mercatoribus, ex Oriente advenientibus, proderetur, viginti milliaribus in continentem processit, substititque in loco quodam deserto, ubi quotidiano labore comportatorum lignorum fascem colligabat, tum Discipuli sui humeris imponebat, ut in proxima villa venderet, & pauxillum panis emeret pro se, iisque, quos fortuna illuc temere detuliſſet. Interim quidam Energumenus Romæ in Ecclesia S. Petri excla-

exclamavit: *ante dies aliquot Hilarion, JEsu Christi servus, in Siciliam delatus est, creditque se ibi securissime latere, sed vado, ut ubi sit, omnibus manifestum fiat*; & quod dixit, fecit, nam cum suis mancipiis navi se imposuit, Pachinum appulit, ante casam viri Sancti prostratus jacuit, statimque eum Dæmon deseruit. Ab illo tempore innumerabilis multitudo hominum, quos vel pietas, vel spes recuperandæ sanitatis adducebat, ad S. Senem confluebat; inter alios ex Primatibus quisquam, cum ab hydropisi fuisset sanatus, pretiosa munera obtulit, cui vir Sanctus illud ex Evangelio respondit: *gratis accepistis, gratis date!* *Matth.* 10. 8.

Sæculum IV. A. C. 367.

In alia orbis parte Hesichius, fidelis S. Hilarionis Discipulus, ubique Magistrum perquirebat, nullus dubitans, ubicunque esset, diu latere non posse; tandem cum esset Methone oppido, quod hodie Modon dicitur, in extrema parte Peloponesi posito, quidam Judæus, qui vetustas, & laceras vestes vendendo quæstum faciebat, ait ad eum, novum Christianorum Prophetam in Sicilia apparuisse, qui tot patraret miracula, ut antiquis Sanctis æqualis censeretur. Hoc audito, Hesichius navi se committit, feliciter in portum Pachinum invehitur, dumque in primo pago agrestes interrogat, miratur, omnibus Hilarionis nomen

c. 32.

Sæculum IV. A. C. 367.

esse notissimum, hoc vero præter cæteras virtutes dilaudari maxime, quod, cum tot, & tanta hominibus exhibuisset beneficia, nihil a quoquam, ne quidem buccellam panis, mercedis loco, accepisset.

S. Hilarion.

c. 33.

Brevi tempore deinde Hesichius ex Zanan intellexit, S. Senem apud se statuisse, in aliquam Barbarorum Regionem migrare, quibuscum ne linguæ quidem communicatio ei esset; hinc volentem deduxit Epidaurum in Dalmatia, sed & ibi brevi tempore ob miraculorum insolentiam omnium ore celebrabatur; illam regionem a serpente immanis magnitudinis purgavit, qui non armenta modo, sed & custodes depascebat. In illo metuendo terræ motu, qui duodecimo Calendas Augusti, seu vigesima prima Julii, Valentiniano, & Valente primo Consulibus anno 365. contigit, cum mare, littora supergressum, toti urbi Epidauro ruinam minaretur, incolæ turmatim accurrentes Hilarionem ad oram maris secum pertraxerunt; ipse, ter cruce in sabulo formata, manus contra mare extendit, quod illico stetit, fluctusque ad montium similitudinem extollens, in se ipsum refusum est.

Am. XXVI. in fine. Hier. Chron. ann. 365. Idac. fast. an. 365. Chron. Paschal. an. eod. p. 301.

c. 34.

S. Hilarion ut prodigiose factorum famam, & gloriam vitaret, noctu in scapha auffugit, inde admissus in navem, Insulam Cyprum petebat; navigantibus duo pirata-

piratarum navigia occurrerunt, quibus procul conſpectis, ſinguli, qui cum Hilarione vehebantur, conſternati, ad eum decurrentes, idem omnes nuntiabant; ipſe, piraticas a longe proſpiciens, ſubriſit, aitque ad ſuos: *modicæ fidei homines! quid timetis? an forte iſti exercitum Pharaonis numero ſuperant?* Tum, piratis ad lapidis jactum appropinquantibus, in prora progrediens, manu contra eos extenſa, ait: *ſatis vobis ſit usque huc veniſſe!* ſtatim piratarum naves, nihil ultra proficiente remigum conatu, in curſum contrarium verſæ, celerius, quam advectæ fuerant, ad littora repulſæ ſunt. Sæculum IV. A. C. 367. c. 35.

In Cyprum Inſulam expoſitus S. Hilarion in locum, duobus milliaribus a Paphos diſſitum, ſe recepit; vix autem tribus ſeptimanis ibi moratus fuerat, jamque omnes in tota Inſula, a Dæmonibus obſeſſi, clamabant, Hilarionem JEſu Chriſti Servum adveniſſe, ad hunc ſibi eſſe confugiendum; plures dicebant, ſe hunc virum optime noviſſe, ſed neſcire, ubi ſit. Per unius menſis ſpatium ferme ducenti energumeni ad locum, ubi habitabat, convenere utriusque ſexus; ipſe, ut vindictam ſervo Dei dignam de Dæmonibus, ubique locorum ſibi moleſtis, ſumeret, tanto ad Deum fervore oravit, ut una ſeptimana omnes has animas infernali hoſpite liberaverit. Vita S. Hilarionis.

Sæculum IV. A. C. 367.

Annis duobus in Cypro permansit semper fugæ intentus, tandem ex Hesychii consilio Insulam non reliquit, sed duodecim milliaribus a mari recessit in asperos montes; non adeo horrida tamen erat loci facies, non aquæ, nec arborum fructus ferentium copia defuit, de quibus autem gustavit nunquam. Ibi quoque plura edidit miracula, hinc accolæ diligentissime omnes exitus custodiebant, ne ipsis invitis vir tantus auffugeret. Demum sciens S. Hilarion obitus sui diem instare, brevissimam epistolam sua manu ad Hesichium, tunc forte absentem, dedit, quem scripsit universarum divitiarum suarum hæredem, nempe huic reliquit Evangelium suum, & vestes; tunicam unam hispidam, cucullum, & curtum pallium. Tale Hilarionis testamentum fuit. Cum vivus adhuc mortem suam prædixisset, multi pietatis causa ad eum venerant, quos inter erat Constantia mulier, cujus generum, & filiam a morbo liberaverat, ab his omnibus vir Sanctus impetravit, ut jurarent, se ne uno quidem momento corpus suum post obitum servaturos, sed, ut erat vestitum, in horto, quem habitabat, terræ mandaturos. Cum jam expiraturus esset, apertis oculis dicere audiebatur: *egredere anima mea! egredere, quid times? prope septuaginta annis JEsu Christo serviisti, & mori times?*

c. 36.

c. 37.

c. 38.

Statim

Statim deinde, ut petierat, ſepultus eſt. Heſichius, qui tunc in Palæſtina morabatur, accepto mortis ejus nuntio in Cyprum rediit, & ſimulans ſe in eodem horto ſedem fixurum, gravi vitæ ſuæ periculo poſt menſes decem corpus ejus abſtulit. Conſtantia ad S. Hilarionis ſepulchrum vigilare conſueverat, tanquam viventi colloqui, & interceſſionem ejus apud Deum expoſcere, dum autem viri S. corpus furtim ablatum intellexit, ipſo temporis momento concidens, animam emiſit. Heſichius S. Hilarionis corpus Majumam detulit, & frequenti Monachorum, populique concurſu in antiquo ejus Monaſterio ſepelivit, veſtis non magis quam olim detrita videbatur, corpus, ac ſi viveret, integrum, & amœniſſimum odorem ſpirans; ſemper tamen Cyprii apud ſe viri Sancti manes commorari credebant, (*) & quamvis magna miracula in Palæſtina, ubi Reliquiæ ejus colebantur, quotidie ederentur, adhuc plura in horto ejus fiebant, quem in Inſula Cypro excoluerat. Obiit annos natus octoginta, ex quo ſequitur, mortuum fuiſſe circa

Sæculum IV. A. C. 367.

(*) Hic quatuor lineas omiſit Interpres Proteſtans. Si de Reliquiis, de Miraculis, de Cultu Sanctorum ſcribere faſtidiebat homo iſte, cur laborem in ſe ſuſcepit Scriptorem Hiſtoriæ Catholicum vertendi? nempe, auri Sacra fames! &c.

Sæculum IV. A. C. 367.

ca annum 370. cum tempore, quo S. Antonius e vivis abiit, sexaginta quinque annos numeraret.

Sup. l. XIII. §. 37. Pagi. 372. 11.

§. XII.

Concilium Laodicenum.

Ad hæc tempora verosimiliter refertur Concilium Laodicenum in Phrygia Pacatiana, editis sexaginta canonibus celeberrimum, qui de diversis Disciplinæ materiis, præcipue de ritibus, & vita Clericali tractant. Concilium prohibet, ne Neo-Baptizati ad Sacerdotium promoveantur; ne Ordinationes fiant in præsentia Auditorum, nempe illorum, qui in Ecclesia ad Catechesin, necdum vero ad preces communes admittebantur. Statuit ut Electio Episcoporum non sit penes populum, sed a Metropolitano, & vicinis Episcopis post longam fidei, morumque eorum probationem eligantur. Vetat, ne Episcopi in oppidis, & vicis constituantur, sed tantum Visitatores, & si jam constituti ibi fuerint, sine jussu Episcopi Urbani nec ipsi, nec Presbyteri quidquam faciant. Prohibet, ne in Ecclesia constituantur mulieres, quæ Seniores, seu Præsidentes dicebantur. Hæ erant Seniores inter Diaconissas, & quæ ordine reliquas antecedebant; prohibet hanc distinctionem Concilium, quia nempe, ut conjectura est, non nullæ propter honorem extolle-

Can. 3. *can. 5.* *c. 13.* *c. 12.* *c. 57.* *c. 11.*

tollebantur. S. Epiphanius teſtatur, Diaconiſſarum ordinem in Eccleſia fuiſſe ſupremum, ad quem fæminæ eveherentur, nunquam vero exſtitiſſe Presbyteras, nec Sacerdotii poſſe fieri participes. Sæculum IV. A. C. 367. *Hær.* 79. *n.* 4.

Ulterius Concilium prohibet, ne Clerici uſuras exigant. *c.* 4. Ne popinas frequentent; *c.* 24. quod etiam ipſis Monachis prohibet. Ordines Eccleſiaſtici, quos enumerat, ſunt ſequentes: *Presbyteri, Diaconi, Miniſtri, ſeu Sub-Diaconi, Lectores, Cantores, Exorciſtæ, Oſtiarii.* Prohibet Clericis, imo & omnibus Chriſtianis, ne eodem cum fæminis balneo utantur, qui abuſus inter Gentiles communis erat. Concilium Laodicenum. Item Clerici ſpectaculis, quæ nuptias, & *c.* 30. convivia ſequebantur, non adſint, ſed *c.* 54. ſurgant, &, antequam ſaltatores intrent, abeant. Omnibus, qui ad nuptias invitantur, ſaltare prohibet, ſed tantum frugale convivium, ut Chriſtianos decet, permittit. *c.* 41. 42. Clerici ſine litteris canonicis, aut Epiſcopi juſſu profectiones non ſuſcipiant. *c.* 40. Epiſcopi, ſi ad Concilium vocentur, non illud ſpernant, ſed veniant, ut doceant, & doceantur; nulla alia, quam morbi cauſa excuſentur.

Quod ad preces, & Cæremonias Eccleſiaſticas ſpectat; poſt Sermonem Epiſcopi ſtatim Catechumenorum preces peragantur. *c.* 19. Catechumenis exeuntibus, pœnitentium preces dicuntur, accedunt pœniten-

Sæculum IV. A. C. 367.

nitentes, & accepta manuum impositione discedunt. Tunc inchoantur orationes Fidelium, quæ sunt numero tres, prima submissa voce, secunda, & tertia alta voce, deinde Pax datur, quam ubi Presbyteri Episcopo dederunt, etiam Laici dant. Post hæc Sancta oblatio celebratur, (*) & solis Presbyteris Sanctuarium
c. 56. intrare, & communicare licet. Presbyteri non nisi cum Episcopo Sanctuarium intrent, ibique sedeant, nisi forte Episcopus ægrotet, aut absens sit. Diaconus coram Presbytero non sedeat, nisi Presbyter jusserit. Diaconis a Sub-Diaconis
c. 20. & omnibus Clericis honor competens exhibeatur. Sub-Diaconis non sit locus in
c. 21. Diaconia, nec sacra vasa tangant. Non gestent orarium, nec a portis vel brevissimo tempore discedant; sed orationi
c. 22. 23. vacent. Canon iste non satis Sub-Diaconos, & Ostiarios distinguere videtur.
c. 23. Lectores, & Cantores, dum cantant, Orarium non gestent.
c. 26. Orarium istud erat linteum, quod gestabant, e collo dependens,

(*) Hæc verba, & sequentia p. 257. ita reddit: Und alsdenn das Geschenk gebracht werden. Nur allein den Heiligen aber sey es erlaubet zum Altar zu gehen. Quoties de Eucharistia Mentio fit, toties lectores suos turpiter fallit. Alios errores satis graves, quia Religionem non tangunt, memorare omitto.

dens, unde hodierna ſtola originem tra- Sæculum IV.
xit. Nemo in Eccleſia, aut in domibus A. C. 367.
exorcizet, niſi ab Epiſcopo ordinatus. c. 44.
Mulieres Sanctuarium pedibus non contingant. c. 59.

In Eccleſia non cantica peculiaria recitentur, aut alii libri legantur, quam Canonicæ antiqui, & novi teſtamenti Scripturæ. Poſt hunc Canonem Concilium Scripturarum Catalogum ponit, ex antiquo Teſtamento libri Judith, Tobiæ, c. 60.
Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Machabæorum omittuntur, ex novo ſola Apocalypſis non memoratur, ex quo diſpicitur, tunc temporis adhuc fuiſſe quasdam Eccleſias particulares, quæ de librorum iſtorum auctoritate dubitarent. Nemo in Eccleſia c. 15.
cantet, niſi Cantores ordinati, qui conſcenſo ambone ex libro cantent. In pre- c. 17.
cibus publicis pſalmi pſalmis non jungantur, ſed poſt ſingulos pſalmos lectio interponatur. Die Sabbati cum aliis Scri- c. 16.
pturis Evangelium legatur. Chriſtiani c. 29.
non imitentur Judæos, & die Sabbati non ferientur, ſed illa die laborent, eo quod diem Dominicam Sabbato anteponere, &, ſicut Chriſtianos decet, hac die, ſi poſſibile ſit, omni labore abſtinere oporteat. Hæc verba, ſi poſſibile ſit, indicare videntur, Chriſtianos non ita ſtricte ac Judæos a labore manuum abſtinuiſſe.

Canones Concilii Laodiceni.

Sæculum IV. A. C. 367.

Ad festum Paschale nemo Sacram Eu-
c. 14. chariſtiam in alias Diœceſes mittat, tan-
quam Eulogiam, id eſt, panem benedi-
ctum, quem in ſignum mutuæ commu-
c. 27. nionis mittere ſolebant. Clerici, aut
Laici, ad *Agapen* invitati, eſcas ſuas non
aſportent, ne Eccleſiæ ordo turbetur.
Agapes in Eccleſia non agantur, nec man-
ducandum eſt, aut menſæ adornandæ in
c. 58. Domo Dei. Nec Epiſcopi, nec Presbyteri
in domibus Sacrificium offerant. Per
c. 49. quadrageſimam non offeratur panis, id
eſt, non conſecretur Evchariſtia niſi die-
bus Sabbatinis, & Dominicis. Caveant
Chriſtiani ne jejunium quadrageſimale
c. 50. ſolvant, commeſſando die Jovis ultimæ
ſeptimanæ, ſed integra quadrageſima je-
junandum eſt in Xerophagia, id eſt, non
c. 51. alias, quam exſiccatas carnes comedendo. Per quadrageſimam feſta Martyrum
celebranda non ſunt, ſed diebus Sabbati
& Dominicis eorum agenda commemo-
ratio. In quadrageſima nec nuptiæ, nec
c. 52. feſta natalitia celebrentur.

Poſt alteram quadrageſimæ ſeptima-
c. 45. nam nemo ad baptismum admittatur.
Quia totum quadrageſimale tempus Ca-
techumenorum examini erat deſtinatum.
c. 46. Candidati Symbolum diſcant, atque illud
coram Epiſcopo, aut Presbyteris Die Jo-
vis majoris hebdomadæ recitent. Qui
c. 47. morbi cauſa baptizati fuerint, ſi conva-
leſcant,

leſcant, Symbolum diſcant, & quantam a Deo gratiam acceperint, agnoſcant. Qui baptizati ſunt, deinde unctionem cœleſtem accipiant, & Regni JEſu Chriſti participes fiant. Peccatores, qui in oratione, & exercitiis pœnitentiæ perſeverarunt, atque ſigna perfectæ confeſſionis dederunt, eo quod Deus miſericors eſt, ad Communionem admittantur, poſtquam eis tempus agendæ pœnitentiæ, delicto commenſuratæ conceſſum fuerit. Qui ſecundas nuptias libere, & legitime non autem clandeſtine inierunt, poſt modicum tempus jejuniis, & orationibus datum, indulgenter ad Communionem admittentur. Chriſtiani liberos ſuos indifferenter cum hæreticis matrimonia contrahere non patiantur.

Concilium Laodicenum. c. 48. c. 2. c. 1. c. 10. 31.

Hæreticis Eccleſiam intrare non liceat, neque Fidelibus ad Eccleſias, aut Cœmeteria hæreticorum accedere, quod ſi faciant, ad tempus excommunicabuntur, & non niſi peracta pœnitentia recipientur. Sub pœna anathematis prohibetur, ne quis, relictis JEſu Chriſti Martyribus, falſos hæreticorum Martyres invocet. Ipſorum, nempe hæreticorum, Eulogiæ non ſunt recipiendæ; cum ipſis, aut Schismaticis non orandum. Novatiani, & Quartodecimani, qui convertuntur, non aliter recipiantur, quam ſi omnes hæreſes, & præſertim ſuam anathematizent,

c. 6. c. 9. c. 34. c. 32. c. 33. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 367.

zent, tunc quos Fideles vocant, poſtquam fidei Symbolum, didicerint, & unctionem Sacram acceperint, SS. Myſteriorum participes fient. Montaniſtæ, quamvis in

c. 35. ordine Clericorum ſint, & inter ſuos ſpectatiſſimi, diligentiſſime informabuntur, & a Presbyteris, Epiſcopisque Eccleſiæ

Canones Laodiceni. baptizabuntur. Hic videmus, quod Montaniſtarum, & non aliorum baptismus rejiciatur. Poſt canonem, quo ad falſos hæreticorum Martyres converti prohibe-

c. 35. tur, iſte ſequitur; Chriſtiani Eccleſiam Dei non deſerant, ut Angelos invocent, & prohibita conventicula agant; ſi qui ergo occultæ huic Idololatriæ deditus deprehendatur, anathematizetur, quia a Domino noſtro JEſu Chriſto defecit. Quo-

Theod. in Coloſſ. II. 18. dam illa tempeſtate adhuc hæreticos Judaizantes in Phrygia, & Piſidia inveniebantur erat, qui, adorandos eſſe Angelos, per quos lex data eſſet, affirmabant; dicebant, cum Deus inviſibilis, & incomprehenſibilis eſſet, preces noſtras ad eum pervenire non poſſe, ſed per Angelos nobis propitium eſſe reddendum. Hæc Theodoretus, qui ferme ſexaginta poſt hoc Concilium annis vivebat, refert, atque ſuo ævo in illarum Provinciarum finibus adhuc oratoria S. Michaelis viſa fuiſſe, teſtatur; hunc igitur Concilii Laodiceni Canonem iſtorum hæreticorum

ibid. III. c. 17. cauſa conditum putat, & ſubjungit, Concilium

cilium, ut huic inveterato malo medere- Sæculum IV.
tur, prohibuisse, ne relicto JEsu Christo A. C. 367.
Angeli invocentur, nempe, Ecclesiam il- *Perron. re-*
los damnasse, qui, excluso JEsu Christo, *plique p.* 914.
Angelos exorabant, eosque tanquam ultimum cultus sui finem considerabant, credentes, orationes suas usque ad Thronum Dei penetrare non posse; qui suo arbitrio oratoria S. Michaeli, ut populi Dei Protectori, non vero JEsu Christo in S. Michaelis Servi ejus memoriam exstruebant.

Sequens Concilii Laodiceni canon *c.* 36.
Presbyteris, & Clericis prohibet, ne sint Magi, incantatores, Mathematici, seu Astrologi, ne faciant figuras, aut vincula veneficiis apta, jubetque, ut qui talia apud se gestant, ab Ecclesia ejiciantur. Mu- *c.* 37.
nuscula Judæorum, aut Paganorum, quæ diebus apud ipsos festis mittere solebant, non accipiantur, nec festa in eorum societate celebrentur. Speciatim prohibetur, *c.* 38.
ne quis azymos panes, quos Judæi per festa sua Paschalia distribuere consueverant, acceptat. Tandem ne quis Gentilium solemnitatibus interfit. Hi sunt Con- *c.* 39.
cilii Laodiceni Canones, quos tota antiquitas venerata est.

§. XIII.

Persecutio restauratur.

Cum Valens Imperator duobus annis *Amm.*
bellum *XXVII. c.* 5.

Sæculum IV. A. C. 369.

bellum Gothis intuliſſet, ipſi attrita viribus pacem poſtularunt, quam ipſi anno tertio conceſſit, Valentiniano juniore, & Victore Conſulibus, ſcilicet anno 369. Illo circiter tempore Valens Tomos venit, urbem ampliſſimam, Scythiæ Metropolim, Romanis ſubjectam, in ora Ponti Euxini verſus Danubii oſtia poſitam. Scytharum Epiſcopi Sedes hæc erat, nam quamvis urbes plurimas, arces, & oppida tenerent, tamen more majorum unus totius nationis erat Epiſcopus. Is tunc Bretannion, ſeu Vetrannion vocabatur, in fide Catholica zeloſiſſimus. Valens ubi Tomos pervenit, & in Eccleſiam delatus eſt, Epiſcopo, ut ſolebat, perſuadere nitebatur, ut cum Arianis communicaret; at Bretannion viriliter reſtitit, faſſus ſe fidei Nicænæ Defenſorem, eaque, ad quam veniſſet Imperator, Eccleſia relicta, in aliam ſe contulit. Secutus eſt Epiſcopum populus, nempe tota ferme civitas, quæ, ut videret Imperatorem, confluxerat; hoc quoque plurimorum ſuſpenderat animos, quid in hoc rerum articulo Epiſcopus eſſet facturus. Valens, deſertum ſe ſolum cum familiarium comitatu, impatientiſſime tulit; Bretannionem comprehenſum, & in exilium miſſum, poſt breve tempus revocavit, quippe metuebat Scythas, fortiſſimam gentem, & Romanis ad defendendos Imperii

Zoſim. 4. 4. v. Chr. Cod. Theod. v. Pagi. an. 369. 1. Sozom VI. c. 21. Theod. IV. c. 35.

perii fines necessariam. S. Bretannion 25. Januarii in Ecclesia honoratur. Sæculum IV. A. C. 370.

Pace cum Gothis inita, Valens, Constantinopolim reversus, reliquum tempus anni 369. ibi transegit. Anno 370. ineunte Constantinopoli Antiochiam profectus est, bellum, ante triennium adversus Persas cœptum, prosecuturus; cum in via esset, Nicomediæ obitus Eudoxii Episcopi Constantinopolitani Ariani nuntiatur. Is primum Episcopus Germanicensis in Syria per annos circiter octodecim fuerat, tum Sedem Antiochenam per annos duos tenuit, tandem Constantinopolitanam annos undecim ab anno 360. usque ad annum 370. Ariani in ejus locum suffecerunt Demophilum, Thessalonicæ natum, & prius Episcopum Bereæ in Thracia, illum ipsum, qui sub Constantio Liberium Papam in lapsum impulerat. Probata est ejus Electio Imperatori, ipse vero ordinatus est a Theodoro, seu Dorotheo Heracleensi, nam qui Sedem Heracleensem tenebat, gaudebat ea prærogativa, quod ei competeret Episcopum Constantinopolitanum consecrare, eo quod Heraclea olim hujus urbis Metropolis fuisset. In Demophili ordinatione loco solitæ acclamationis: *Axios.* Id est: dignus, multi clamavere *Anaxios:* indignus. Catholici, occasione usuri, Evagrium in Episcopum Constanti-

Martyr. Philost. 9. n. 5.

Socr. IV. c. 14. Philost. IX. n. 8.

Sup. l. XIV. §. 23.

Philost. IX. n. 10. Demophilus Constantinopolitanus.

Soz. VI. c. 13.

nopoli-

Sæculum IV. A. C. 370.

nopolitanum elegerunt, quem quidam Episcopus, nomine Eustathius, ordinavit.

Ex hac ordinatione Ariani novam Catholicos persequendi ansam arripuere. *Socr. IV. c. 15.* Imperator Valens, ubi ea, quæ Constantinopoli facta essent, rescivit, timens populi seditionem, partem copiarum Nicomedia illuc misit cum mandato, captos Evagrium, & Eustathium in diversa relegarent, quod etiam executioni datum. Evagrius in exilio obiisse creditur, cujus memoriam sexta Martii colit Ecclesia. *Martyr. Rom.* Ariani, Imperatoris favore elati, Catholicos vexare, insectari, contumeliis, & verberibus afficere, in carceres detrudere, obtorto collo in judicium trahere, multas extorquere cœperunt. Hujus persecutionis Martyribus accenseturS. Eulogius cum pluribus aliis, quorum memoriam tertia Julii Ecclesia agit. *Mart. Rom. 3. Julii Menol. eod. Socr. IV. c. 16.* Catholici, ut huic calamitati remedium impetrarent, Legationem ad Imperatorem miserunt octoginta Clericorum, quos inter Urbanus, Theodorus, & Menedemus erant præcipui. Dum Nicomediæ advenerunt, libellum supplicem Imperatori tradiderunt, quo Catholicorum justæ querelæ exponebantur. His precibus Valens ad vehementem iram concitatus, tamen, ne seditio commoveretur, dissimulavit, clam vero Modesto Prætorii Præfecto imperavit,

vit, ut Legatos hos omnes occulte perderet; ergo Præfectus ſimulabat, velle ſe, ut in exilium deportarentur; quam Sententiam ipſi forti animo exceperunt. At eos navi imponi juſſit, non ſaburratæ, nautis clam monitis, ut ubi in altum proceſſiſſent, flammas ſubjicerent, quod hoc modo effectum dederunt; omnes Clerici delegati navigio impoſiti ſunt, quaſi ad exilii ſui locum devehendi, dum vero in medio ſinus Aſtaceni, in cujus angulo Nicomedia ſita eſt, vela faciunt, nautæ navigium incendunt, ipſi in ſcapham, quæ præparata ſequebatur, inſiliunt, & avehuntur. Vehementius forte ſpirans Eurus ardens navigium usque ad portum, qui Dacidiza dicebatur, in ora Bithyniæ impulit, ubi totum conſumptum eſt. Hoc fuit Martyrii genus octoginta Clericorum, quorum memoriam Eccleſia quinta Septembris agit. In tantæ crudelitatis ultionem immiſſa cœlitus fames credita eſt, quæ hoc anno Phrygiam, & circumjacentes Regiones afflixit, & multos incolas e patria migrare, atque Conſtantinopolim, vel alias urbes petere coegit.

Sæculum IV. A. C. 370.

Theod. IV. hiſt. c. 24.

Mart. Rom. Menol.

Socr. ibid. Hier. Chr.

§. XIV.

S. Baſilius Valenti reſiſtit.

Ex Bithynia Valens in Galatiam venit, ubi, nemine reſiſtente, vaſtavit Eccleſias. Eadem ratione in Eccleſiis Cappado-

Greg. Nyſſ. contr. Eun. I. p. 48. Sozom. VI. c. 15.

Sæculum IV. A. C. 370.

padociæ, quidquid voluiſſet, facturum ſe ſperabat, quod ſciret, ante aliquot annos diſcordiam natam inter Euſebium Cæſa-

Sup. l. XV. §. 14.

rienſem, & S. Baſilium, ex cujus parte primores illius Provinciæ ſtabant. Id ipſum, quod Baſilius diſceſſiſſet, invidiam creabat Epiſcopo, quem temere ſchismati cauſam dediſſe credebant, & ab eo defecturi videbantur. S. Baſilius interea in Ponto tranquillæ ſolitudinis quiete fruebatur, vitæ Monaſticæ exercitationibus vacans. Initio S. Gregorius

Greg. Naz. ep. 20.

Nazianzenus ibi cum amico ſuo morabatur, cumque eum Epiſcopus Euſebius ut Conventibus Eccleſiaſticis intereſſet, invitaret, eidem, ut Chriſtianum Philoſophum decet, reſcripſit: *Injuriam, quam fratri meo Baſilio intuliſti, diſſimulare aut ferre non poſſum, dum enim me honoras, & ipſum ſpernis, idem facis, ac ſi cuipiam vultum manu ſiniſtra mulceres, & dextra alapam impingeres. Crede mihi, ſi ei ſatisfeceris, & ipſe ſatisfaciet tibi. Cæterum tam parum ego a Baſilio avellor, quam umbra a corpore ſolet.* Iniquo animo hanc epiſtolam Euſebius tulit, verum tamen ſequenti tempore S. Gregorius

ep. 169. 170.

Epiſcopi animum mitigavit, & ingruente perſecutione, ad eum venire promiſit, ut ſolaretur, & auxilio eſſet; tum vi-

ep. 19.

dens omnem animi commotionem eſſe ſedatam, ad S. Baſilium ſcripſit, exhor-

tans,

tans, ut prior reconciliationem peteret, nec in isto humilitatis certamine vinci se sineret; subjungit, id quoque temporis illius rationem exigere. *Hæretici*, inquit, *in Ecclesiæ excidium conjurarunt, quidam advenerunt, plures alios adventuros, dicunt, sana periclitatur Doctrina. Si e re esse putes, ut tibi me socium jungam, non recuso.* Atque omnino, hac cura in se susceptа, Basilium, non multum reluctantem, reduxit. Itaque S. Basilius relicta solitudine ex Ponto Cæsaream rediit, quamprimum rescivit, Imperatorem, Episcopis Arianis ubique comitantibus, huic urbi appropinquare, nam, Basilio absente, facilius se aliis, quod cuperet, persuasurum speraverat; jam vero præsentem Valens, ut in suam sententiam adduceret, omni conatu adlaboravit, minis non pepercit, sed & blanditias adhibuit, summam gratiam promittens, & supremas in Ecclesia Dignitates. Econtra S. Basilius Valentem, & qui comitabantur Episcopos exhortari, ut agnoscerent errorem, pœnitentia delerent, Dei servos persequi desinerent, contra quos hominum vanæ essent sine viribus iræ. Omnis immemor simultatis, Episcopo Eusebio se junxit, ut communi hosti fortius resisterent. Omnem Divisionis, & scandali causam inter Catholicos sustulit, tandemque effecit, ut Imperator, ejusque

Greg. or. 20. p. 337.
Sozom. VI. c. 15.
Greg. Nyss. p. 49.
Greg. or. 20. p. 339.

Sæculum IV. A. C. 370

Episcopi Ariani, perdita opera, recedere cogerentur; S. Gregorio Nazianzeno sicut in labore, ita & in victoriæ laude non ultimæ partes fuere.

Ibid. p. 340.

Exinde S. Basilius sinceriſſimo affectu Episcopo suo serviebat, ut omnis tolleretur inimicitiæ suspicio, seque obedire Superioribus didiciſſe omnibus demonstraret. A latere Eusebii non avellebatur, jam informabat, jam quid faciendum monebat, jam imperata exequebatur, suo Episcopo omnia factus; domi Consiliarius fidelis, foris Minister solertiſſimus; quamvis secundum teneret in Ecclesia ordinem, utpote Presbyter, summa tamen auctoritate pollebat, cum ipsum Episcopum regeret. Quippe Eusebius paucis annis Episcopus, & statim post baptismum ordinatus, necdum totum hominem sæcularem exuerat, nec satis erat in rebus spiritualibus exercitatus, ut hisce turbulentis temporibus Ecclesiam sine adjutore gubernaret. Alterius ergo indigebat auxilio, quo etiam lætus, & sine æmulatione utebatur, auctoritate, qua gauderet Basilius, suam confirmari ratus. S. Basilius non uno tantum modo Ecclesiæ utiliſſimam navabat operam; virili audacia Magistratibus, & viris potentiſſimis loquebatur. Dissidentium civium componebat lites. Pauperibus in necessitatibus corporali-

Sup. L. XV. n. 13.

S. Basilius.

bus,

bus, & ſpiritualibus ſubveniebat; fame- Sæculum IV.
licos alebat, hoſpites ſuſcipiebat, Virgi- A. C. 370.
num, Monachorumque curam gerebat, idque ex eo cognoſcitur, quod iis Regulas partim ſcriptas, partim traditione communicaverit. Preces, & officium Altaris ipſe ordinabat, quod nobis S. Gregorius Nazianzenus teſtatum facit, atque his verbis illam Liturgiam denotare videtur, quæ ab omni antiquitate S. Baſilio tribuitur, hodieque in Eccleſiis Orientalibus uſui eſt, quamvis longa temporum ſucceſſione non nulla fuerint immutata.

S. Baſilius nunquam luculentius perfectæ charitatis ſigna edidit, quam dum Phrygiam, vicinasque Provincias hoc anno 370. fames extrema preſſit; tanti ma- *Greg. Naz.*
li in Cappadocia nulla apud ſenes erat *or. 20. p. 341.*
memoria; quod urbi Cæſarienſi, longe a mari diſſitæ, eo gravius accidebat, quo minus quidquam auxilii a commercio maritimo haberi poterat. Quibus frumentorum adhuc copia erat, ut fieri aſſolet, non ſolum nulla in miſeros commiſeratione movebantur, ſed etiam quæſtui crudeliter intendebant; tamen S. Baſilius rogando, & exhortando eo divites permovit, ut horrea aperiri permitterent; tum ipſe populum, fame pene exanimatum, collegit, & ahenis, quibus legumina, & carnes ſale conditæ, coquebantur, inferri juſſis, linteo præcinctus

Sæculum IV. A. C. 370.

suis manibus escas dividebat, servis, amicisque adjuvantibus, quam eleemosynam piis colloquiis, ut & animæ nutrirentur, condiebat.

Circa illud tempus urbes Ancyra, & Neo-Cæsarea Pastoribus suis per obitum privatæ sunt. Ad has Ecclesias S. Basilius consolatorias dedit, magnis elogiis defunctorum Episcoporum ornatas; Episcopus Neo-Cæsarienis fuerat Musonius, quem S. Basilius veritatis columnam, Legum Paternarum Custodem, & omnis novitatis inimicum appellat. *Epist. 62.* *In eo* inquit: *antiquæ Ecclesiæ figura cernebatur, atque in ejus societate cum iis te vivere credidisses, qui ante nos ducentis annis Ecclesiam rexerunt.* Huic urbi gratulatur, quod a tempore S. Gregorii Thaumaturgi usque ad hunc Episcopum Sanctos semper Pastores sortita fuerit. Demum hortatur, ut defuncto Successorem eligant sine ambitu, & factionibus, solum bonum commune, a quo bonum singulorum dependet, sibi ante oculos mentis ponant.

Sup. l. XIV. §. 18. ep. 67. ep. 53. Episcopus Ancyranus fuerat Athanasius, anno 360 in Concilio Constantinopolitano Basilio suffectus. Hujus mortem S. Basilius vehementer luget, mortuumque encomiis extollit, mente eo magis sincera, quod Athanasius leviuscule S. Basilii fidem aliquando suspectam habuerit. §. XV.

Sæculum IV.
A. C. 370

§. XV.

Mors S. Emmeliæ. S. Cæsarii. Et S. Gorgoniæ.

Episcopis defunctis Successores electi fuerant; interim S. Basilius S. Eusebio Samosateno obitum Matris suæ S. Emmeliæ per litteras nuntiavit; mortua est annis plena in Monasterio, quo cum filia sua S. Macrina secesserat. Tunc non plures, quam duos liberos apud se habebat, S. Macrinam ex omnibus primogenitam, & S. Petrum, postea Episcopum Sebastenum, liberorum suorum decimum, & ultimum; cum juxta lectum ex utroque latere starent, utramque prolem altera manu prehendens, dixit: *Domine! offero tibi secundum legem tuam liberorum meorum primitias, & decimas.* Sepulta est penes Maritum suum in Ecclesia quadraginta Martyrum septem, vel octo stadia, id est, quartam leucæ partem a Monasterio distante. Ecclesia trigesima Maji ejus colit memoriam. Matris mortem S. Basilium majori luctu prosecutum fuisse, quam tanti viri ætatem, & sanctitatem deceret, non nulli arbitrati sunt. Tunc a morbo convalescebat, quo ferme ad extrema deductus fuerat, atque summæ hiemis rigor discrimen auxerat. Status etiam in quo Dei Ecclesiam conflictari

Greg. Nyss. vita S. Macr. p. 186. v. Pagi. an. 379. n. 8.

Greg. ibid. p. 201. Mart. Rom.

Basil. ep. 7. ad Eus. Sam.

Sæculum IV. A. C. 370.

ctari noverat, nihil ſolatii, ſed graviorem luctum ægrotanti creaverat.

Greg. or. 10. p. 168.

Circa idem tempus S. Gregorius Nazianzenus fratre ſuo Cæſario, & Gorgonia Sorore orbatus eſt, quos Eccleſia Sanctis accenſet. Cæſarium, honorifice ad aulam Joviani revocatum, Valens Imperator Quæſtorem, ſeu ærarii in Bithynia, ubi habitabat, Præfectum conſtituerat; hoc fratris honore non modo non delectabatur S. Gregorius, ſed negotiis ſæcularibus implicitum dolebat, quibus ut ſe expediret, fraterne hortabatur; bonum conſilium ſequi cunctantem ſuperveniens caſus impulit, nempe terribilis terræ motus, quo reliqua exſtantia urbis Nicææ undecima Octobris anno 368. ſubverſa ſunt. Cæſarius ferme ſolus inter viros omnes urbis præcipuos ſalvatus eſt, verum tamen bonorum ſuorum partem perdidit, & ipſe ruinis ita involutus eſt, ut res prodigio ſimillima fuerit, quod leviter tantum vulneratus, evaſerit. Tunc ergo totum ſe Deo dedere ſtatuit, at modico poſt tempore humanis exceſſit, cum paulo ante Baptiſmo fuiſſet ablutus; nec uxorem habens, nec liberos, bona ſua reliquit pauperibus. Fratri S. Gregorius oratione funebri coram Patre, & Matre parentavit. Eccleſia Græca memoriam Cæſarii nona Martii, & Latina 25. Februarii celebrat. Soror eorum

Id. Carm. p. 34.

Or. 10. p. 173

S. Gor-

S. Gorgonia non diu supervixit, in cujus etiam funere S. Gregorius peroravit, atque defunctæ laudes congrue celebrans, perfectum virtutis Christianæ exemplum omnibus nuptis exhibuit; tantum Gorgoniæ erat collectionis, & modestiæ studium, ut vel subrisisse crimen putaret; oculos, auditum, sensus omnes custodiebat. Muliebrem cultum, cujus fœminæ studiosissimæ sunt, negligebat, sed curabat decorem Ecclesiarum. Quamvis magna esset ingenii capacitate, prudentia tanta, ut omnes suæ Provinciæ consilio adjuvaret, atque de SS. Mysteriis Religionis partim ex librorum sacrorum lectione, partim propriis meditationibus profundam scientiam acquisivisset, silentium tamen amabat, & summa industria opera sua bona occultabat, magis cupiens sancta esse, quam videri. Domus ejus omnibus virtutem amantibus patebat. Reverenti in Sacerdotes erat animo, afflictis compatiebatur, pauperibus, præsertim viduis, largissime necessaria erogabat. Fervide, attente, & frequenti genuflexione orabat, tota lacrymis per fusa; orationi jejunia, & vigilias jungebat, quibus omnibus jugis Psalmodia addenda; Non ante tamen quam versus vitæ finem baptizata est, sed antequam moreretur, summo solatio fuit, quod maritum, filios, nepotesque eadem gratia a

Sæculum IV. A. C. 370.

Or. 11. *p.* 181 182.

p. 188.

Sæculum IV. A.C. 370. p. 185.

Deo donari vidisset. Tanta fuit in Deum fiducia, ut, cum aliquando periculose cecidisset, ne modestia læderetur, ope medicinæ uti recusaverit, factumque, ut sine humano auxilio, & non sine prodigio sanaretur. Alio tempore gravi morbo afflicta, medicis de ejus salute desperantibus, caput altari imposuit, cœpitque orare cum clamore, & copiosis lacrymis, ex quibus, iis admixtis, quæ de Antitypis pretiosi corporis, aut sanguinis, id est Sacræ Evchariſtiæ, reservare potuerat, unctionem sibi composuit, & ecce! illa eo incolumis in domum suam rediit. Hæc autem antequam baptizata fuerit, contingere non potuit, cum nunquam nisi Fidelibus baptizatis Evchariſtiam præbere mos fuerit. (*) Talis fuit vita S. Gorgoniæ, cujus memoriam Ecclesia nona Dec. colit.

§. XVI.

Monachi Nazianzeni cum Episcopo reconciliantur.

Tunc temporis S. Gregorius Nazianzenus cum Patre erat, senectutis ejus fulcrum, atque, cum esset Presbyter, pa-

ter

(*) Hic iterum Protestans noster decem annos, in quibus de Sacra Evchariſtia bis mentio recurrit, pagina sua 265. omisit. Duos alios errores fileo.

tem oneris Episcopalis ferebat. Inter prima, quæ Patri præstitit obsequia, illud est, quod ei Monachos reconciliaverit, qui, postquam formulæ Ariminensi subscripsissent, ab ejus Communione recesserant. Inter hos Monachos non nulli pietate, & Doctrina eminebant, quales erant Cledonius, Eulalius, & Carterius. Cledonius aliquando in aula inter Proceres effulserat, tum, omnibus bonis suis inter pauperes distributis, in solitudinem concessit; Presbyter ordinatus, semper S. Gregorio filio amicitia junctissimus fuit. Eulalius ille est, quem Gregorius defuncto Parente suo Episcopum Nazianzenum ordinari curavit, is affinitate Gregorium contingebat, habebatque fratrem, nomine Helladium, qui simul cum eo vitam solitariam amplexus, haud diu postea vita functus est. Carterius ille fuisse creditur, qui Monasteria Antiochena cum Diodoro rexit, & S. Chrysostomi Magister extitit. Hi fuere cœnobitarum præcipui, qui a Communione Episcopi Gregorii abstinuerant; ipsorum auctoritatem populi pars fuerat secuta, atque eo usque creverat contentio, ut sibi Presbyteros ab aliis Episcopis ordinari petierint, qui sibi sancta Sacramenta administrarent.

Sæculum IV. A. C. 370.

Greg. carm. 47. p. 107.

Greg. ep. 195 ad Lolle. p. 105. ad Cæsar.

Socr. VI. c. 3

Sozo. VIII. c. 2.

S. Senex hos Monachos precibus, exhortationibus, mansuetudine ad se reducere

Sæculum IV. A. C. 370.

cere conabatur, hanc gratiam a Deo, antequam longissimam vitam finiret, exposcebat. Non minori, quam Pater suus, hujus unionis procurandæ desiderio tenebatur filius, hic dolor diu, noctuque animum lancinabat, nec jam pietatis exercitia solatio erant, cum nunquam non charissimorum fratrum recordaretur, quibuscum olim his exercitiis suavissima societate vacaverat. Toto illo tempore siluit, nec unquam publice dixit; tandem Parenti persuasit, ut veniam facti peteret, & claram fidei suæ Confessionem daret; tunc vero solitarii, & qui eorum auctoritatem secuti fuerant, suspicione, quam de S. Sene conceperant, abstersa, fidem ejus semper fuisse purissimam agnoverunt; ipse redeuntes summo gaudio recepit, & Presbyteros ab aliis ordinatos ad Communionem admisit; hujus reconciliationis lætitiam S. Gregorius filius excellentissima oratione celebravit, in qua inter alia hæc habet; reconciliationes, quas nova dissidia sequuntur, ipsis divisionibus pejores esse, quia sinceræ, & duraturæ pacis spem omnem tollunt; aliquam etiam pacis speciem malam esse, & quandoque divisionem prodesse; quando manifesta est adversæ partis impietas, intrepide per arma, per ignes potestatibus esse occurrendum, & præter Deum timendum nihil;

Vita Greg. Naz.

Or.19.p.297

Orat.12. p.202.203.

hil; quando autem suspicionibus agimur, Sæculum IV.
expedire, ut totius corporis unitas ser- A. C. 370.
vetur, sicque alter alterum labentem erigat, ne temeris judiciis charitas solvatur, aut quis dum fratrem corripit, tyrannorum potius, quam fratris more imperet.

S. Senex Gregorius morbo tentatus est; jamque omnes actum esse de vita ejus credebant. Violenta febri intestina ardebant, deficiebant vires, nec alimentis, nec somno levabatur, palpitabat cor, angustiæ undique; guttur ulceratum vix aquæ guttas recipere poterat; nihil ars medicorum, nihil domesticorum industria juvabat; jamque neminem adstantium valens agnoscere, exspiraturus videbatur. Nox erat Paschalis; Gregorius filius, Nonna mater ejus, omnes Clerici, & populus in Ecclesia orabant, dolore mortis ejus tantæ festivitatis temperante lætitiam. Cum celebrandi Mysteria hora adveniisset, S. Senex leviter movere se cœpit, voce admodum debili famulum vocat, jubetque, ut accedat, vestes ministret, & manum porrigat, hic attonitus imperata facere festinat, tum S. Episcopus, famulo innixus, e strato surgit, languentes manus ad orandum extendit, atque, ut potest, paucis verbis Mysteria pera- *Greg. or. 19. p. 304. 305.*

Sæculum IV. A. C. 370.

peragit, (*) populo, in Eccleſia orant Spiritu unitus; pronuntiatis de mor Evchariſtiæ verbis, dataque populo Be nedictione, rurſus in lectum ſe demitti modicum cibi capit, dormit, ſenſimqu convaleſcit, ita ut Dominica, quæ eſt octava Paſchæ, & jam tum Dominica no va, ſeu renovationis nominabatur, ſicu hodieque in Eccleſia Græca nominatu illa, inquam, Dominica in Eccleſiam cu omni populo ad offerendum Sacrificiu venerit. S. Gregorius junior hanc ſan tatem publice tanquam evidens miracu lum narrabat.

§. XVII.

S. Baſilius eligitur Epiſcopus Cæſarienſis.

Greg. Naz. or. 19. p. 310. p. 342. Vita Greg. Mart. Hier. & Uſuard. 21. Jun.

Euſebius Epiſcopus Cæſarienſis in Cap padocia, haud multo poſt tempor quam Valens Imperator ejus Eccleſiam aggreſſus fuerat, obiit, cum tam in ha Valentis, quam Juliani perſecutione vi riliter decertaſſet. In quibusdam Mar tyrologiis adſcriptus eſt Sanctis; at im perite cum Euſebio Cæſarienſi in Pale ſtina confunditur. Ipſo elato, Eccleſi Cæſ

(*) Hæc verba Proteſtans pag. 266. omit Cæterum hoc antiquiſſimum Miſſarum privat rum Exemplum, ſicut id etiam Anonymus l. ob ſervat, contra Proteſtantes inexpugnabile eſt.

Cæsarienſis in Cappadocia ſimili periculo expoſita fuit, quale in ejus Electione effugerat; hæretici æquis oculis videre non poterant, hanc Eccleſiam ſemper fidem ſervaſſe Catholicam, atque membrorum unione fuiſſe firmatam. Hæc Sedes nulli in toto Oriente amplitudine cedebat, totius Cappadociæ Metropolis, & forte omnis illius Regionis, quæ Diœceſis Ponti in Regimine Politico dicebatur, id eſt ultra mediam partem Aſiæ minoris Caput. Clerici Cæſarienſes de more ad Epiſcopos Provinciæ litteras dedere, qui advenerunt Epiſcopum electuri. Sæculum IV. A. C. 370.

S. Epiſcopus Nazianzenus, cum cœteris ad Electionem vocatus, timuit, ne per ætatem decrepitam & morbum, qui ſupervenerat, illuc deferri non poſſet, hinc Clero, populoque Cæſarienſi ſcripſit in hunc modum: *Exiguus paſtor ſum exigui gregis, ſed Dei Gratia locorum anguſtia non coarctatur; ergo etiam puſillis libere loqui liceat. Hic agitur de bono Eccleſiæ, pro qua JEſus Chriſtus mortuus eſt. Lucerna corporis humani oculus eſt, Epiſcopus vero Eccleſiæ. Cum me ſecundum Canones vocaveritis, & ego ſenectute, & morbo impediar, ſi nihilominus Spiritus S. mihi vires contulerit, ut ipſus Electioni aſſiſtam, nam nihil Fidelibus incredibile eſt, nihil mihi aut jucundius,* *Greg. or. 19. p. 311. ap. Greg. ep. 22.* *Luc. 11. 34.*

Sæculum IV. A. C. 370.

dius, aut optatius accidere poterit, si in firmitate detinear, ad Electionem, quantum absens possum, confero. Nullus dubito, quin in tam ampla Civitate, cui tanti Præsules præfuere, plures alios invenire sit, primo gradu dignos, ego autem nullum alium charissimo filio nostro Basilio Presbytero præferre possum; vir est, coram Deo dico, cujus vita, & doctrina purissimæ sunt, atque si non solus, saltem inter cæteros aptissimus, qui hæreticis opponat, grassantemque hodie linguarum intemperantiam compescat. Hæc autem Clericis, Monachis, Magistratibus, Senatui, & cuncto populo scribo. Si suffragium meum tanquam bonum, & a DEO proveniens vobis probatur, præsens sum Spiritu, vel potius jam imposui manum; si alia vobis sententia est, si factionibus agitur, si quod uni familiæ utile est, bono nesto præfertur, si prævalente tumultu leges silere coguntur, quod lubet, facite; nulla mihi pars sit cum iniquis!

Ap. Basil. ep. 4.

S. Basilii Electio.

S. Senex Gregorius etiam S. Eusebio Samosateno scripsit, opem ejus in ista occasione imploravit, quamvis alterius esset Provinciæ, & quantum Ecclesia Cæsarienſis sub hæreticorum machinationibus periclitaretur, exposuit. S. Eusebius

Greg. ep. 29.

Samosatenus Cæsaream se contulit, cujus præsentia Catholicis solatium attulit, & constantiam suggessit. Nam quam-

vis

vis S. Basilius luculentissime esset omnium dignissimus, qui Sedi Cæsariensi imponeretur, illius Regionis Primates ejus Electioni adversabantur, quorum factionem ferocissimi de populo roborabant, jamque Episcoporum partem in suam sententiam adduxerant. Cum essent ad Electionem congregati, Episcopo Nazianzeno scripserunt, atque, ut veniret, invitabant ea verborum ambiguitate, ut facile intelligeret, gratius se illis facturum, si emaneret; respondit, se eorum voluntatem clarissime percepisse, deinde, sicut Clericis, & populo Cæsariensi scribens fecerat, declarat, se suum suffragium Basilio Presbytero, utpote dignissimo dare, atque contra Electionem malis artibus efficiendam protestatur. *Si vero*, inquit: *quisquam dicat, Basilio infirmam valetudinem obstare, cogitate, non jam vobis gladiatore robusto, sed Episcopo, & Fidelium Doctore opus esse.* Non satis fuit scripsisse, sed sciens Gregorius, unam ad Canonicam Electionem deesse vocem, non ætatem suam, non morbum, quo pene conficiebatur, attendit, sed exsurgens e lecto Cæsaream devehi voluit, felicissimum se æstimaturus, si in pio conatu emoreretur. Itaque S. Basilius electus est, & Episcopus Cæsariensis in Cappadocia canonice ordinatus. Ecclesia hanc ordinationem 14. Junii memorat.

Sæculum IV. A. C. 370.

Greg. or. 20. p. 340.

Or. 19. p. 311

Sæculum IV. A. C. 370.

§. XVIII.

S. Basilii vita in Episcopatu.

Greg. Naz. or. 19. p. 312. Sanctus Senex Gregorius, quasi per miraculum sanus, & firmus Nazianzum reversus est. Episcopi Basilio contrarii iniquo animo victoriam ejus ferebant, atque pudore, & indignatione concitati convitia coram ingerebant; eorum incundiam Gregorius patientia superavit, & in rei summa vicisse contentus, sinebat, ut iram verbis effunderent; cum tempore adversariorum indignatio versa est in admirationem, atque exinde Gregorium tanquam communem arbitrum, & Patriarcham coluere.

Id. or. 30. p. 334. Eandem agendi rationem S. Basilius tenuit; irritatos animos sanavit non seviliter assentando, sed nobili, & benefica indole, non tam præsentia cogitans, quam futura, animosque ad præstandam sibi obedientiam præparans; nulla fraude utebatur, ut sibi reluctantes submitteret, sed amicitia devinciebat, satis efficeratus, si ostenderet, posse se quidem refractarios punire, sed nolle. Pauca loquebatur, faciebat multa. Omnes summo viri ingenio cedere, & ob virtutum excellentiam credere coacti sunt, tantum Episcopo unitos esse, & subjectos oportere, aut æternæ salutis spem abjicierdam. Ita devicti pristinum errorem e-

menda-

mendare satagebant, ejus amicitiam expetebant, & in via virtutum proficere contendebant, cum cernerent, nulla alia ratione se posse Episcopo suo placere. Pauci fuere incorrigibiles, quorum nullam rationem habuit. Hoc modo S. Gregorius Nazianzenus amici sui mores nobis depinxit. Cum S. Basilius creatus fuisset Episcopus, non ideo Gregorius ad eum venit; jam antea eum Basilius invitaverat, ut ægrotantem se inviseret, & Gregorius itineri se dederat, attamen ubi in via rescivit, eodem tempore Episcopos Cæsaream proficisci, ut Eusebio successorem deligerent, statim viam, qua venerat, relegit, & Basilium simplicitatis incusavit, si non perspiceret, se inimicis suis liberrimam facultatem dare suspicandi, eum ideo hoc rerum articulo amicos convocare, ut eorum suffragio adjutus, facilius ad Episcopatus fastigium ascenderet. Forte S. Gregorius, ne ipsemet in Episcopum exposceretur, pertimescebat. Post amici Electionem propositum non mutavit, sed S. Basilio scripsit, maximo quidem lætitiæ sensu se ejus promotionem percepisse, verum non nisi post longum intervallum ad eum venturum, quamvis etiam Basilius se vocaret, ne malevolis utrumque calumniandi ansam daret; venturum se vero, quando Numen jussisset, & livoris umbræ

Sæculum IV A. C. 370.

Or. 20. p. 344 Ep. 20. 29. in fin.

Epist. 24.

Sæculum IV. A C. 370.

essent dissipatæ. De hoc rigore S. Basilius primum conquestus, deinde amici sui prudentiam laudavit.

§. XIX.

S. Basilius unire Catholicos adlaborat.

Greg. or. 20. Basil. ep. 48.

Cum S. Basilii charitas, & zelus totam Ecclesiam complecteretur, magnopere affligebat virum sanctum Fidelium, etiam Episcoporum Catholicorum in Oriente divisio; ut tanto malo remedium quæreret, Episcoporum Occidentalium pietatem sibi sollicitandam esse existimavit, atque S. Athanasii auctoritatem, qua apud eos valebat, adhibendam. Huic igitur sub initium sui Episcopatus scripsit in hunc modum: *Dudum hæc mihi sententia sedit, unicam Ecclesias nostras pacandi viam supereſſe, Episcoporum Occidentis junctam operam. Si pro bono nostro eodem zelo laborare velint, quo domi unius, alteriusve ambitionem castigaverunt, non nulla pacem reducendi spes erit. Tantam Episcoporum multitudinem verebuntur Principes, populi sponte sequentur. Dignus es, Athanasi! qui istud charitatis tuæ monumentum posteris relinquas; pulcherrimo facinore tua certamina, quæ infinita pro fide subiisti, coronabis. Mitte ex Ecclesia tua sancta ad Episcopos Occidentis viros in sana Doctrina, & sermone potentes, qui malorum, quibus*

quibus premimur, gravitatem exponant. Sæculum IV.
Excitat deinde Athanasium, ut curam A. C. 370.
Ecclesiæ Antiochenæ per se suscipiat, nec opem Occidentalis Ecclesiæ exspectet, dicitque, illius Ecclesiæ divisionem malum esse, quod celerrimo remedio indigeat, cum sit veluti caput, quod toti corpori salutem esset communicaturum. Hanc epistolam per Dorotheum Ecclesiæ Antiochenæ Diaconum misit, ad cujus preces addidit alteram, ut causam hujus Ecclesiæ, & S. Meletii, cui Dorotheus adhærebat, pensiculatius explicaret. *Ep.* 50. In hac S. Basilius S. Athanasio mentem suam aperit, divisas Ecclesiæ Antiochiæ partes omnes sub S. Meletio colligendas; *Hæc sunt*, inquit: *totius Orientis vota, quod & ego privatim toto corde exopto, utpote eidem in omnibus conjunctissimus. Est vir in fide irreprehensibilis, in moribus incomparabilis. Aliis alia ratione satisfieri poterit. Cæterum non ignoras, Occidentales, qui maxime tibi uniuntur, in eadem esse sententia.* In his Epistolis S. Basilius S. Athanasium semper Patrem vocat, & summa reverentia alloquitur. S. Athanasius, epistolis benigne acceptis, *Basil. ep.* 52. Dorotheum Diaconum, & Presbyterorum suorum unum, nomine Petrum, remisit, ut omnis conatus ad reconciliandos animos adhiberetur.

Ubi S. Basilius per eosdem S. Atha- *Epist.* 57.

Sæculum IV. A. C. 370.

nasii responsum accepit, remisit ad eum Dorotheum cum Epistola, in qua ejus zelum, & laborem pro bono Ecclesiæ universalis laudat, & subdit: *Conveniens nobis visum est, ad Episcopum Romanum scribere, ut, quæ hic agantur, consideret, & suum submittat consilium; nam cum res admodum difficilis sit, ut inde communi consensu, & jubente toto Concilio Delegati ad nos mittantur, in hoc negotio sua utatur auctoritate,* (*) *& mittat viros, ferendis longæ viæ laboribus pares, qui errantes inter nos suavi, & forti sermone ad meliora revocare valeant. Hos viros omnia acta Ariminensia secum asferre oportebit, ut, quæ vi acta sunt, irritentur. Occulte veniant, sine strepitu, itinere maritimo, antequam res pacis inimicis suboleat. Sunt, qui desiderant, quod & nobis videtur necessarium, ut hæresim Marcelli damnent; nam usque hoc tempus Arium anathematizare non cessant, sed non videntur Doctrinam Marcelli rejicere,*

Ep. 52.

S. Basilius.

(*) Hic habemus præclarum testimonium S. Patre Orientalis Ecclesiæ pro Auctoritate S. Pontificis etiam sine Concilio scriptum, & a Fleurio relatum. Mirum! quod Anonymus II. non sit contentus. Protestantis vel negligentia apparet, vel nequitia, ut sensum perverteret, dum posuit pag. 27. Einige *Deputirte im Namen eines Concilii* dahin abzuschicken.

Sæculum IV. A. C. 370.

jicere, cujus hæresis priori e Diametro opposita est; circa ipsam Filii Dei substantiam errat, dum docet, ipsum non fuisse, antequam e Patre egrederetur, nec amplius subsistere, postquam ad Patrem rediit. Hujus erroris in libris ejus habemus argumentum. Interim Occidentales ipsum nunquam corripuerunt, cum tamen eisdem objici possit, quod principio ex veritatis ignorantia Marcellum ad Communionem Ecclesiasticam receperint. S. Basilius hic de iis loquitur, quæ Romæ Julio Papa Pontifice anno 342. acta sunt; quæ autem de hæresi Marcelli dicit, & hæc quidem ad S. Athanasium, notari merentur. *Sup. L. XII. §. 23. 25.*

S. Basilius etiam ad S. Damasum Papam scripsit, eumque Patrem admodum Venerabilem vocat; dubitari autem potest, an hunc honoris titulum ejus Dignitati, vel Personæ tribuat, cum eo Nomine etiam S. Athanasium compellet; cæterum in ea Epistola dicit: *Totus ferme Oriens ab Illyrico usque ad Ægyptum magna tempestate jactatur; omnes veritatis defensores suis Ecclesiis pulsi sunt, ut eæ Arianis tradantur. Non aliunde, quam a tua Charitate auxilium sperabamus, sed hac spe frustrati, jam ultra flere non possumus, sed ad te scribere cogimur, ut movearis ad gerendam nostri curam, mittasque ad nos Legatos, qui divi-* *Epist. 220.*

Sæculum IV. A. C. 370.

sos uniant, aut saltem Divisionis auctores tibi indicent, & in futurum scias, quibuscum tibi sit communicandum. Quos vero a te opem imploremus, res exempla non caret; ex traditione tenemus, & epistolis, quas adhuc asservamus, Beatum Dionysium, Prædecessorem tuum, Ecclesiam nostram Cæsariensem per epistolas visitasse, Patres nostros in ærumnis fuisse consolatum, & viros misisse, qui fratres nostros a captivitate liberarent. S. Basilius hic loquitur de incursione Gothorum in Asiam minorem, Imperatore Gallieno, quod tempore S. Dionysii Papæ factum. S. Basilius huic epistolæ instructionem, proiit qui Romam ituri erant, adjunxit, & utramque S. Meletio, quo inconsulto faciebat nihil, per Dorotheum submisit. Dicit etiam minas se, & sævæ persecutionis indicia prævidere.

Sup. l. VII. §. 56.

ep. 57.

§. XX.

Concilia Romæ, & in Illyrico.

Marc. & Fausti p. 9. *Ap. Baron. an. 368. p. 209.*

Interim Damaso Papæ plura certamina cum factione Ursini Antipapæ fuerant sustinenda; quamvis enim Ursinus anno 366 proscriptus fuisset, tamen Schismatici tamdiu importunis precibus Imperatoris Valentiniani aures fatigarunt, donec Rescripto ad Prætextatum Romæ Præfectum dato, eum, omnesque, qui cum eo relegati fuerant, revocaverit, addito

dito mandato, si quidquam denuo turbassent, gravius punirentur. Ursinus igitur quinta Sept. anno 367. cum duobus Diaconis Romam rediit, sed duobus post mensibus iterum ejectus, & cum pluribus aliis in Galliam in exilium missus. Ita pax Romæ reddita Prætextati Auctoritate, & testimonio, quod veriti reddidit, sicut Ammianus Marcellinus loquitur. Schismatici, licet jam Clerici Duces deessent, nihilominus in Cœmeteriis Martyrum conventus agebant, habebantque Ecclesiam; hinc Ecclesiæ Romanæ Defensor, & Damasus Pontifex Valentiniano Imperatori Libellum supplicem obtulerunt, quo accepto, Prætextato mandata dedit, ut istam Ecclesiam, quæ sola Schismaticis relicta fuerat, Damaso traderet, quod effectui datum, & Schismatici armata manu expulsi. Damasus Papa voto se SS. Martyribus obstrinxerat, si Clericus Schismaticus resipisceret, quod ubi posteriore tempore obtinuit, versibus in eorum honorem compositis, quod voverat, reddidit.

Rescr. ap. Baron. an. 371. init. l. XXVII. c. 9.

Marc. & Faust. p. 10. ap. Baron. an. 368. init.

ap. Baron. app. to. 4. p. 5.

Damasus circa illud tempus Concilium frequentissimum Romam convocavit, atque suo, & Concilii nomine ad Episcopos Ægypti, forte etiam ad omnes alios, scripsit, ut omnibus, qui in Arianorum errorem lapsi essent, amica manus ad surgendum porrigeretur. Roma, & uni-

Athan. ad Afric. pag. 931.

Sæculum IV. A. C. 370.

Sozom. VI. c. 23. Athan. ad Afric. p. 941.

versus Occidens, si purorum Arianorum paucissimos excipias, in fide Nicæna firmiter stabant. In hoc Concilio Ursacius & Valens nominatim condemnati; de Auxentio autem, qui Sedem Mediolanensem invaserat, nulla mentio facta, forte ne in Reverentiam Imperatori Valentiniano debitam peccaretur, qui ejus communionem receperat. (*) S. Athanasius, accepta S. Damasi epistola, Episcopos Ægypti, & Lybiæ, nonaginta ferme numero congregavit, eique nomine omnium de causa Auxentii rescripsit, multum mirari se, quod vir iste necdum depositus, & Ecclesia ejectus fuisset, cum non solum Arianus sit, sed etiam plurimorum malorum reus, quæ Gregorii Sedis Alexandrinæ usurpatoris socius commisisset. Haud longo temporis intervallo factum est, quod Episcopi Ægypti optabant, nam cum Episcopi Galliæ, & Venetiæ questi fuissent, Auxentium, & quosdam alios Anomeorum errores defendere, rescripsit Imperator, ut Auxentii causa examini subjiceretur, & fides Catholica explanaretur; hinc Romæ Concilium nonaginta trium Episcoporum coactum, ubi Auxentius, & Sectatores ejus excommunicati. Fides Nicæna

Sup. §. 2. p. 940.

To. 2. Conc. p. 892.

(*) Protestans hic calumnias Schismaticorum contra Damasum Pontificem repetit Calumniator. Et nihil aliud affert.

cæna confirmata, & omnia, quæ in contrarium Arimini facta, nulla pronuntiata sunt. Duo exempla epistolæ Synodalis hujus Concilii habemus, nempe Latinum originale, quod nomina Damasi Papæ, Valeriani Episcopi Aquilejensis, & aliorum octo in fronte gerit, & ad Episcopos Catholicos Orientis dirigitur, versionemque græcam, quæ Damasi tantum, & Valeriani nomina præfert, & ad Episcopos Illyrici dirigitur; erat vero particularis causa, ut ad hos Decreta Concilii mitterentur, quod in ea Provincia Ariana hæresis, Ursacio, Valente, Gaio, & Germinio Defensoribus, plurimum invaluisset. Sæculum IV. A. C. 370. *ap. Theod. II. hist. c. 22. ap. Sozom. VI. c. 23.*

Epistola ad Orientales ignorantiæ potius, quam malæ voluntatis accusat Episcopos, quos Galli, & Veneti denuntiaverant, & de Auxentio tanquam de viro diu ante condemnato loquitur; dicit, ea, quæ Arimini acta sunt, ab initio fuisse retractata ab iis ipsis, qui intefuerant; hos palam fassos fuisse, quod novis verbis fuerint decepti, nec intellexerint, hæc verba Definitioni Nicænæ esse contraria; *deinde*, dicit epistola: *ii, qui magno numero Arimini fuere, tantæ auctoritatis non sunt, cum certum sit, neque Episcopum Romanum, cujus sententia ante omnes alios requirenda erat,* (*) *nec Vincentium, qui tanto*

(*) Hoc testimonio pro S. Pontificis Auctoritate nihil illustrius!

Sæculum IV. A. C. 370.

tanto annorum ſpatio puriſſimam Sacerdo-tii fidem conſervavit, nec alios his ſimile conſenſiſſe. Hoc autem omnino actorum Ariminenſium valorem enervat, quod, ſi cut jam diximus, illi ipſi, qui violenti ceſſiſſe videbantur, auditis ſaniorum con liis, pœnitere ſe eorum, quæ feciſſent, pro teſtati ſint. Epiſcopi quoque Illyrici d rectam ad ſe epiſtolam Synodalem acce perunt, quæ hortabatur, ut fidei ſuæ ſi ceritatem palam declararent. Hoc Con ſilium ſecuti Illyrici, obtenta ab Impera tore Valentiniano conveniendi licenti Synodum celebrarunt, ediderunt que D cretum, quod Confeſſionem fidei, Nicæn congruam continebat; in ea dicunt: Cr *dimus cum Conciliis, quæ nuper Romæ, & in Gallia celebrata ſunt, unam, & eandem Subſtantiam Patris, & Filii, & Spiritu S. in tribus Perſonis, id eſt, in tribus per fectis hypoſtaſibus.* De Incarnatione di cunt; quod JEſus Chriſtus Deus ſit, por tans carnem, non autem homo portan Divinitatem, & anathematizant illum qui ſcripſit, Filium fuiſſe in potentia in Patre, antequam actu fuiſſet genitus quod omnibus Creaturis convenit. Hi Marcellum Ancyranum denotare videntur. Hoc Decretum ad Epiſcopos Aſiæ & Phrygiæ miſerunt, quibus mandarunt ut inquirerent, an res ita ſe habeat, quo in tota Aſia doceatur, Spiritum S. ſepa ratum

Valeſ. not. ad Theod. IV. 9. Pagi. an. 365. n. 8. Theop. Chr. p. 52. an. 366. Theod. IV. c. 8. 9.

ratum esse a Patre, & Filio, sicut ipsi a Confratre suo Eustathio audivissent. Eustathius iste verosimiliter est Episcopus Sebastenus, qui in reditu ab urbe Roma per Illyricum transierat. Hortantur deinde Illyrici Patres Asiæ Episcopos, ut in ordinationibus Ecclesiasticam Disciplinam observent, Episcopos eligant ex corpore Presbyterorum, Presbyteros & Diaconos ex corpore Clericorum, non vero ex Senatu, vel militia ad id muneris viros assumant. Ultimo nomina sex Episcoporum Arianorum, quos deposuerant, apponunt. Valentinianus Imperator huic Episcoporum epistolæ Rescriptum addidit ad eosdem Asiæ, & Phrygiæ Episcopos, quo exhortatur, ut Decretum Concilii Illyrici recipiant, & auctoritate Imperatoris, id est, fratris ejus Valentis, ad vexandos Dei famulos non abutantur.

Sæculum IV. A. C. 370.

Sup. §. 9.

Theod. IV. c. 8.

§. XXI.

Epistola S. Athanasii ad Africanos.

Concilium, quod S. Athanasius Alexandriam convocaverat, etiam ad Episcopos Africæ, id est, Provinciæ Carthaginensis, scripsit, ut eos confirmaret contra illorum suggestiones, qui Concilii Ariminensis auctoritatem supra Concilium Nicænum extollebant, eo quod vox, consubstantialis, obscurior esset, quam ut intelligi posset. S. Athanasius nomine totius

Tom. I. p. 931.

Sæculum IV. A. C. 370.

tius Concilii ſcribens, demonſtrat, Patres Concilii Ariminenſis, quamdiu libere licuiſſet agere, nihil adjicere Concilio Nicæno voluiſſe, imo Urſacium, Valentem, Eudoxium, & Auxentium excommunicaſſe, atque hac ratione Arianis non favviſſe, ſed magis adverſatos fuiſſe. Deinde auctoritatem Concilii Nicæni defendit, quibus ex cauſis vocem: conſubſtantialis, & quo in ſenſu adhibuerit. Tandem paucis de Divinitate Spiritus S. tractat. Cœterum, quamvis hæc epiſtola ad Africanos nomine nonaginta Epiſcoporum Ægypti, data ſit, ſolius tamen Athanaſii opus eſt, atque Epiſcopi, quorum nomine loquitur, non omnes erant præſentes in Concilio, ſed cum omnibus eadem eſſet ſententia, alter alterius nomine ſubſcribebant. Uberes profecto hujus epiſtolæ fructus fuere, quod Eccleſia Africana, ſicut & Occidens univerſa in fide Trinitatis firma perſtiterit.

p. 934.

p. 941.

p. 940.

§. XXII.

Epiſtola ad Epictetum.

Tom. I. p. 582.

Ad ea tempora, id eſt, ultimos vitæ ejus annos celebris S. Athanaſii epiſtola ad Epictetum referenda eſt, cum in illius initio de Conciliis Galliæ, Hiſpaniæ, & Romæ mentionem faciat, in quibus Ariani, qui ſe ſe adhucdum occultabant, fuerant anathematizati, & Concilii Nicæni auctо-

auctoritas recepta. Corinthi exorta fuerat disputatio de Mysterio Incarnationis. Quidam dicebant, Corpus JEsu Christi consubstantiale esse Verbo, putantes, si aliter doceretur, loco Trinitatis, quaternitatem admitti; inde sequebatur, JEsu Christi corpus ex Maria originem non traxisse, cum æque æternum, ac Divinitas esset, aut Divinitatem Verbi naturam mutasse, & factam esse carnem. Alii in alterum extremum incidebant, dicentes, JEsum Christum esse hominem adoptatum, ut esset Filius Dei, & ex consequenti aliis Prophetis similem; Verbum Dei aliud esse, quam Christum, Mariæ Filium, qui passus fuerat. Qui his super quæstionibus disputabant, erant Discipuli Apollinaris, ipse autem ut errorum istorum auctor necdum noscebatur. Cum isti errores multum Ecclesiam turbarent, necesse fuit Concilium agere, quorum Patres tandem omnes in hoc consenserunt, ut sola fides Catholica teneretur. Acta Concilii fuere descripta, eaque Epictetus Corinthi Episcopus, qui Concilio interfuerat, ad S. Athanasium submisit.

Sæculum IV. A. C. 370.

p. 588.

p. 591. *Epiph. hær.* 77. *Demærit. c.* 2.

S. Athanasius has propositiones sine horrore legere non potuit, quas ut in sua Epistola ad Epictetum refutaret, earum auctores hortatur, ut Concilio Nicæno se subjiciant, huic enim obedire necessarium esse, si Filii Ecclesiæ audire vel-

p. 584.

Sæculum IV. A. C. 370.

vellent. *Concilium*, inquit: *non decla-ravit, JEsu Christi Corpus, sed ipsum Dei Filium esse Patri consubstantialem. Corpus ex Maria dixit fuisse desumptum. Sane! si Verbum est consubstantiale cor-pori, ex terra producto, & idem Verbum est consubstantiale Patri, Pater consubstan-tialis erit corpori, ex terra formato; quo jure deinde vos damnabitis Arianos, qui Filium Creaturam dicant, cum vos Pa-trem dicatis consubstantialem creaturis? Si corpus ante Mariam æternum exstitit, sicut Verbum, quid profuit Verbum advenisse? an illud volebat assumere, quod ipsi erat con-substantiale? an seipsum pro seipso in Sacri-ficium offerre, seipsum redimere volebat.*

Ulterius per Scripturam demonstrat,

p. 585.

JEsum Christum sumpsisse corpus, nostro simile, ex Sanguine Abrahæ, & Substan-tia Mariæ, quæ ipsum vere genuit, & suis uberibus lactavit. Hoc corpus sustinuit circumcisionem, famem, sitim, laborem, & denique Crucem, dum econtra Ver-bum est impassibile. Hoc Corpus in se-pulchro erat, dum interim Verbum, cor-pus non relinquens, descendit ad inferos, quia Corpus non erat Verbum, sed Cor-pus Verbi, quod sibi corporis sui dolores attribuit, ut Divinitatis ejus possemus esse participes. Hæc omnia non fuere fictio, & vana Species, sed veritas, & res ipsa, alias salus hominum, & Resur-rectio

Epistola ad Epictetum.

rectio tantum fictio essent, & illusio sicut Manes docuit. JEsus Christus post suam Resurrectionem dixit: *palpate, & videte! quia Spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Non dicit: sum caro, & ossa, sed habeo. Quando S. Joannes dicit, Verbum factum fuisse carnem, eo modo dicit, quo S. Paulus, quod JEsus Christus factus fuerit maledictio, non ita, ut ipse ipsa maledictio factus sit, sed quia maledictionem in se suscepit. Cœterum neutiquam timendum, ne JEsu Christi Corpus, quod sit alterius naturæ, quam Verbum, loco Trinitatis quaternitatem efficiat; creatura Deo æquari non potest, nec Divinitas additionem recipit. Incarnatio nihil Verbo addidit, sola caro per conjunctionem cum Verbo dotes infinitas accepit.

Sæculum IV. A. C. 370.

Luc. 24, 39.

Joan. 1.

Gal. 2. 13.

p. 89.

Illos vero, qui dicebant, Filium Mariæ non esse Christum, Dominum, & Deum, S. Athanasius interrogat; *quare ergo jam in sua nativitate vocetur Emmanuel, id est, nobiscum Deus? quomodo eum S. Paulus dicit, esse Deum Benedictum in Sæcula? quare S. Thomas, dum vidit, exclamavit: Dominus meus! & Deus meus! si Verbum Dei Filio Mariæ aliunde advenit, sicut aliis Prophetis, quare ipse solus natus est ex Virgine, & non ex viro, & fœmina sicut alii Sancti? quare de ipso solo dictum est, quod sit pro nobis mortuus?*

Rom. 9. 5.

Jo. 20, 28.

590.

Sæculum IV. A. C. 370.

tuus? de ipso solo, quod venerit in fi
Sæculorum? quare solus jam resurrexit
de aliis dicitur, quod Verbum Dei ad ipso
directum sit, de ipso solo, quod Verbum
Mar. 9. 6. *Caro factum. Ipsum Pater in Jordane*
& in monte ostendit, dicens: hic est Filius
meus dilectus. Hunc Ariani negarunt,
nos vero agnoscimus, & adoramus; non
separamus Filium a Verbo, quia scimus
quod ipsum Verbum sit Filius, per quem
omnia facta sunt, & qui nos redemit. Et
p. 591. paulo inferius ait: *rogo te, & omnes*
qui hunc sermonem audient, ut boni con-
sulatis, si usquam Doctrina deficiat, cor-
rigite, & docete me; si tantam materiam
ea, qua par est, Dignitate, & perfectione
non tractavi, styli mei tenuitatem excu-
te. Hac moderatione de suis scriptis pr
dicabat Athanasius, Theologus ævi su
omnium doctissimus.

§. XXIII.

Aliæ S. Athanasii Epistolæ.

To. 2. p. 35. Sanctus Athanasius epistolam quoque de-
dit ad Abbatem Ammonium, aliquo-
rum Monasteriorum Patrem, ut ridicu-
lam superstitionem reprobaret quorun-
dam Monachorum, credentium, se ex-
crementis, & naturalibus evacuationibus
inquinari, cum illum Evangelii textum
Marc. 7. 15. nimis ruditer acciperent; non quod in-
trat in hominem coinquinat hominem,
sed

sed quod egreditur. *Attendendum est*, inquit S. Athanasius: *unde exeat, quod inquinat hominem, nempe non ex corpore, sed ex corde, quod malarum cogitationum, & peccatorum sedes est.* Tum docte ostendit, totum opus Dei bonum esse, & purum, omnes naturales corporis functiones innoxias esse, & utiles, & solum earum abusum causam esse, quod quandoque fiant peccaminosæ; sicut homicidium crimen est, quamvis licitum sit, & laudabile in bello justo inimicos occidere. Sæculum IV. A. C. 370.

In Pentapoli, & finibus Lybiæ duo oppida erant, Palebiscus, & Hydrax dicta, quæ semper ad Diœcesin Erythrensem pertinuerant, nec erant satis ampla, ut proprium haberent Episcopum. Verum tamen cum Erytra ab his oppidis multum distaret, & Orion Episcopus Erythrensis senex esset patientissimus, incolæ, non exspectata ejus morte, Episcopum sibi constituere voluerunt, qui eos ab hostibus tueretur, & rerum eorum temporalium curam gereret. Forte quidam ab exercitu miles nomine Siderius ad eos venit, ut e fundis, sibi a Principe concessis fructus perciperet; erat is juvenis robustus, rebus gerendis natus, atque aptissimus, qui inimicis timorem incuteret, amicis auxilium ferret. Palebisci cives neminem alium utiliorem sibi fore credebant, *Synes. ep. 67. p. 209. 210.*

Sæculum IV. A. C. 370.

debant, eo magis, quod ſtrenuo, & pr dente viro opus eſſet, qui dominanti h reſi forte pectus opponeret; ergo Sid rium in Epiſcopum ſibi deligunt, & uno ſolo Epiſcopo, Philone Cyrenen ordinari procurant.

Huic Ordinationi omnes Canon adverſabantur, nam Alexandriæ ordin debuerat, aut in ſuo Epiſcopatu a trib Epiſcopis, licentia ab Epiſcopo Alexand no obtenta; at tempore perſecutionis rigore canonum non nihil remitti opp tebat; hinc S. Athanaſius, tempori dens, indulſit, ut novus iſte Epiſcop Palebiſci eſſet; imo, cum ad majora i neum judicaret, haud multo poſt temp re ipſum Ptolemaidem, Provinciæ M tropolim, transtulit, ut ibi Doctrinam C tholicam defenderet, quæ ex eo temp re, quo Secundus, primorum Arianor unus, illam Cathedram tenuerat, fer extincta languebat. Siderius, poſtqua ad annos Senectutis pervenit, relicta P lemaide, Pabeliſcum rediit, ubi, ſicut n li ante ſe Epiſcopo ſucceſſerat, ita eti Succeſſorem non habuit.

S. Athanaſii Epiſtolæ.

Econtra S. Athanaſius toto pœnar Eccleſiaſticarum rigore uſus eſt in Ly Præfectum, virum barbarum, crudele & impudicum. Hunc S. Athanaſius communicavit, & hanc excommuni tionem aliis Epiſcopis, præſertim S. B

ep. 47.

lio per litteras notam fecit, ut omnes ejus communionem fugerent. Respondit S. Basilius, se hujus viri excommunicationem in sua Ecclesia publicasse, jamque miserum hominem omnibus Fidelibus execrationi fore, nec quemquam cum eo vel foci, vel aquæ, vel mensæ, commercium habiturum. Subjungit, se hanc condemnationem omnibus Præfecti domesticis, amicis, & hospitibus indicasse, ex quo credere oportet, ipsi patriam fuisse Cappadociam. Ex his dispicitur, quales jam illo tempore excommunicationis effectus, etiam in vita civili, fuerint. Sæculum IV. A. C. 370.

S. Athanasii duas etiam habemus epistolas, quibus S. Basilium excusat. Primam dedit ad duos Presbyteros Joannem, & Antiochum, in quibus eum verum Dei Servum appellat; alteram ad Presbyterum nomine Palladium, in qua S. Athanasius loquitur in hunc modum: *Quantum spectat ad illud, quod mihi significasti, fratri nostro Basilio Monachos Cæsarienses adversari, causam forte haberent, si ejus Doctrina posset esse suspecta, at certissime sciunt, sicut & nos omnes, ipsum esse Ecclesiæ gloriam, & pro veritate depugnare; absit ergo, ut ipsum impugnent, sed potius bona ejus voluntas laudanda; nam quantum ex referente Dianeo intelligo, frustra affliguntur, & ego quidem nullus* Tom. I. p. 951. p. 952. 1. Cor. 9. 22.

Sæculum IV. A. C. 370.

dubito, quin ſponte cum infirmis infirmetur, ut eos lucri faciat. Deum laudent fratres noſtri, qui Cappadociæ tantum Epiſcopum dedit. Dic eis, quod ego ipſe hæc ſcribam, ut eo, quo par eſt, affectu proſequantur Patrem ſuum, & Eccleſiarum pacem conſervent.

§. XXIV.

S. Baſilii diſcretionem calumniantur.

Baſil. ep. 203. 204.

Illa S. Baſilii facilitas, quam S. Athanaſius quibusdam ſcandalo fuiſſe ait, verosimiliter eſt modus, quo de Divinitate Sancti Spiritus loquebatur; nam contentus erat, ſi Macedoniani, qui Eccleſiæ reconciliari cupiebant, fidem Nicænam confiterentur, & declarent, ſe non credere Spiritum S. eſſe Creaturam, non autem urgebat, ut expreſſe dicerent, eſſe Deum. Ipſe S. Baſilius in Scriptis ſuis, & ſermonibus publicis ab ipſa voce, Deus, abſtinebat, quamvis vocibus æquivalentibus uteretur, atque ejus Divinitatem argumentis invictis probaret; (*) hanc age-

(*) Hæc S. Baſilii agendi ratio non multum abhorret a modo, quo S. Pontifex Honorius Monothelitarum ætate uſus eſt. Certe S. Baſilii moderatio, cum de Spiritus S. Divinitate loqueretur, notatu digna eſt, non minus ac illa conſpiratio cum S. Gregorio Nazianzeno. S. Baſilius clarius verbis

di rationem temporis circumstantiæ postulabant; sciebat hæreticos sub Valentis auctoritate occasioni inhiare, ut Episcopos, qui majori fervore veritatem defendebant, seque omnium primum, e suis Ecclesiis pellerent, atque Ecclesiam Orientis ubique divisionibus, & tumultu turbari, itaque Religioni optime consultum iri existimabat, si pax servaretur, & erga debiliores omni conniventia, quæ salva Religione possibilis esset, uteretur; sperabat vero illos ipsos post unionem majus a Deo lumen per communicationem cum Catholicis, & amicam veritatis disquisitionem accepturos. Ita S. Gregorius amici sui facta defendit, qui & ipse in duabus epistolis ad Presbyteros Tarsenses mentem suam explicat.

Sæculum IV. A. C. 370.

Greg. Naz. or. 20. p. 364.

verbis non edicebat, S. Spiritum esse Deum, at nihilominus id ipsum argumentis solide demonstrabat, & verbis aliis explicabat. Hac innoxia calliditate ideo utendum sibi arbitrabatur, ne, cum esset Episcopus, Hæreticis ansam præberet ipsum deponendi, & sic ipsius Ecclesia Bono Pastore privaretur, econtra S. Gregorius Nazianzenus, qui nulli præerat Ecclesiæ, aperte Deum confitebatur. Ita inter ambos convenerat. Nemo dicat, S. Basilium ignaviter cessisse, nam aliunde constat, qua fortitudine vir fuerit, & quam ab omni ambitu alienus. Hoc etiam Anonymi I. de S. Basilio judicium est.

Sæculum IV. A. C. 370.

Nihilominus in ſcriptis quoque publicis S. Baſilius S. Spiritum Deum dixerat, nempe quando id crediderat profuturum, ſicut expreſſerat in ſua epiſtola ad Eccleſiam Cæſarienſem circa annum 363. ſcripta. Semper etiam idem fatebatur in privatis colloquiis, præſertim cum S. Gregorio Nazianzeno, cui, eodem Gregorio teſte, proteſtatus eſt, velle ſe, ut a Spiritu Sancto deſeratur, niſi eum cum Patre, & Filio conſubſtantialem adoraret. Imo convenerat inter eos, ut, dum Baſilius hac cautione uteretur, Gregorius interim, qui minus perſecutioni erat expoſitus, hanc veritatem palam prædicaret. Cum aliquando S. Gregorius cum quibusdam ſuis, & Baſilii amicis menſæ aſſideret, & ſermo de S. Baſilio incidiſſet, omnibus de eo cum admiratione loquentibus, & ambos amicos laudantibus, ex aſſidentibus quisquam Monachus exclamavit: *adulatores eſtis! omnia, ſi ita vultis in his duobus laudate, pace mea feceritis, at, quod rei caput eſt, nempe fides, in hac materia nec Baſilius, nec Gregorius laude digni ſunt; hanc enim alter ſuis ſermonibus, alter ſilentio prodidit. Unde tu iſta habes*, inquit Gregorius: *vir temerarie!* reſpondit Monachus: *a celebratione feſti Martyris Eupſichii redeo, ibi Magnum Baſilium audivi de Divinitate Patris, & Filii mirifice perorantem, ſed*

epiſt. 203. 204.

ep. 141. p. 934. Greg. or. 20. p. 365.

Greg. ep. 26.

sed ubi rerum ordo poposcisset de Spiritu Sancto dicere, siluit; subjunxitque, Gregorium intuens: *quare tu vero clare Divinitatem Spiritus S. fateris, sicut in illo, cujus recordor, conventu fassus es, Basilius autem obscure, melior Politicus, quam Christianus? hoc ideo fit,* respondit Gregorius: *ego homo sum obscuræ famæ, & paucis notus, hinc sermones mei nullum Ecclesiæ periculum creant; Basilius & sua virtute, & Ecclesiæ suæ splendore fulget, quæcunque dixerit, omnium ore deinde promulgantur. Sunt, qui ei insidias struant; nempe hæretici percuperent eum in verbis capere, ut prensata occasione sua Ecclesia deturbent virum, ferme unicam, quæ nobis supersit, Episcoporum gemmam. Præstat igitur tempestati ad tempus cedere, & Divinitatem Spiritus S. aliis verbis exprimere. Veritas sensu potius, quam vocibus constat.* Quidquid autem S. Gregorius Nazianzenus diceret, tanta in verbis cautio non probabatur. Is deinde hoc colloquium S. Basilio narravit, qui respondit: *si fratribus nostris necdum persuaderi potuit, qualis fides mea sit, non ultra habeo, quod respondeam; nam quomodo per brevem epistolam fidem faciam his, qui tanto tempore, quid credam, non agnoverunt? brevi, Deo dante, calumniæ factis refellentur, hæc jam enim est rerum facies, ut paulo post Ecclesia nostra, & patria pro*

Sæculum IV. A. C. 370.

Basil. ep. 33.

Sæculum IV. A. C. 370.

veritatis defensione ejici speremus; fort etiam bis pejora experiemur; si aute eorum, quæ ominamur, nihil evenerit verumtamen JEsu Christi tribunal no longe aberit.

§. XXV.

Concilium Antiochenum.

Sup. §. 18. Dorothei Diaconi profectio, quem S. Ba filius, communicato cum S. Meleti & S. Athanasio consilio, in Occidente miserat, nullum aliud emolumenti genu tulit, quam Epistolas, quarum Sabinus Ecclesiæ Mediolanensis Diaconus, baju

Bas. ep. 324. lus fuit. Quasdam S. Basilio a S. Va leriano, Episcopo Aquilejensi scriptas red didit. Idem Antiochiam attulit Epistol lam Concilii Romani, quod nonagint

Sup. §. 19. *to.* 2. *Conc. p.* 892. tres Episcopi contra Auxentium egerant huic Epistolæ juncta sunt tria excerpt Decretorum ejusdem Concilii, quæ di dem Trinitatis explicant, id est, divinita tem Verbi contra Arianos, Semi-Arianos & Marcellum Ancyranum; Divinitatem S. Spiritus contra Macedonianos, & fidem Incarnationis contra Apollinarem; nul lus tamen istorum hæreticorum nomine batur. Hæc Epistola recepta, & appro bata est a tota Ecclesia Orientali in Con cilio Antiocheno centum quadraginta sex Episcoporum, qui nomine suo appo sito fidem Concilii Romani confirmarunt.

In

Sæculum IV. A. C. 370.

In fronte S. Meletii nomen apparet, tum S. Eusebii Samosateni, S. Pelagii Laodiceni, Zenonis Tyrienſis, Eulogii Edeſſeni, Bematii Mallenſis in Cilicia, Diodori Tarſenſis; cœteri non nominantur. Huic Concilio Antiocheno bene etiam adſcribitur Epiſtola Epiſcoporum Orientis ad Epiſcopos Italiæ, & Galliæ, quæ inter Epiſtolas S. Baſilii reperitur, haud dubie quod ipſe compoſuerit, & præfert nomina Meletii, Euſebii, Baſilii, Baſſi, Gregorii, Pelagii & multorum aliorum numero triginta duorum, additurque in fine: & cœteri; quod indicat, frequentiſſimum fuiſſe Concilium; hæc Epiſtola Sabino Diacono commiſſa eſt, juſſeruntque Epiſcopi Orientales, ut ipſe oretenus, quanta mala paterentur, exactius narraret, quæ ipſi in hac Epiſtola deſcribunt in hunc modum: *Non hic agitur de una, vel duabus Eccleſiis; hæreſis ferme ab Illyricis finibus usque in Thebaiden pervaſit. Sana Doctrina jacet, Eccleſiæ leges aut ſpernuntur, aut ignorantur. Qui cæteris ambitioſiores ſunt, in primas Sedes involant, ſic primæ Eccleſiæ Dignitates fiunt impiorum præmia. Gravitas Sacerdotalis evanuit, nullos jam Paſtores invenire eſt, qui ſciant, quæ ſui officii ſint; bona pauperum aut in ſuos uſus convertunt, aut in clientes liberaliter ſpargunt. Rigore canonum oblivione ſepulto magna eſt peccandi*

Valeſ. ad Theod. l. 5. c. 3. p. 41.

Baſ. ep. 69.

Sæculum IV. A. C. 370.

candi licentia; nam qui ſuam auctoritatem hominum favori in acceptis referunt, ne ingrato animo eſſe dicantur, omnia peccatoribus indulgent. Ita nemo eſt, qui populos increpet, Paſtoribus os aperire non audentibus, cum ſint eorum, qui ſe evexerunt, mancipia. Jam fides Catholica pro pallio obtenditur, quo inimicitiæ privatorum tegantur; ſunt, qui, ſi timeant, ne pudendorum criminum convincantur, tumultum excitant in populo, ut in eo lateant, bellumque optant, & fovent perpetuum, ne, redeunte pace, factorum ſuorum fœditas detegatur. In tantis malis rudent Infideles, Chriſtiani puſillanimes vacillant, dubia redditur fides, intellectum ignorantia obfuſcat. Probi omnes tacere coguntur, impiis liberrime blaſphemantibus. Profanata ſunt Sanctuaria, Catholici populi orationis domos devitant, tanquam impietatis Gymnaſia, & in loca deſerta exeunt, ubi cum lacrymis, & ſuſpiriis manus ad cœlum tendunt. Fama terrarum, quæ in plerisque locis facta ſunt, vereque ad vos pervenit, ſcitis viros, mulieres, infantes, & ſenes extra urbes effundi, & ſub Cælo orationem celebrare, aeris injurias patientiſſime tolerantes. Ulterius in hac Epiſtola Patres Antiocheni obteſtantur Occidentales, & efflictim rogant, ut celeriter ſubveniant, & Legationem mittant, magno virorum numero conſtantem,

stantem, quæ quasi Concilii auctoritate polleat. Tunc etiam discordiam memorant, quæ ipsos Catholicos dividebat, nempe schisma Antiochenum, & approbando Epistolam Synodalem Occidentalium finiunt. Sæculum IV. A. C. 370.

S. Basilius litteras quoque per Diaconum Sabinum ad Episcopos Illyrici, Italiæ, & Galliæ misit, & ad quosdam alios, qui sibi privatim scripserant, nominatim ad Valerianum Illyricum, seu potius Aquilejensem. Gratulatur ei, sicut & aliis, quod in Occidente una omnium esset fides, dicitque, oportere, ut per Occidentales fides in Oriente renovetur, ut pro accepto Beneficio vices reddant. (*) *Bas. ep. 324.*

§. XXVI.

Persecutio Antiochiæ.

Tristis imago Orientalis Ecclesiæ, quæ in his Epistolis exhibetur, erat verissima, & magna vis Persecutionis, maxime postquam Imperator Valens circa mensem Junium anno 370. Antiochiam veniisset; ita nempe juramento stabat, quod, cum baptizaretur, in Eudoxii manus præstiterat. S. Meletius, Catholicorum Caput, jam tertio in Armeniam, Patriam *Socr. IV. 17. Greg. Nyss. in Melet. p. 1023. Theod. IV. c. 13.*

(*) Ubi illa ætate, in qua Regione, in quo orbis angulo fides, & Ecclesia Lutheranorum delitescebat?

Sæculum IV. A. C. 370.

triam ſuam, relegatus eſt; ibi commoratus eſt in prædio ſuo, quod Gethaſus dicebatur, prope Nicopolim in finibus Cappadociæ ſito; hinc inter ipſum, & S. Baſilium non infrequentis commercii occaſio. Paulino alteri Antiochiæ Catholicorum Epiſcopo pepercerunt, ſive virtutem ejus reveriti, ſive fidelium, eum ſequentium, paucitas extra curam fuit. At Chriſtiani, qui S. Meletio adhæſerant, ſine Paſtoribus non fuerunt, Flavianus, & Diodorus Presbyteri hujus gregis curam in ſe ſuſceperunt, illi ipſi, qui adhucdum Laici ei ſub regno Conſtantii adſtiterant. Flavianus, ſequenti tempore Epiſcopus Antiochenus, necdum pro Concione dicebat, ſed aliis perorantibus materiam, & argumenta ſuppeditabat. Diodorus poſtea Epiſcopus Tarſenſis fuit, jam ex tunc S. Baſilio, S. Athanaſio, Petro, & Timotheo ſucceſſoribus ejus amicitia junctus. Joannes quoque, & Stephanus in cuſtodiendo S. Meletii grege laborarunt, qui utrumque poſtmodum Epiſcopos conſtituit, Joannem Apamienſem, & Stephanum Germanicienſem. Catholici, qui cum S. Meletio communicaverant, ſuis Eccleſiis, nempe Palea, & alia nova, ſibi ab Imperatore Joviano conceſſa, depulſi, ad pedem montis, civitati Antiochenæ proximi, conveniebant; ubi erant cavernæ, in quibus S. Paulus ſe aliquan-

Baſil. ep. 187 *p.* 368.

Socr. IV. c. 2.

Soz. V. c. 7.

Sup. l. XII. §. 46.

Baſil. ep. 177. 197. *Facund. l.* 4. *c.* 2. *Theod. IV. c.* 25. *Id. Philoſt. c.* 2. *p.* 780. *&c. c.* 8. *p.* 815.

liquando occultasse ferebatur; in illis Dei laudes cantabant, & verbum ejus auscultabant, hiemali tempore pluviis, & nivibus, æstivo solis ardoribus vexati. Illuc quoque milites immissi sunt, qui eos effugarent; tunc in ripis fluvii Orontis congregabantur, unde iterum abacti, in exercitiorum campum migrarunt, quare ab illis, qui de communione Paulini erant, campenses dicti sunt; at hoc etiam loco tertio depulsi sunt. Interim Valens Imperator multos eorum tormentis subjecit, multos diverso mortis genere, plurimos vero in Orontem projectos, sustulit.

Sæculum IV. A. C. 370.

Hier. ep. 57. Damaso.

Socr. IV. c. 17.

§. XXVII.

S. Aphraates.

Palatium Regium Antiochiæ in ripa Orontis stabat, & via publica, quæ in campos ducebat, erat intermedia. Quadam die Valens ex superiore porticu prospiciens, vidit senem, vili palliolo tectum, & quamvis senio tardaretur, passus, quantum posset, urgentem; qui stabant proximi, Imperatori dicunt, esse Monachum Aphraatem, quem hujus urbis populus mira veneratione colebat; is, relicta solitudine, prodierat, ut periclitanti Ecclesiæ succurreret, quamvis esset simplex Laicus, & tunc quidem in illum locum, ubi

Theod. IV. hist. c. 26. Id. Philost. c. 8.

Sæculum IV. A. C. 370.

ubi Catholici conveniebant, se confer festinabat. *Quo vadis?* inquit Imper tor: respondit Aphraates: *Vado oran ut prospere regnes. Te vero*, repos Valens: *in tua cella manere oportebat & , sicut regula monastica præcipit, s creto orare.* Aphraates: *Optime dici Domine! in cella me manere oportuit, & mansi etiam, quamdiu oves Domini i pace secura fuere, nunc autem, cum salu te periclitentur, nihil intentatum relin quendum est, ut salventur. Edic! D mine! si puella essem, in domo Patris m inclusa, & viderem paternas ædes flam mis corripi, quid mihi faciendum esset, quiete sedere liceret, & nihil ad resti guendum ignem moliri? Imo e thalam prosiliendum esset, currendum, & quocun que necessitas peteret, aqua inferenda. I dem ego jam facio; tu! in domum P tris nostri ignem injecisti, & nos accu rimus, ut extinguamus.* Ita Aphraate locutus est. Imperator tacuit, sed qui dam de ejus familia Evnuchus ex port cu convicia sancto Seni dixit, morte minitatus. Pauco post tempore ide Evnuchus exploratum ivit, an balneum quod Imperatori parabatur, satis esse calidum, atque vertigine actus in calid rium lapsus est; ita, nemine, qui adj varet, præsente, interiit. Misit Imper tor alium Evnuchum, qui eum vocare

ivit ille, rediitque, dicens, neminem se in quoquam cubiculo vidisse; decurrunt plures, tandemque diu quærendo, postquam omnia labra inspexissent, miserum inveniunt, toto corpore jacentem, & extinctum. Hujus mortis fama illico per urbem dispersa, omnesque Deum Aphraatis laudabant. Hoc fato perterritus Imperator virum, ut apud se constituerat, non est ausus in exilium mittere, ideo tamen alios Catholicos persequi non destitit. Sæculum IV. A. C. 370.

S. Aphraates erat natione Persa, illustri familia ortus. Christiana Religione susceptа, patriam reliquit, venitque Edessam, seque ædiculæ, quam extra urbem invenit, includens, ibi pietatis exercitiis vacavit. Inde Antiochiam transiit, jam tunc ab hæreticis agitatam, nempe sub Constantio, & in Monasterium extra urbem secessit. Linguam græcam ex parte didicit, & tamen pronuntiatione sua semi-barbara, cum vix, quid vellet, enuntiaret, majorem persuadendi vim possidebat, quam omnes Sophistæ, ob artem suam bene dicendi superbia inflati. Omnes hominum ordines, ad se trahebat, Magistratus, artifices, milites, ignorantes, doctos; hi silentio loquentem auscultabant, alii quærendo bonam Doctrinam eliciebant. Quamvis ita bono communi laboraret, nunquam

Sæculum IV. A. C. 370.

tamen passus est quemquam sibi famu-
lari, nec a quoquam mercedem accepi-
excepto pane, quem ei amicorum unus
subministrabat; cum ad ultimam sen-
ctutem deveniisset, pani aliqua olera ad-
junxit, nunquam ante solis occasum co-
medere solitus. Hæc fuit vita magi-
Aphraatis, qui tunc venerat, ut Religio-
ni succurreret; plura exinde alia edita
miracula; Theodoretus, qui hæc testa-
facit, S. Senem viderat, ejusque Bened-
ctionem adhuc puer acceperat.

§. XXVIII.

S. Julianus Sabbas.

Theod. Philoth. c. 2. p. 780. Sup. l. XV. §. 48.

Tum hæretici rumorem in vulgus spar-
serunt, magnum Julianum ad suam
communionem transiisse, celebrem illum
ascetam ex Osroene, cui obitus Imper-
toris Juliani fuerat revelatus. Sabba
vocabatur, id est, Syriace cano capite
seu senex. Ut tantam calumniam dilu-
rent, Flavianus, Diodorus, & Aphra-
tes Acacium adierunt, post hæc Episco-
pum Bereensem, qui vitæ Monasticæ Ma-
gistrum habuerat Asterium, Juliani Sabbæ
Discipulum; Acacio persuaserunt, ut cum
Asterio ad S. Senem iret, & ad ferendum
Ecclesiæ auxilium adduceret. Ubi ad
Julianum pervenerunt, eum Asterius sic
locutus est in hunc modum: *Edisser-*
Pater mi! quare tantos labores jucun-
susti-

sustines? Respondit Julianus: *Quia servitus Dei corpore meo, & vita mea mihi charior est.* Ad hoc Acacius: *Ego aperiam tibi modum optimum, quo hodie Deo servire te oporteat. Quando Dominus S. Petrum docere voluit, qua potissimum ratione ostenderet, se Deum plus aliis amare, ait: Si diligis me, pasce oves meas! idem jam tibi faciendum est, Pater mi! periclitantur oves, jam tacere, veritatem prodere, esset. Ariani nomine tuo, tanquam hamo, utuntur, ut simplices animas decipiant, jactant se, quod tuam Communionem habeant.* Sæculum IV. A. C. 370. Joan. 21. 17.

His auditis, S. Senex quamprimum viam Antiochiam ingressus est, dilecta solitudine ad tempus valere jussa. Duos, vel tres dies per desertum profectus, vespere ad oppidum pervenit, ubi mulier quædam dives, pedibus ejus accidens, ut cum sanctis suis comitibus in suam domum diverteret, rogavit. Annuit Julianus, quamvis ab annis quadraginta fœminam non vidisset; dum vero ista hospitum ministerio intenta est, nocturno tempore filius ejus unicus, septennis in puteum cecidit. Exclamant, lamentantur domestici, res ad aures matris defertur; illa omnibus silentium, & quietem imperat, contegit os putei, & ad inserviendum hospitibus redit. His mensæ assidentibus, S. Senex jubet, ut

Sæculum IV. A. C. 370.

accenseretur puer, cui vellet Benedictionem impertiri; dixit mater, puerum agrotare, sed institit Sanctus, rogavitque ut adduceretur; tandem illa, quid accidisset, edicit; consurgit illico Julianus & ad puteum festinat, jubet os aperiri, afferri lumen, tum videt infantem in superficie aquæ sedentem, & manu plaudere ludibundum. Virum, ligatum funibus, in puteum demittunt, qui puerum eduxit. Is ad pedes S. Senis accurrens ait, se eum ipsum vidisse, quod se supra aquam, ne submergeretur, sustinuisset.

Ubi S. Julianus Antiochiam attigit, undique populus confluebat, ut Virum sanctum videret, & a variis morbis sanaretur. Ad radices montis divertit in cavernas, in quibus olim S. Paulus latuisse dicebatur, sed ibi ipsemet violenta febre tentatus est; ideo Acacius angebatur, ne mens, ne, qui turmatim adveniebant, spe recuperandæ sanitatis, inde scandalizarentur. Ad eum Julianus: *Bono sis animo! si bona valetudo mihi necessaria, illico reddet mihi illam Deus.* Tum orationem se dat, ut solebat, in genua demissus, fronte terram tangens, & rogat Deum, ut sanitati se restitueret, si ita fidelium sibi assistentium utilitas poscere. necdum orationem compleverat, cum copiosus sudor subito ex ejus corpore erumpens, a febri liberavit. Tunc etiam omnes

S. Julianus Sabbas.

omnis generis languidos sanavit. Ad conventum Catholicorum iturus, ante portam Palatii transibat, ibi mendicus in scabello suo reptans, nam pedibus captus erat, manum extendit, & pallio S. Senis admovit; statim sanatus exsiliit, & firmis pedibus cucurrit; ad hoc prodigium totius civitatis populus confluxit, campus militaris vix multitudinem capiebat, frendentibus præ pudore hæreticis. S. Julianus, pluribus aliis infirmis, qui eum in domos suas pertraxerant, atque inter illos Comite Orientis, sanatis, viam in suam cellam relegit. Sæculum IV. A. C. 370.

Per urbem Cyrum, duorum dierum itinere Antiochia distantem, pergens S. Senex, in Ecclesia cujusdam Martyris substitit; ibi illius urbis Catholici congregati, rogarunt Julianum, ut se liberaret a Sophista Asterio, quem hæretici Episcopum constituerant, & ad seducendos simpliciorum animos illuc miserant. *Spem bonam concipite!* reposuit S. Senex: *Deum nobiscum orate, orationi jejunium, & castigationem corporis jungite.* (*) Cum id feciſſent, Sophistam Asterium, pridie illius festi, quo dicturus erat ad populum, morbus corripuit, eumque

(*) Jejunium, & Castigationem Corporis, verba ipsi invidiosa, Protestans noster sua pag. 284. omisit. Duos alios errores prætereo.

Sæculum IV. A. C. 370.

que una die e vivorum numero sustulit. Theodoretus, qui hæc prodigia narrat, ex Acacio illius Sancti Discipulo didicerat. S. Basilius hac occasione Ecclesiam Antiochenam datis litteris, amorem te nerrimum spirantibus, solatus est.

Basil. ep. 60.

§. XXIX.

Magorum cædes.

Theod. IV. c. 14.

Illo igitur tempore, quo Imperator Valens solos Catholicos premebat, omnibus aliis, nempe hæreticis, Judæis, & ipsis Gentilibus liberam Religioni suæ vacandi facultatem relinquebat. Quisque

Id. V. hist. c. 21.

sua Sacra secure peragebat, quæ Julianus reduxerat, & Jovianus prohibuerat. Quamdiu Valens regnabat, ignes in ara ardebant, Idolis libamina, & victimæ offerebantur, festa publice in foris celebrabantur, sua sacra Cereri erant, & Jovi. In Bachi orgiis viri, fæminæque circum cursabant furiis actæ, pellibus caprinis tectæ, canes manibus discerpentes, & in detestabilem licentiam, cui illa Sacra peragentes adsueverant, effusæ. Tandem aliquando etiam in Gentilium capita saeva Valentis ira fulmina intorsit, cujus rei occasionem hoc modo natam ferunt.

Am. XXIV. c. 2. Soz. 4. p. 743.

Cum Valens Antiochiæ moraretur, viri duo, qui harioli credebantur, Hilarius, & Patricius, apud eum deferuntur,

tur, quod operam suam locassent, ad scrutandum, quis post Valentem regnaturus esset? ambo comprehensi sunt, & equuleo impositi; Hilarius dixit sequentia: *ex ramis laureis hanc mensam tripedem confecimus, quæ nobis exhibetur, ad imitationem Tripodis Delphici; longis cæremoniis, & arcanis carminibus consecratam, in medio domus, diffusis per omnes angulos odoribus purificatæ, posuimus; mensæ imposita est pelvis figuræ rotundæ, & ex varii generis metallis fusæ, cujus oræ viginti quatuor Græci Alphabeti litteras, certa mensura distantes inciderant. Accessit homo lineis vestibus, & calceis indutus, fascia caput circumdabat, ipse vero portabat verbenam. Postquam quibusdam canticis Deum oraculorum Præsidem, nempe Phœbum, invocasset, annulum libravit a parvulis sipariis filo levissimo dependentem, qui prius illius artis mysteriis fuerat præparatus. Quæsivimus, cui post hunc, qui modo regnaret, Imperium fata destinassent? quippe vir summus esse ferebatur. Atque annulus supra oram pelvis saltitans, duas syllabas* THEOD *designavit, dum in quatuor litteris græcis Theta, Epsilon, Omicron, & Delta substitit. Tunc adstantium aliquis exclamat, Deos Romanum Imperium Theodoro daturos. Non ulterius investigatum, omnibus enim constabat, hunc ipsum exoptari.* Hæc fuit Hilarii confessio.

Sæculum IV. A. C. 370.

Sæculum IV. A. C. 370.

Theodorus hic erat Imperatori secundus ab epistolis, quod munus tunc inter præcipuas Dignitates habebatur: eximia vir specie, artibus liberalibus instructus, atque Imperatori liberrime loqui solitus, cæterum vero Gentilis, hinc ut ipse rerum potiretur, Philosophi, & Pagani summis votis expetebant, quod Christianos jam jam omnia capere indignarentur. Itaque non est obstupescendi causa, si annulus magicus, quem perita manus rexerit, primas nominis ejus litteras indicavit. Valens Imperator, sua indole ferox, detecta conjuratione, summo furore exarsit, nec ullum vindictæ modum tenuit. Conscii omnes, imo & in quos facinoris suspicio cadere potuit, alios, magorum pœna, id est, flammis, alios ferro necavit, ita ut urbis Antiochia sanguine redundaret. In Philosophos, tanquam Magiæ reos inquisitum; delatus est Maximus, quod hujus operationis Magicæ conscius fuisset, & truculentas cædes vaticinatus esset, quibus peractis Valens insolenti mortis genere periret. Itaque primum Antiochiam adducitur, deinde remissus in Asiam, jussu Festi Præfecti capite truncatur. Hic fuit exitus Philosophi Maximi, quo potissimum Auctore Imperator Julianus relictis Christianis Sacris ad Idololatriam defecerat. Tantus tunc terror Philo-

Chrys. ad Jun. vid. Soz. VI. c. 35.

Eunap. in Max. pag. 104.

Philosophos invasit, ut jam nemo hoc vitæ genus profiteri, aut vestem gerere auderet; non nulli quoque privati pallia fimbriata abjecerunt, quod ab eorum palliis non abhorrerent. Tunc etiam in libros de Magia tractantes inquisitum, satis magni librorum acervi combusti, inter quos etiam multi confusi, qui de litteris humanis, aut jurisprudentia scripti erant. Denique Valens Imperator eo usque malis suspicionibus actus est, ut spectatissimos viros crudeliter neci daret, quorum nomina fatalibus Syllabis, Theod, incipiebantur, nempe Theodoros, Theodosios, Theodotos, Theodulos, aliosque, quorum nomina cum prædictis funestam affinitatem haberent; hos inter sublatus est Theodosius, seu Theodosiolus Theodosii Imperatoris, qui tamen re ipsa Valenti successit, Parens. (*) Multi mortis metu nomen mutarunt.

Sæculum IV. A. C. 370.

Soz. VI. c. 35.

Socr. IV. c. 19.

Circa idem tempus Magi Romæ etiam perquirebantur. Plures hujus criminis anno 370. insimulati, & inter alios celeberrimus Aruspex, nomine Amantius. Non nulli etiam Senatores his ac-

(*) Anonymus I. hic bene notat, huic narrationi contrarium esse, quod Fleurius Lib. XVII. Num. XLIII. refert. Verosimilius est, hunc Theodosiolum alium fuisse a Theodosii Imperatoris Parente.

Sæculum IV. A. C. 370.

cusationibus impliciti. Imperator Valentinianus, qui tunc Treviris degebat, bellum in Germanos movens, cum ejus hac super re mandatum exposceretur, ut

Hier. Chron. an. 371. Am. XXVIII. c. 1. p. 512. lib. 10. Th. de malef.

Magos quidem via juris procedi jussit, eo autem mentem suam aperuit, quod artem auspicandi penitus sublatum nolit, sed cuilibet licitum esse vellet, in Majorum suorum Religioni perseverare, quod initio sui Imperii edixerat. Sacrificiis paganis jura sua, & exemptiones, etiam in Galliis, ubi ipse erat, salvas esse volui, sicut ex tenore duarum legum annis 371 & 372. latarum apparet. Romæ aram Victoriæ toleravit, quam, a Constantio ablatam, verosimile est Julianum restituisse. Tandem Valentinianus legem de Comicis tulit, quæ hominem in causa Religionis tepidum prodebat. Quia hujus professionis homines ad Baptismum non admittebantur, nisi Theatro renuntiassent, Valentinianus jubet equidem, ne si baptizati fuerint, ad ludos scenicos revertí cogerentur, interim tamen mandat, ut, si periculo mortis expositi baptismum peterent, res Senatoribus denuntietur, qui ad ægrotum mitterent, & in periculi veritatem inquirerent. Nempe Idololatræ timebant, ne, si omnes Mimi Christianam Religionem susciperent, ipsi hujusmodi oblectamentis penitus fraudarentur. Hæc lex 11. Febr. anno 371. data

Cædes Magorum.

Sup. §. 1.

L. 75. l. 77. Theod. de decur. lib. 12. Symm. X. epist. 54.

Sup. XIII. §. 44. L. 1. Cod. Theod. de scen. l. 15.

Itaque

Itaque duo Imperatores exercitium Idolatriæ in Oriente, & in Occidente tolerabant. Sæculum IV. A. C. 370.

§. XXX.

Ordinatio S. Martini.

Eo potentius in Galliis Idololatriam expugnabat S. Martinus. Sede Turonensi vacante ob viri virtutem, & miraculorum claritatem in Episcopum exoptabatur; sed cum scirent, difficillime ex suo Monasterio protrahi posse, quidam civium, Ruricius nomine, fingens, uxorem suam cum morte luctantem, & genibus ejus affusus, obtinuit, ut exiret; egressum civium turbæ, quæ in insidiis steterant, in via occupant, & in civitatem Turonensem deducunt; quo non ex illa tantum Regione, sed ex finitimis quoque urbibus innumerabilis multitudo populi confluxerat, ut ipsius Electioni adessent. Omnes Episcopatu dignissimum censebant, si parvum numerum adversantium, etiam quorumdam Episcoporum excipias; dicebant enim, hominem esse oris propemodum contemnendi, capillis impexis, vestitu sordido; populus vero talia objicientes ridebat, atque ea ipsa in Martini laudem cedere existimabant. Populi opinionem inexspectatus casus firmavit; cum is, quem ea die Lectoris officio fungi oportebat, per confertos *Sev. Sulp. c. 7.*

Sæculum IV. A. C. 370.

fertos populi globos penetrare non posset, proximorum quisquam, arrepto Psalterio, occurrentem primo versum legit, eratque ille ex psalmo octavo: *ex ore infantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum, & defensorem*; nam tunc vox defensor legebatur, cum hodie legatur: inimicum, & ultorem. Is autem, qui Electioni S. Martini maxime adversabatur, erat quidam Episcopus, nomine Defensor; credidit omnis populus, ipsum per hæc verba fuisse denotatum, &, Deo ita disponente, hunc textum lectori primo factum fuisse obvium, ut Dei voluntas agnosceretur. Exoritur applausus, quo viri Sancti Adversarii non parum confusi.

S. Martinus.

S. Martinus eandem quam prius Episcopatu susceptо, vitæ rationem tenens, corde humilis, vestitu pauper, maxima nihilominus apud omnes auctoritate vigebat. Postquam aliquamdiu in cellula prope Eccleſiam habitasset, tumultum ob populi ad se venientis frequentiam non ferens, Monasterium sibi condidit extra civitatem duobus fere milliariis distans, quod hodieque subsistens, Majus-Monasterium dicitur; tunc temporis locus erat desertus hinc præalta, & abrupta rupe, illinc Ligeri amne incluſus, qui non nisi per angustum calem adiri poterat; ibi cellulam ex ligno

Sæculum IV. A. C. 370.

ſtructam habebat S. Epiſcopus, pluresque alii fratres; plerique vero eorum in foveis, quas exciſa rupe ſibi paraverant, habitabant, atque una earum noſtris temporibus oſtenditur, quam, S. Martinum incoluiſſe, ferunt. Octoginta circiter Diſcipulos numerabat, nullus quidquam ſibi proprium poſſidebat, nulli res vendere, aut emere licebat, quod plerique alii Monachi faciebant. Nullum erat opus manuum præter librorum deſcriptionem, cui tantum juniores applicabantur. Seniores orationi vacabant. Raro e cellis egrediebantur, niſi ut in oratorio congregarentur. Omnes ſimul manducabant poſt tempus jejunii, id eſt, veſpere. Vinum non bibebant, niſi gravi infirmitate preſſi. Plerique tunica e pilis camelorum ruditer textis tegebantur, crimen erat delicatius veſtiri, quamvis inter eos invenire eſſet nobili genere ortos, & tenere educatos. Plures ex iis ſequenti tempore ad Epiſcopatum aſſumpti; nulla enim erat Eccleſia, quæ non Paſtorem in Monaſterio S. Martini formatum cuperet.

Non multo poſt ſuam ordinationem tempore S. Martinus negotii cauſa ad aulam Imperatoris Valentiniani, qui plerumque in Galliis morabatur, profectus eſt. Imperator præſcius, S. Martinum venire, ut peteret, quod ipſe non conceſſu-

Sulp. dial. 2. c. 6.

Sæculum IV. A. C. 370.

cessurus erat, in mandatis dedit, ne in Palatium admitteretur. Nam Valentinianus tumidi vir erat ingenii, & præcipitis; præterea Justina uxor ejus, cum esset Ariana, mariti animum avertebat, ne S. Episcopo honorem exhiberet. Postquam S. vir bis, terve in conspectum Principis venire frustra tentasset, ad sua domestica convertitur, cilicium induit, aspergitur cinere, nec bibit, nec edit, sed diu, noctuque in oratione perseverat. Die septimo apparuit ei Angelus, jubens, ut audacter Regiam ingrederetur. Ivit S. Martinus, Angeli promissis fretus, aperiuntur portæ, nemo euntem moratur, ad Imperatorem accedit; is procul venientem videns, cum indignatione quærit, quis aditum permisisset? & appropinquanti non assurrexit, sed sella ejus subito ardere visa, celeriter surgere coegit; tum agnoscens, divina virtute hæc agi, sæpius Sanctum ulnis complexus, quæcunque vellet, etiam antequam exposuisset, concessit. Sæpius quoque ad colloquium, & ad mensam admisit; tandem abeunti magna obtulit munera, quæ S. vir, ne paupertatem lædere, accipere recusavit.

§. XXXI.

S. Martini pro fide labores.

Vita. c. 8. In vicinia urbis Turonensis erat quidam locus,

locus, quem populus velut sepulchrum alicujus Martyris reverebatur, aram quoque, qui præcesserant Episcopi, erexerant. At S. Martinus, rem non leviter credens, a Clericorum Senioribus poscebat, ut Nomen Martyris ostenderetur, & Martyrii tempus; cumque traditionem certam non inveniret, aliquanto tempore illuc ire noluit, ne vel Religioni noceret, vel superstitionem comprobaret; tandem una die cum quibusdam fratribus illuc se contulit, &, stans supra sepulchrum, oravit Deum, ut quis his sepultus esset, sibi revelaret; tum ad lævam conversus vidit defuncti umbram, squallidam, & aspecto truculento, cui, ut responderet, imperavit; edixit umbra nomen suum, patuitque, esse manes cujusdam furis, ob crimina sua occisi, eumque a populo honorari per errorem, quamvis nihil ei, & Martyribus esset commune. Cæterum soli S. Martino conspicuus fuit, cæteri vocem tantum loquentis audierunt. S. vir, ara eversa, populum ista superstitione liberavit. Sæculum IV. A. C. 370.

Multa Idolorum templa destruxit, multas arbores, quæ apud Gentiles sacræ erant, contempto vitæ periculo cæcidit. Cum aliquando vetustissimum fanum solo æquasset, etiam pinum loco proximam cædere parabat, atque Pontifex, cæterique ruricolæ renitebantur; tandem c. 10.

Sæculum IV. A. C. 370.

tandem dixerunt: *si tanta tibi in Deum tuum fiducia, ipsi nos arborem succidemus, hac conditione, ut cadenti humeros suppo-nas.* Conditione accepta, passus est se paganis ligari, & ipsorum arbitrio in illo loco poni, quo casura arbor inclinabat.

S. Martinus.

Magna hominum turba spectatura aderat. Monachi ejus socii pavidi stupebant; jamque arbor, edito fragore, in S. Marti-num cadebat; ipse, elevata manu, signum crucis formavit; & ecce arbor, non se-cus ac ventorum turbine impulsa, in latus adversum decidens, ruricolas fu-gientes, qui tutissimo loco stare crede-bant, tantum non oppressit. Fit clamor, & ferme omnes ex tanta multitudine ma-nuum impositionem rogantes, in nume-rum Catechumenorum susceptí sunt.

c. 13.

Alio tempore dum templum Idolorum demolitur in Regione Eduenorum, id est in territorio Augustodunensi, furens pa-ganorum turba ei manus injecit, eorum-que audacissimus stricto gladio invasit vir Sanctus deposito pallio, nudum col-lum porrexit; at paganus, dum lacertum percussurus levat, subito pavore correp-ptus, supinus concidit, factique veniam

c. 14.

rogavit. Alius Idola evertentem occisu-rus erat, sed pugio, manibus ejus elapsus, disparuit. Non nunquam gentilibus di-cendo persuasit, ut manibus suis templa diruerint. Antequam Martinus in has

Gallia

Galliæ partes deveniſſet, pauciſſimi erant Chriſtiani, ipſe vero oratoriis omnia replevit, nam ubicunque Idolorum latibula deleverat, ibi Eccleſias, aut Monaſteria ædificabat. Sæculum IV. A. C. 370.

Multa, & magna S. Martinus patravit miracula. Quoddam Mancipium Tetradii, qui Proconſul fuerat, Dæmonio liberavit. Treviris puellam paralyticam jam jam exſpirantem, dum in os ejus oleum Benedictum infundit, (*) ſanat. Pariſiis dum, magna populi turba comitante, portas urbis ingreditur, leproſum, omnium aſpicientium horrorem, oſculatus eſt, & Benedictionem impertiit, ſtatim ſanatus eſt, atque altera die adveniens in Eccleſiam Deo Maximo gratias egit. Fila ex veſte, aut cilicio S. Martini extracta, ſi ægrotantium digitis, aut collo circumducta fuiſſent, ſæpe ſanitatem afferebant. Arborius, qui Præfectus fuerat, cum filiæ quartana vehemente laborantis pectori epiſtolam, a S. Martino ſcriptam, admoviſſet, illico febris remiſit. Paulino, poſteriori tempore ſanctitate claro, oculo, quo cataracta formari

c. 16.

c. 15.

c. 19.

c. 20.

c. 21.

(*) Hæc verba: dum in os ejus oleum Benedictum infundit. a Proteſtante ſunt omiſſa. p. 289. ut rituum hodiernorum antiquitatem facilius oppugnet.

Sæculum IV. A. C. 370.

ri cœperat, dolorem maximum sentienti, S. Martinus penicillum applicuit, & sanavit. Hæc quædam miraculorum ejus pars sunto.

§. XXXII.

Persecutio in Syria.

Socr. IV. c. 32. Soz. VI. c. 36.

Interim Persecutio, quamvis non nihil remissius, in Oriente durabat. Valente Antiochiæ morante, Philosophus Themistius coram ipso peroravit, & ubicunque esset Idololatra, tamen Valentis animum in Catholicos mitigavit. Ajebat, non esse adeo mirandi locum, si inter Christianos diversæ essent de fide opiniones, nam levem esse eorum discordiam, si cum diversitate, & confusa varietate opinionum comparetur, quæ apud Græcos, (id est, Gentiles) inveniretur; quippe in istorum Mythologia ultra trecentas opiniones, quarum unaquæque differret ab altera, enumerari posse. Itaque Valens Clericorum sanguini pepercit, in exilium tamen eos mittebat, & persecutionis furor quidem remisit, sed non cessavit, imo totam Syriam pervasit; inter alios S. Pelagius Episcopus

Theod. IV. c. 31.

Laodicenus proscriptus est; is cum juvenis uxorem duxisset, prima nuptiarum die sponsæ persuasit, ut continentiam servarent; aliis quoque virtutibus non minus insignem Laodicenses unanimiter in

in Episcopum elegerunt, quam ubi Ecclesiam pluribus annis rexisset, sub Valente in Arabiam relegatus est. Ecclesias etiam Chalcidis, & Bereæ persecutio afflixit, ad quas S. Basilius, ut mœrentes consolaretur, & confirmaret, epistolas dedit; ad Ecclesiam Chalcidis scribens, dicit, necdum quidem se, aut Ecclesias Cappadociæ persecutionem sensisse, eam tamen exspectare, & quid sibi immineat, aliarum Ecclesiarum exemplum annuntiare. Dicit etiam, non solum Presbyteros, & Clericos Chalcidenses, sed etiam præcipuos de populo tentatione fuisse probatos. Ecclesia Bereensis miserat ad S. Basilium Presbyterum Acacium, postmodum illius Ecclesiæ Episcopum, ex quo peculiarius, quæ passi fuissent, & quantum unitus Clerico populus esset, didicit; hos sua epistola ad perseverantiam hortatur, dicitque eorum exemplum pluribus jam aliis Ecclesiis profuisse.

Sæculum IV. A. C. 370.

Basil. ep. 297. *Chalcid. ep.* 298. 288. *Beræens.*

In Palæstina Philippus Episcopus Scythopolitanus, & Patrophili successor, deinde Athanasius Philippi Successor, Gemellinus, pluresque alii purum Arianismum prædicabant, affirmantes, Filium Dei esse creaturam, & Spiritui Sancto nihil cum Divina natura commune esse; nec tantum illius Regionis Fideles suæ hæresis veneno inficiebant, sed etiam Catholicos aperta vi persequebantur. Je-

Epiph. hær. 73. *n.* 37. 38.

Sæculum IV. A. C. 370.

roſolymæ quidam Hilarius, ſeu Hilarion Arianorum communione infamis, S. Cyrilli Sedem occupabat, adhuc, ut veroſ mile eſt, in exilio viventis; nam po Irenæum, quem Ariani in Concilio Co ſtantinopolitano, anno 360. Epiſcopu Jeroſolymitanum conſtituerant, S. Cyri lus in Sedem ſuam redierat, veroſimilit ſub Juliano, unde tamen iterum ab Hila rio pulſus eſt. Cæſareæ Acacius mort culus ante annos aliquot deceſſerat, S. Cyrillus, qui tunc erat Jeroſolymæ, ejus locum ſuffecit Philumenem; at Eu tychius Eleutheropolitanus, quamvis corde eſſet Catholicus, in odium S. Cyrilli Arianos ſequebatur, & Cæſare quemdam alium Cyrillum, qui dicebat Senior, conſtituit. S. Cyrillus poſt hæ in Jeroſolymitanam Sedem Gelaſium, ſorore nepotem, miſit, atque Ariani int hos tres de Epiſcopatu litigantes gavi Euzoium Cæſareæ Epiſcopum crearu qui cum Euzoio Antiocheno non eſt co fundendus. Euzoius iſte Cæſarienſis reſtituendam S. Pamphili Bibliothec ſtudioſe incubuit, noviter libros in Per menam tranſcribi curavit, atque in alios Origenis opera, quos magno num ro, oblivione ſepultos, protraxit, eorum que in tabella indicem perfecit. Eu Euzoius litteris non vulgariter imbutu variaque proprio ſtudio compoſuit op

Hier. Chr. an. 349. *Sup. lib. XIV. §.* 23. *Epiph. hær.* 73. *n.* 77.

Hier. epiſt. 141. *Idem de Scrip.*

ra. S. Epiphanius illo jam tempore Episcopus Salaminæ in Insula Cypro tanta populi veneratione colebatur, ut, Arianis eum aggredi non audentibus, quiete in sua Ecclesia permanserit. Sæculum IV. A. C. 370. *Hier. epist.* 61. *c.* 2.

§. XXXIII.

Persecutio Edessena.

Sanctus Barses, seu Barsen, postquam diu in solitudine vixisset, Episcopus Edessenus creatus est; hunc primo Valens in Insulam Araden in Phœnicia relegavit; cum deinde audivisset, quod solo verbo ægrotos a morbo liberaret, & plurimi ad eum confluerent, misit eum in urbem Ægypti Oxirincum, jamque iterum viri fama populos illuc pertrahente, in locum Thebaidis in finibus barbarorum situm, qui Philo dicebatur, migrare jussit. Stratum ejus in Insula Arade diu asservatum est, quod tempore Theodoreti omnibus veneratione erat, quia plures infirmi, cum in eo cubassent, sanitatem recuperabant. Ecclesia Latina memoriam S. Barsis colit vigesima Januarii, & Græca 15. Octobr. In Barsis locum Valens Edessæ Episcopum Arianum intrusit, sed omnis populus, urbe egressus, ruri congregabatur, cujus rei testis ipse Valens fuit, cum Edessam venisset, celeberrimam S. Thomæ Apostoli Ecclesiam visurus; id vero Imperator ita impatienter tulit, ut manu Modestum *Theod. hist. IV. c.* 16. *Ruf. II. c.* 5. *Socr. IV. c.* 18. *Soz. VI. c.* 18. *Theod. IV. c.* 16.

Sæculum IV. A. C. 370.

Præfectum percusserit, quod hos popul conventus non prohibuisset, jussitque, u milites, quorum Dux ipse esset, &, quot quot contrahere posset, copias admove ret, & hanc populi multitudinem abige ret. Modestus, ut ut esset Arianus, mi sit, qui Catholicos secreto moneret, u die altera in locum, quo orare solebant, convenirent, sibi enim mandatum ab Im peratore, ut eos, qui adessent, puniret; his minis se credebat populi congregatio nem impediturum, & iram Cæsaris mit gaturum; at aliud, quam speraverat, evo nit, nam, hac ipsa prohibitione excita Catholici, summo mane ad locum dest natum festinarunt, eumque totum imple verunt. Hoc comperto, Præfectus, quid faceret, dubius hærebat, tamen in me dium conventum intravit majori, quam pro numero armatorum, strepitu, ut ter rore potius, quam vulneribus populum in fugam verteret; cum per urbem transi ret, vidit mulierem pauperem, domo fe stinanter egredientem, & infantem ma nu trahentem, nec ostium domus clause rat, nec pallium collegerat, quo se more gentis contegere debuisset; per ordines militum, ante Præfectum incedentium, gressus præcipitans transibat; Præfectus sisti jussam interrogat, quo tam propere vaderet? *festino*, inquit illa: *ad campum pervenire, ubi Catholici congregati sunt.*

Ergo

Ergo tu sola es, inquit Modestus: *qui ignoras, illuc Præfectum cum militibus proficisci, ut omnes, quoscunque ibi invenerit, trucidet? scio*, respondit: *hoc ipsum rumor ad me detulit, at hæc ipsa causa est, cur ita festinem, ne ad occasionem sustinendi Martyrii sero veniam. Quare autem*, reposuit Præfectus: *infantem tecum trahis?* ipsa: *in hunc nempe finem, ut ejusdem gloriæ particeps fiat.* Modestus hanc fæminæ constantiam miratus, in Palatium rediit, & Imperatori collocutus, persuasit, ut desisteret ab incepto, cui fortuna simul, & gloria abesse videbatur.

Sæculum IV. A. C. 370. Persecutio Edessæ.

Ergo Valens, mutata mente populo parci voluit, Præfectum vero Modestum jussit Presbyteros, & Diaconos comprehendere, quibus persuaderet, ut cum Episcopo Ariano communicarent, aut urbe ejectos in ultimos Imperii fines relegaret. Modestus omnes congregatos a proposito dimovere conabatur, dicens, Maximi Principis voluntati resistere, insaniam esse; tacentibus omnibus, Præfectus, ad Eulogium cæterorum Præpositum conversus, interrogat, cur non responderet? Eulogius respondit: *nihil ex me quæsisti. Imo*, inquit Præfectus: *diu est, quod tibi loquor.* Eulogius: *ad omnes loquebaris; si mihi soli loquaris, dicam, quid sentiam.* Præfectus: *Age dum Communionem Imperatoris recipe!* Eulogius: *an forte Im-*

Theod. IV. c. 17. 18.

Sæculum IV. A. C. 370.

perator unacum Imperio Sacerdotium sumcepit? Præfectus, hoc responso incitatus, inquit: *non hoc dico,* (*) *insulse! sed hoc volo, ut cum iis communices, quibuscum Imperator communicat.* Eulogius: *Pastorem habemus, & hujus mandata sequimur.* His dictis Præfectus omnes numero octoginta in Thraciam relegavit.

Quacunque S. Exules transirent, maxima honoris testificatione a Catholicis excipiebantur, quod eorum inimicos non parum torquebat. Ex civitatibus, & vicis egressi, obviam venientibus procedebant, victoriam reportatam gratulantes. Querelis hac super re ad Valentem delatis, separari eos jussit, & binos deduci mandans, si qui cognatione se contingerent, alter ab altero avellerentur. Quidam in Thraciam, sicut primo statutum fuerat, pergebant, alii ad extremos Arabiæ terminos missi, alii in Thebaidis oppida dispersi. Sors tulit ut Eulogius, & Protogenes ad oppidum, quod Antinous dicebatur, mitterentur. Hi duo, Cleri-

Soz. VI. c. 33. 34.

corum Edessenorum primi, multo tempore vitam Monasticam duxerant, Christianis virtutibus conspicui; illius loci Episcopum invenerunt Catholicum, & ejus Eccle-

(*) Hic Præfectus egregius testis est contra Protestantes, Potestates Sacerdotii, & Imperii distingui.

Ecclesiam adiverunt; cum vero cerne- Sæculum IV.
rent, minus frequentes esse Conventus, A. C. 370.
& incolarum plurimos esse Idololatras, ad eos convertendos omnem conatum impenderunt. Eulogius Cellulæ se inclusit, ubi diu noctuque orationes continuabat. Protogenes in SS. litteris versatus, & exarandis per notas libris exercitatus, loco commodo invento scholam erexit, ubi pueros in hac scribendi arte instituebat, Psalmos Davidicos, atque textus novi Testamenti aptissimos docebat. Cum puerorum aliquis ægrotaret, Protogenes in ejus domum se contulit, & manu prehensum, precibus suis sanitati reddidit. Audito prodigio, aliorum parentes eum in domos suas adducebant, rogantes, ut ægrotos juvaret, ipso autem orare pro iis renuente, nisi prius baptizarentur, sanitatis recuperandæ amore, in id, quod facere poscebantur, consentiebant. Dum quis bona fruens valetudine convertebatur, eum ad Eulogium ducebat, pulsabat januam, rogabatque, ut ei Baptismum conferret. Ægre ferebat Eulogius, quod sic preces ejus interrumperentur, at renuentem monebat Protogenes, saluti hominum nihil anteponendum. Omnes mirabantur, quod Protogenes, aliis docendis aptissimus, & tantorum miraculorum patrator, honorem administrandi Baptismum alteri daret,

Sæculum IV. A. C. 373.

ret, atque inde Eulogii eminentiorem esse virtutem arbitrabantur; forte autem nulla alia ex causa cedebat Protogenes, quam quod Eulogius in ordine Sacerdotum esset Senior. Ita hi duo viri Sancti sui exilii pœnam in lucrum animarum converterunt.

§. XXXIV.

S. Athanasii obitus. Petrus ejus Successor.

Socr. IV. c. 20. *Sozom. VI. c. 19.*

Ægyptus sub Valente, quamdiu S. Athanasius in vivis fuit, pace fruebatur. Hujus persecutionis tempore [illegible] Superos abiit vir Magnus, ut creditur [illegible] cunda die Maji, anno 373. Obiit in [illegible] culo suo Alexandriæ, cum quadragin[illegible] sex annis Episcopatum tenuisset, meritis & annis plenus. Antequam exspiraret, rogatus est, ut sibi Successorem designaret; ipse nominavit Petrum, excellentis virtutis virum, ætate, & canitie venerabilem, pietate, sapientia, & eloquentia admirabilem, ærumnarum, & itinerum suorum socium fidelissimum, qui in nullo unquam periculo ejus latus destituerat. Hæc S. Athanasii de Successore ejus deligendo sententia totius Ecclesiæ Alexandrinæ, Clericorum, Magistratus, Nobilium, omnis populi, gaudium suum acclamationibus publicis testantis, suffragiis excepta est. Episcopi vicini stre-

Proter. epist. ad S. Leon. t. 3. con. p. 1352.

nue

nue adfuere Electionem, & ordinationem celebraturi, Monachi, relicta solitudine, advenerunt; sic Petrus omnium Catholicorum consensu in Thronum Episcopalem evectus. Nulla interposita mora, ut mos ferebat, ad præcipuarum Cathedrarum Episcopos scripsit; responsorias litteras, quas a S. Basilio accepit, adhuc habemus. S. Damasus Papa quoque eidem communionis, & consolationis Epistolas misit. Sæculum IV. A. C. 373. *Bas. ep.* 320.

Arianis, audito S. Athanasii obitu, animus rediit, & rem celeriter ad Imperatorem Valentem, qui tunc Antiochiæ degebat, detulerunt; Euzoio Antiocheno visum, nemini magis, quam sibi convenire, ut Lucium in possessionem Ecclesiæ Alexandrinæ induceret, ad quam fuerat ordinatus. Hanc profectionem Imperator rati habuit; Magnus Quæstor cum copiis mittitur, Euzoio præsidio futurus; interim Imperatoris nomine ad Palladium Ægypti Præfectum, aliosque Duces, qui ibi erant, Epistolæ datæ, quibus jubebantur Petrum expellere. Palladius, Idolorum cultor, jamdiu Christianis nocendi cupidus, lubentissime demandatam sibi provinciam accepit; illico Judæorum, & Paganorum turmas, pecunia, & promissis conductas, colligit, ad Ecclesiam S. Theonæ procedit, obsidet, mandatque Petro, ut excedat, nisi *Socr. IV.* c. 21. *Sozom. VI.* c. 20. *Theod. IV.* c. 20.

Petrus Successor Athanasii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sæculum IV. A. C. 373.

vi extrahi malit. Excessit Petrus; tum Infidelium cohortibus in Ecclesiam irrumpentibus, Idolorum laudes decantantes auditæ sunt, fit plausus manibus, obscœnis verbis impudenter Virgines JESU Christo sacræ confunduntur; omnes boni pudicas aures occludebant; at insolentes isti, ultra verba furere aūsi, Virginum vestes dilacerant, nudasque per urbem in triumphum ducunt; si quis furentium insaniam mansuete corriperet, ut fœminas liberaret, verberibus arcebatur; aliquarum harum Virginum pudicitia violata, aliquæ, fustibus in capita cæsæ, truculenter necatæ, nec piis Christianis saltem occisarum corpora sepelire licebat. Ecclesia ut Martyres colit, quos illo tumultu in templo S. Theonæ occisi fuere.

Theod. IV. c. 22.

Mart. Rom. 13. Maji.

Illud autem Christiani impatientissime tulerunt, quod Altare indignis modis profanaretur; quippe Infideles altare quasi theatrum conscendere jusserunt adolescentem, ob vitæ infamiam naturæ & sexus sui probrum, fuco rubri colorem genas, & nigri supercilia illitum, more Idolorum muliebriter vestitum, id est Bachi habitu; hoc Morione in altari saltitante, & procaciter gesticulante, Gentiles, in cachinnos effusi, blasphemias effutiebant. Tum alius, non minori infamia notissimus, corpus totum nudus, thro-

thronum Episcopalem conscendit, quasi ad populum dicturus, & omnino dicere cœpit, oratione impudenti impietatem, effrenem licentiam, impudicitias, ingluviem, furta hominibus suadens, quæ omnia generi humano longe utiliora, quam Doctrinam Christianorum moralem esse contendebat. Sæculum IV. A. C. 373.

Haud multo post Lucius cum Euzoio, & Comite Magno Antiochiam advenit. Lucius ortus erat Alexandriæ, ab Anti-Episcopo Georgio in Presbyterum ordinatus, cui eum Successorem Ariani destinaverant. Hanc suam electionem comprobari cupierant ab Imperatore Joviano, qui Lucium contemptim repulit. Post hæc Antiochiæ, vel alibi extra Ægyptum in Episcopum ordinatus est, cum Episcopatum velut munus sæculare pecunia data emisset. Magnus tunc Domus Imperatoriæ Quæstor erat; is sub Juliano Principe Ecclesiam Berytensem flammis deleverat; eandem postea sub Joviano suis sumptibus restituere coactus est, felicem se reputans, quod crimen capite non luisset. Lucius itaque Ecclesiæ Alexandrinæ possessionem invasit, comitantibus Præfecto Palladio, Comite Magno, militibus, & satellitibus eorum, plaudente Gentilium turba, & in faciem acclamante: *Bonis avibus huc adveniſti, Episcope! qui Filium non adoras,* *Sup. XV.* §. 56.

Sæculum IV. A. C. 373.

ras, Serapis te amat, Serapis te huc advexit.

§. XXXV.

Persecutio in Ægypto.

Eodem tempore Comes Magnus partim Presbyteros, partim Diaconos numero novemdecim, quorum aliqui octogenariis majores erant, comprehensos, tanquam magnorum criminum reos coram suo tribunali adduci jussit, ad quos voce clamosa: *Cedite miseri! cedite Arianis & opinionem eorum sequimini! posita etiam vestræ Religionis veritate, ignoscet Deus necessitati cedentibus;* His verbis promissa, minasque nomine Imperatoris adjiciebat. Responderunt Clerici: *Imo prudentius ages, si spem vanam abjeceris, hisce terriculamentis flecti nos posse! novellum Deum non adoramus, eundem aliquando absque sapientia exstitisse non credimus, nec etiam aliquo tempore esse Patrem, & aliquo tempore non esse Patrem, nec denique Filium esse in tempore. Patres nostri, in Concilio Nicæno congregati, hunc errorem anathematizarunt, & Filium Patri consubstantialem esse confessi sunt.* Hæc locutos Comes Magnus in carcerem conjicit, & aliquot diebus detinet, adhuc sperans mutari posse; postea autem flagris cædi, & coram populo, Patrum suorum malis ingemiscentes, tor-

torqueri; tandem tribunali in balneo publico prope portum erigi jusso, circumstantibus plurimis Judæis, & Infidelibus ad insultandum SS. Confessoribus convocatis, omnes ad exilium damnat, atque Heliopolim in Phœniciam, cujus cives omnes Idololatræ, & JEsu Christi nomine infensissimi erant, misit. Confestim profectionem inire coacti sunt, ipso Comite, stricto gladio conscensionem urgente; non tempus ad comparanda proficiscentibus necessaria concessit, non dum mare, fluctibus agitatum, detumesceret, exspectavit, nihil afflictissimi populi Catholici precibus, & lachrymis dedit. Sæculum IV. A. C. 373.

Præfectus Palladius quosdam in carcerem conjici jussit, quod fiere auderent, atque deinde verberibus dilaniatos, in metalli-fodinis laboraturos misit, homines numero viginti tres, plerosque Monachos; cum illis captus est Diaconus, quem Damasus Papa Roma miserat, Archiepiscopo Petro suas Epistolas allaturum; is publice a lictore, manibus retro ligatis, perductus, innumeris flagellorum, injectorum lapidum, & plumbatorum ictibus contusus cum aliis navem conscendit, nullo alio profectionis apparatu, quam signo crucis, quo discedens frontem munivit; sic ad labores in cupri fodinis Phenesum delatus est. Teneri non nulli infantes in tormentis occisi, nec saltem paren-

Sæculum IV. A. C. 373.

parentibus corpuscula prolis suæ tem contegere licebat; imo, qui afflictis co dolebant, capite truncabantur. Itaque Euzoius re, ut sibi videbatur, felicite perfecta, & Arianis, quamvis hi numer pauci essent, in Ecclesiarum Alexandri

Sozom. VI. c. 19.

possessionem immissis, Antiochiam rever sus est, cum omnes bonos Alexandri extremo mœrore confeciſſet.

Socr. IV. c. 22. 24.

Haud diu post Lucii adventum, mu data Imperatoris allata sunt, ut Alexan dria, totaque Ægypto pellerentur, q Consubstantialem crederent, nempe, u omnes, quoscunque Lucio deferre p cuissent, punirentur. Tunc vero dirissi ma orta est persecutio. Catholici ad ju dicium trahebantur, carceribus includ

Theod. IV. c. 22.

bantur, distendebantur equuleis. Ale xandria in reliquam Provinciam digre sum est malum. Comes Magnus plur mos Episcopos cepit, qui diversis mod cruciati sunt; inter hos undecim, qui a

Epiph. hær. 72. n. 10. Sup. XIII. §. 33. Athan. to. I. p. 155. Palla. Laus. c. 11. 7. Martyr. Theod. IV. c. 22.

unguiculis in deserto vitam Monastican duxerant, Diocæsaream Palæstinæ, quam soli Judæi incolebant, fuere releg Præcipui erant Eulogius, jam semel an sub Regno Constantii proscriptus, sic etiam Adelphius Episcopus Onuphinus & Ammonius Episcopus Pacnemunanus hi duo Concilio Antiocheno anno 36 adfuerant, & Isidorus Episcopus Hermo politanus, quem Ecclesia Latina 2. Janua

Persecutio in Ægypto.

rii colit. Cum quidam Clerici, Monachique Antiochiæ Imperatori ob crudelitatem, quam fratres sui Catholici in Ægypto paterentur, libellos tradidissent, ipse, Arianis semper plus æquo favens, hos supplices prope Neo-Cæsaream in Ponto in exilium misit, sub cujus climatis rigore brevi omnes consumpti sunt. Sæculum IV. A. C. 373

Inter Episcopos Ægypti, qui, quod Arianorum dicerentur inimici, solum vertere jussi sunt, S. Melas Rinocorurensis memorabili bonitate fuit; qui ad eum comprehendendum advenerant, videntes virum Ecclesiæ lampades præparantem, quasi ministrorum infimum, perizomate oleo squallente cinctum, & ellychnia portantem, scisitantur, ubi esset Episcopus? *Adest*, respondet ille: *& faciam, ut ei colloqui possitis.* Et confestim, eos enim haud dubie ex itinere fatigatos existimabat, in domum Episcopalem deducit, atque, mensa posita, quæ in promptu haberi poterant, ministrat. Postquam fuissent refecti, ipsum se Episcopum esse pronuntiavit; ipsi obstupescentes, causam tamen adventus sui non celarunt, sed libertatem se, quo vellet, recipiendi fecerunt, quippe tantæ virtutis candore eorum animos ceperat. Ipse vero ab aliorum Catholicorum sorte dividi noluit, atque ultro elegit exilium. Has animi dotes in Professione Monastica, cujus vi- *Sozom. VI. c. 31.*

Sæculum IV. A. C. 373.

tæ inſtitutum a puero tenuit, ſibi comparaverat; frater ejus Solon, qui antea mercatum exercuit, poſtquam idem vitæ genus amplexus eſt, ſub fratris Diſciplina tantum profecit, ut dignus evaſerit, qui eidem in Epiſcopatu Rinocorurenſi ſuccederet. Hi duo fratres non minus ſe dignos Succeſſores habuere; Sozomeno teſte Diſciplina ab iisdem tradita ſuo adhucdum tempore vigebat, atque Eccleſiæ illius Clerici in communitate vivebant. S. Melæ memoriam Eccleſia 16. Jan. agit.

Mart. Rom.

§. XXXVI.

Perſecutio in Monachos.

Ruf. II. c. 3. 4 Soz. VI. c. 20.

Neminem atrocius, quam Monachos perſecutus eſt Lucius, quod Doctrinæ Catholicæ addictiſſimos ſciret, eorumque auctoritatem plurimum valere apud populum, qui artis Dialecticæ ignarus, veritatem ex parte Sanctorum Monachorum ſtare nullatenus dubitabat, quos ſingularis morum Sanctitas, & præclara miracula commendabant. Cum igitur Lucius Monachos verbis in ſuam opinionem adduci poſſe, deſperaret, vi agendum ratus, fruſtra tamen fuit. Ipſe eos in deſerta inſectatus, Duce Ægypti, & plurimis armatis latus ſtipantibus, invenit quotidianis exercitiis vacantes, ora-

rantes, ægrotos sanantes, & Dæmonia ejicientes. Dum aliqui quadam die adventum, & ferociam militum intrepide exspectant, allatus est homo, cujus pedes ita aruerant, ut stare non posset; infirmum oleo unxerunt, dicentes ad eum: *In Nomine JEsu Christi, quem Lucius persequitur, surge, & redi in domum tuam;* Et dicto citius sanatus est. Persecutores his miraculis non permoti Monachorum Psalmodiam turbabant, & suis sedibus ejiciebant, ad ultimum flagris, lapidibus, armis violabant; ipsi ne quidem manum ad avertendos ictus extendebant, omni hora parati ensibus caput offerre potius, quam Fidem Nicænam deserere. Lucius videns, quod sanctæ hujus multitudinis constantiam vincere non posset, Duci Ægypti suasit, ut Abbates Monachorum Rectores in Exilium mitteret. Sæculum IV. A. C. 373.

Capti sunt ergo duo Macarii, Isidorus, & quidam alii, atque per nocturnas tenebras in quamdam Insulam, inter Paludes surgentem, diripiunt. In illa Insula nemo præter Idololatras habitabat, antiquis suis superstitionibus deditos, nec illuc unquam Evangelium penetraverat. Templum in Insula stabat, cujus Sacerdos Numinis instar colebatur. Cum Cymba, qua Confessores vehebantur, terræ appropinquaret, Sacerdotis filiam Dæmon invasit; ipsa, quasi furiis abrepta, *Theod. IV. 6. 21.*

Sæculum IV. A. C. 373.

versus littus, quo remiges appellere contendebant, fertur; vociferantem, & gressus immodice urgentem, domesticorum promptissimi, portento territi, insequuntur; tum advenis proxima exclamare cœpit: *Magna est vestra potentia, o magni Numinis servi! O servi JEsu Christi! vos nempe nos urbibus, vicis, montibus, & desertis expellitis! nullibi quiescere datis; in hac parva Insula de armis vestris securos nos fore sperabamus; vetus est nostrum domicilium, omnibus ignoti hic degimus, nocemus nemini. Si vero & hanc habere cupitis, capite, recedamus; quis resistere tantæ virtuti valeat?* His dictis, Dæmones, puella in terram projecta, fugerunt. Monachi jacentem erigunt, moxque salutem corporis, & animæ reducunt. Adstantes, quos inter erat puellæ Pater, ad Sanctorum pedes advoluti, rogarunt, ut se in fide dignarentur instruere, tum satis præparati, susceptoque baptismo, fanum in Ecclesiam consecrarunt. Ita omnes illius Insulæ indigenæ ad Sacra Christiana perducti. Hujus rei fama Alexandriam perlata, populus turmatim ad Lucium concurrere cœpit, crudelitatem exprobrare, impendentem Dei vindictam ominari, nisi viros sanctos dimitteret; Lucius, cum seditionem timeret, secreto mandavit, ut Sancti Monachi ad suas cellas redire sinerentur.

Isido-

Isidorus, & duo Macarii, qui in hac narratione nominantur, inter omnes totius Ægypti solitarios erant illustrissimi; Isidorus adhuc puer in monte Nitriensi ad vitam asceticam institutus fuerat, loco inter Ægypti solitudines celeberrimo, a proximo pago sic dicto, ubi Nitrum quatuor ab Alexandria milliariis, quæ ferme 13 Leucas conficiunt, ultra lacum Marin versus meridiem colligebatur. Hunc montem quinque millia Monachorum, varie in quinquaginta ferme domos dispersa, incolebant; quidam soli perseverabant, alii bini, terni, aut etiam numero plures habitabant, nam quisque pro corporis sui viribus vitam magis, minusve rigidam ducebat, quamvis omnes essent charitate conjunctissimi. S. Isidorus, cum S. Athanasius Romam peregrinatus est; itineris socius fuit, summis illius Civitatis viris notissimus. Presbyter ordinatus Nosocomium Alexandrinum rexit. Erant ei sorores Virgines, quæ in communitate septuaginta Sanctimonialium vivebant, & quamvis esset dives, moriens nihil sororibus testamento reliquit.

Sæculum IV. A. C. 373.

Palla. Laus. c. 1.

Id. c. 7. 14. Vit. Patr. c. 21.

§. XXXVII.

Duo Macarii.

Duo Macarii dicebantur unus Ægyptius, & alter Alexandrinus. Ægyptius, *Laus. c. 19.*

Sup. l. XIII. §. 38. Pallad.

Sæculum IV. A.C. 373.

ptius, seu Senior, primus omnium fuit eremi, Scetis dictæ, incola. Cum esset puerilibus annis tanta in eo elucebat prudentia, ut infans senex appellaretur. Anno vitæ quadragesimo miraculorum dono præditus est, quo ejectis Dæmonibus Energumenos liberavit. Presbyter fuit ordinatus, vixitque usque ad annum 391. tres mortui ab eo resuscitati memorabantur, atque inter istos unus, ut Hæreticum Hieracitum Resurrectionem mortuorum negantem de veritate convinceret. S. Macarius Alexandrinus jam Nitriæ, jam Sceti, loco trans Nitriam unius diei itinere sito, morabatur, eratque Presbyter Monasterii Cellarum, quod ultra montem Nitriæ decem milliariis, seu tribus leucis positum erat. Locus iste a multitudine Cellarum ita dicebatur, quæ erant ibi dispersæ tanta distantia, ut ab altera ad alteram nec aurium usus esset, nec prospectus. Monachi harum Cellarum incolæ in Ecclesia diebus Sabbati & Dominicis congregabantur. Si quis Monachorum deesset, morbo eum detineri judicabant; tunc fratres eum invisebant, secum ferentes, quibus refocillaretur. Hujusmodi casu non existente, nullus alteri jungebatur. Altissimum in illa eremo regnabat silentium.

Vitæ PP. c. 28.

Sup. l. VIII. §. 26. Vitæ Patrum c. 29 Pall. c. 20. Vitæ PP. c. 22. Pall. c. 69.

S. Macarii Alexandrini memorabilis est abstinentia. Cum aliquando desiderium

rium comedendi uvas subiissent, mitissimi, & gravidissimi botri ei submissi sunt; ipse vero, ut abstinentiæ meritum augeret, ad alium Monachum ægrotantem deferri jussit; is eodem abstinentiæ spiritu botros ad tertium, & tertius ad quartum submisit, dumque singuli ad alterum deferunt, ultimus ad S. Macarium, ignarus, quod hoc edulium ab ipso primo esset profectum, retulit. Septem integris annis nihil, quod coctum fuisset, comedit. Annis tribus quatuor, aut quinque unciis panis, aqua molliti, victitavit. Ut somnum discuteret, viginti dies, & totidem noctes sub Cœlo transegit, Solis Ægyptii ardoribus ustus per diem, & per noctem frigore, quod tantum est, ut Regula S. Pacomii ignem excitari jubeat. Cum ad S. Macarium fama detulisset, quam sanctum esset Monasterii Tabennensis institutum, assumpta operarii veste, & quindecim dierum itinere per mediam eremum confecto, S. Pacomio se sistit, rogans, ut reciperetur; S. Pacomius ait: *Ista ætate nostram vivendi rationem sustinere non poteris, vix aliquis a juventute exercitatus perseverat; tanto rigore offensus discedes, nobis insontibus maledicens.* S. Macarius perseverans in sua postulatione nihil cibi sumebat, tandemque ajebat: *Suscipe me, Pater mi! nisi, sicut alii vivunt, vixero, expelles me.*

Sæculum IV. A.C. 373.

Reg. c. 5.

Duo Macarii.

Seculum IV. A. C. 373.

Ergo S. Pacomius fratribus persuasit, ut reciperent. In eo autem Monasterio Monachi mille, quadringenti vivebant.

Postquam S. Macarius aliquot diebus ibi fuisset, tempus Quadragesimæ advenit; viditque, quod diversorum Monachorum diversus esset in jejunando rigor; hic ad vesperam manducabat; alius post duos dies, alius post quinque. Aliquis tota nocte stabat, qui tota die sedens laboraverat; Macarius cum ramos palmarum aqua maceraſſet, ut ad opus faciendum essent idoneæ, stetit in angulo, & in eodem situ per integros quadraginta dies usque ad Pascha permansit, non panem, non aquam gustavit, nec flexit genua, nec sedit, aut decubuit; Diebus tantum Dominicis pro alimento crudæ olerum folia sumebat, ut comedere videretur, & laudes hominum fugeret, reliquis diebus in silentio, & oratione laborabat. Monachi id videntes, murmurabant, & ad S. Pacomium dicebant: *Unde hominem istum sine corpore ad nos adduxisti, ut nos confunderes? aut hunc expelle, aut nos omnes abibimus.* S. Pacomius Deum oravit, ut quis iste esset, sibi aperiret, dum per revelationem edoctus, quod esset S. Macarius, manu prehensum in oratorium ante altare deduxit, eumque amplexus, ait: *Macarius es! & quis esses, me celare voluisti! jam a multo tempore*

pore sanctitatis tuæ fama ad me delata est, & te videndi desiderio tenebar. Gratias ago tibi, quod Filiis meis humiliationis causam dederis; sed satis jam tuum exemplum nobis profuit, recede, obsecro! & ora pro nobis. Ita S. Macarius ad suos rediit. Non exiguum miraculorum numerum in ægrotis, & energumenis patravit. (*)

Sæculum IV. A. C. 373.

§. XXXVIII.

S. Moyses Episcopus Saracenorum.

Saraceni Duce Regina sua Mavia, seu magis Maouvia, jam Christiana, arma Romanis inferebant. Valens, quem alibi alii hostes premebant, cum hac Regina pacem iniit; illa inter cœteras pacis conditiones posuit, ut populo suo Episcopus daretur ejusdem gentis vir, Moyses virtutibus, & miraculis celeberrimus Monachus in deserto inter Ægypti, & Palæstinæ confinia habitans. Romani exercitus Duces non ægre in hanc conditionem consenserunt; qua ad Valentem præscripta, jussit, ut sine mora Moyses Alexandriam perduceretur, manuum impositionem de more recepturus, quod hæc illis locis proxima esset Ecclesia; ergo

Socr. IV. c. 36. Sozom. VI. c. 38. Theod. IV. c. 25. Ruf. II. c. 6.

(*) Non exiguum &c. Hæc verba Interpres Protestans omisit, & Notam eruditione plenam addidit, quam nemo petiit.

Sæculum IV. A. C. 373.

go Præfecti militares Moysen suo defe- to evocatum, in conspectum Lucii sistunt tunc vero Moyses ad Lucium, Magistratibus, & omni populo præsentibus, ait: *Apage! Episcopi nomine indignus sum, si autem, quamvis indignus, pro salute publica ad Episcopatum vocor, Creatoris cæli, & terræ testor, nunquam me passurum, ut tu mihi pollutas manus tuas imponas, tot Sanctorum sanguine cruentatas.* Respondit Lucius: *Si, qualis sit fides mea, adhuc ignoras, æquum non est, ut calumniis deceptus communionem meam averseris; hanc ergo ex ore meo disce, & non alieno, sed tuo judicio judica! Nihil est,* inquit Moyses: *quod clarius cognoscam, quam fidem tuam; Episcopi, Presbyteri, & Diaconi in exilium ejecti, in Provincias Infidelium expulsi, ad metalla damnati, bestiis expositi, aut flammis consumpti, quid credas, luculenter testantur oculi fideliores auribus testes sunt.* Hæc elocutus, juramento confirmabat, nunquam se a manibus Lucii ordinationem recepturum.

Quamvis vindictæ cupiditate Lucius vehementer accensus Virum sanctum morti dare cuperet, fortior tamen metus fuit, ne Reginam Saracenorum offenderet; ergo Moyses, ut ipse volebat ad Episcopos Catholicos, in montem relegatos, ducitur, a quibus accepta manuum impo-

Sæculum IV. A. C. 373.

impositione, nunquam non eorum communionem retinuit. Christianos paucos invenit apud Saracenos, multos vero ipse verbo, & miraculis convertit. Effecit, ut pacem cum Romanis haberent, quibus datam fidem Regina Maouvia servavit. Ecclesia memoriam S. Moysis 7. Febr. colit. Antehac S. Hilarion non nullos Saracenos ad fidem converterat, & alius S. Monachus integram tribum, cum Principi eorum, nomine Zocom, prolem masculam suis precibus impetrasset; plurimi tamen innumerabilis pene nationis Idolis serviebant.

Marty. Sup. l. XII. §. 18. Sozom. VI. c. 38.

§. XXXIX.

Res Ecclesiæ Romanæ.

Interim Petrus, legitimus Alexandriæ Episcopus, post suum discessum ad omnes Episcopos Catholicos Epistolam dedit, qua ea omnia, quæ Alexandriæ, & partim in reliqua Ægypto crudeliter in Catholicos gesta fuerant, pathetice describit. Post hæc mare trajiciens, Romam ad S. Damasum Pontificem se recepit, qui omnem ei charitatem impendit. Ut Petrus Arianorum crudelitatem ante Romanorum oculos re ipsa poneret, vestem cujusdam Catholici sanguine imbutam exhibuit, simulque omnibus intuentibus lacrymas elicuit. Ferme annos quin-

Theod. IV. c. 21. Socr. IV. c. 22.

Greg. Naz. or. 23. p. 418.

Sæculum IV. A. C. 373.

quinque nempe usque ad annum 370 Romæ moratus est.

S. Damasus Papa non obstante, quod ipsum Imperator Valentinianus tuebatur, secura pace cum Schismaticis, qui

Sup. §. 19. Ursino adhærebant, non fruebatur. Ursino Roma ejecto, & sub finem anni 36[illegible] in Gallias proscripto, cum propter Olybrii Præfecti Decreta in urbe convenire non liceret, extra muros frequentissimi congregabantur. Hac de re Aginatius, qui Romæ Vicarii Prætorio-Præfecti officio fungebatur, ad Imperatorem Valentinianum scripsit, qui Olybrio, & Aginatio singulatim rescripsit, ne quoquam loco non ultra viginti milliaria ab urbe distito, schismaticis conventus agere liceret.

Resc. ap. Bar. an. 369. init.

Olybrius urbis Romæ Præfectus erat anno 369. & Prætextato successerat. Duobus exinde annis, Ampelio Præfecto, sc. anno 371. Imperator Valentinianus Ursino cum suorum Sectatorum septem locum exilii relinquendi, & quocunque vellent, eundi licentiam fecit, si modo nec in urbem, nec in regiones suburbicarias pedem inferret, quæ vox nihil ferme aliud, quam urbis Romanæ viciniam hoc significare potest. Hoc Decretum ad Ampelium, & separatim ad Maximinum Aginatii Successorem, Romæ Vicarium directum. Cœterum Ursinum, aut Sectatores ejus, quamdiu Valentinianus impe-

ap. Baro. an. 371. init.

imperavit, ultra quidquam moviſſe non legimus. Sæculum IV. A. C. 374.

At Luciferiani, aliud Schiſmaticorum genus, ſemper Romæ ſuos agebant conventus, atque ad eos quoque quodquam Reſcriptum, datum anno 374. ad Simplicium Romæ Vicarium, qui Maximino ſucceſſerat pertinere videtur; in hoc Reſcripto Imperator jubet, ut omnes, qui illicita conventicula in Religionis contemptum agerent, ad centum milliaria ab urbe proſcriberentur, & qui Epiſcoporum Catholicorum judicio fuiſſent condemnati, ad Eccleſias, quas corrupiſſent, redire prohiberentur, aut ſententiæ latæ retractationem ab Imperatore petere. Veroſimile eſt, vi hujus Reſcripti factum, quod Damaſus quemdam Presbyterum Luciferianum, nomine Macarium, conventum nocturnum in domo privata agentem capi juſſerit; (*) is cum quibusdam

L. 1. *Cod. Theod. de his, qui lat. IX.* 29. *Reſcr Grat. to.* 4. *conc. p.* 1004.

Libel. Marc. & Fauſt. p. 65. 66. *&c.*

p. 69.

(*) S. Damaſo Papæ infenſus Interpres hic Notulam adjecit, in qua: Es iſt nicht ohne Wahrſcheinlichkeit, daß *Damaſus* den Befehl des Kayſers zu weit gedeutet; wenigſtens verſichern die beyden Scribenten *Marcellinus*, und *Fauſtinus*, daß der Luciferianer mit keinem Worte darinn gedacht worden. Ueberdieß hatte auch das Verfahren *Damaſi* viel hartes an ſich. Denn der erwehnte *Macarius*

Sæculum IV. A. C. 374.

dam aliis Luciferianis Presbyteris, & Laicis in exilium missus. Nihilominus Damasus impedire non potuit, quin Lucifériani Romæ Episcopum, nomine Aurelium haberent, qui ibi permanens, mortuus est, & Successorem habuit Episcopum, qui Romæ, Damaso nihil inquirendo proficiente, delituit. Celeberrimus omnium inter hos Schismaticos fuit Gregorius Illyberitanus in Hispania Bœticæ, cujus constantiam S. Eusebius Vercellensis laudaverat. Luciferiani ei miraculorum donum attribuere, idque a Cælo donum causam fuisse, cur nunquam fuisset proscriptus, quasi vero Magistratus eum proscribendo vindictam divinam in se concitare timuissent. In ultimam senectutem vixit, & varios Tractatus stilo mediocri scripsit.

Ecclesia Romana.

p. 65.

Sup. l. XIV. §. 24. Lib. Mar. p. 73. ibid. p. 40.

Hier. Script. Greg. Bæt.

Dona-

rius . . . . wurde bey diesem Ueberfall dergestalt mit Beulen, und Wunden zugerichtet, daß er, ehe er Ostia erreichte, gleich am folgenden Tage seinen Geist aufgeben mußte. Etiamsi Luciferiani in Rescripto non fuerint nominati, tamen satis designabantur per illos, qui prohibita conventicula agebant, & qui Episcoporum Catholicorum judicio fuerant condemnati. Frustra igitur Protestans iterum Schismaticorum duorum testimonium affert. Quod de S. Damasi crudelitate garrit, etiam de eo omnes tacent, si ipsum, & forte duos illos Luciferianos excipias.

Donatiſtæ quoque ſuum Epiſcopum Romæ habebant, qui puſillum gregem in caverna montis extra urbem congregabat, hinc etiam dicti ſunt montenſes. Rurſus a quibusdam Cutzupites vocabantur. Donatiſtæ hunc, ita dictum, Epiſcopum Romanum ex Africa mittebant, aut Epiſcopi Donatiſtæ veniebant, eumque in ipſo loco ordinabant; eorum ſex, ordine ſibi ſuccedentium numerantur, qui hujus cavernæ Sedem occuparunt, nempe Victor ex Africa miſſus ad hujus Sæculi initium, Bonifacius, Encolpius, Macrobius, Lucianus, & Claudianus. Eisdem in Hiſpania etiam Epiſcopus erat, qui domum, & prœdia cujusdam nobilis fæminæ adminiſtrabat, & iterum alius in ignoto aliquo loco extra Africam Donatiſtarum Protector in Africa fuit Gildo Firmi Regis Mauritaniæ frater, qui contra Imperatorem Valentinianum rebellionem molitus eſt, & cujus afflictas partes poſt acceptam cladem Gildo erexit. Gildonem, dum in Catholicos ſæviret, ubique Optatus, Episcopus Donatiſta, comitabatur, hinc ſibi nomen Optati Gildoniani contraxit.

Sæculum IV. A. C. 373.

Optat. l. 2.

Sup. l. X. §. 26.

Epiſt. Conc. Rom. to. 2. conc. p. 1002. Aug. de hær. c. 69.

Id. ep. 53. al. 165. Aug. II. cont. Petit. c. ult.

Id. III. cont. Creſc. c. 63. n. 70.

§. XL.

S. Optatus contra Donatiſtas calamum ſtringit.

Sanctus Optatus Epiſcopus Milevitanus, qui

Hier. ſcript.

Sæculum IV. A. C. 374.

qui nobis nomina Episcoporum Donatistarum Romanorum scriptis suis consignavit, illo tempore sub Valentiniano Imperatore libros edebat; scribendi autem occasio hæc fuit; cum Parmenianus Episcopus Donatista, & Donati Successor in Ecclesia Carthaginensi contra Ecclesiam librum scripsisset, plures Catholici existimaverant, utile fore, si utriusque partis sectatores ad amicum colloquium convenirent; hanc autem reconciliationis viam Donatistæ recusaverant, nec verbo alloqui Catholicos dignati, nec propius accedere, causam prætexentes, non licere cum peccatoribus communicare. Optatus ergo, cum alia ratione non posset, scriptis Parmeniano respondit, & demonstravit, quod aliqua protulisset, Ecclesiæ Catholicæ faventia, aliqua suæ Sectæ omnino contraria, aliqua, quæ videri possent Ecclesiæ adversari, non vera vero falsa, quale etiam illud esset, quod Ecclesia armatorum manus contra Donatistas expetiisset; id enim Optatus factum fuisse absolute negat.

Sup. l. XI. §. 46. Optat. lib. 1.

Hoc Optati opus in sex libros divisum est, nam plures S. Hieronymus nescio & de illo, qui hodie pro septimo habetur, an ejusdem Auctoris sit, dubitatur. In libro primo S. Optatus historiam schismatis Donatistarum refert, & filum suæ narrationis usque ad defensionem Felicis

Aptu-

Aptungitani continuat; hoc schisma ini- Sæculum IV.
tium duxerat paulo ante sexaginta annos A. C. 374.
occasione eorum, qui in Diocletiani per- *Sup. l. IX.*
secutione lapsi, traditores fuerant appel- *§. 34.*
lati. S. Optatus ut ostendat, utra pars *Sup. l. X.*
schismatis causa fuerit, his verbis ad Par- *§. 12.*
menianum utitur memorabilibus: *non Cæcilianus discessit a Majorino, avo tuo, sed Majorinus discessit a Cæciliano. Cæcilianus non defecit a Cathedra Petri, aut Cypriani, sed Majorinus, cujus tu Cathedram tenes, quæ ipso Majorino antiquior* pag. 439.
non est. In Libro secundo supponens tan- *Bibl. P. P.*
quam Principium inter Christianos non
controversum, unicam esse Ecclesiam, ex
Successione Episcoporum in Ecclesia Ro-
mana, hanc Ecclesiam esse Catholicam
probat, dum dicit: *negare non potes, in* p. 646.
urbe Roma Cathedram Episcopalem primum Petro fuisse datam, qui in ea sedit, cum esset omnium Apostolorum Princeps, ut per hanc unicam Cathedram omnes servarent unitatem; ne unusquisque Apostolorum propriam habere contenderet, & qui aliam erigeret, schismaticus, & peccator agnosceretur. (*) *In hac ergo unica Cathedra Petrus primus sedit, ei Linus successit,*

(*) In his verbis invictum latet argumentum, omnem Christianorum Ecclesiam Ecclesiæ Romano-Catholicæ Communionis vinculo non unitam,

Sæculum IV. A. C. 374.

S. Optatus Milevitanus.

ſucceſſit, Lino Clemens, Clementi Anacle-tus; tum ſucceſſere Evariſtus, Sixtus, Telesphorus, Hyginus, Anicetus, Pius, Soter, Eleutherius, Victor, Zephyrinus, Calliſtus, Urbanus, Pontianus, Antherus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionyſius, Felix, Eutichianus, Cajus, Marcellinus, Marcellus, Euſebius, Miltiades, Sylveſter, Marcus, Julius, Liberius, Damaſus, qui hodie noſter Confrater eſt, quocum totus Mundus, ſicut et nos, commercio litterarum formatarum communicamus. Oſtendite Cathedræ veſtræ originem, qui Eccleſiam apud vos eſſe aſſerematis! (*) *aliquam etiam urbis Romanæ partem*

eſſe Heterodoxam. Hinc veterum SS. Patrum, qui Epiſcopi erant, ſicut S. Auguſtini, Subſcriptiones legimus: Ego Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopus, omiſſo Eccleſiæ Particularis nomine.

(*) Id etiam a Proteſtantibus Catholicos ab ceſſentibus exigimus: oſtendite Cathedræ veſtræ originem! Cur Proteſtantes Doctorum, & Superintendentium ſuorum Seriem reticent? nempe nunquam non ſupereſſet Quæſtio: a quo eorum primus miſſus fuerit. Certe non ſine Dei Providentia factum, quod non tantum Pontificum Romanorum, ſed etiam aliarum Eccleſiarum Paſtorum v. g. Salisburgenſium, Friſingenſium, Auguſtanorum Succeſſionem habeamus. Si quis dicat: Illi Chriſti Cathedram tenent, qui ejus Verbo, nempe S. Scripturæ adhærent; non ad-

diendum

partem vobis tribuistis; si quis vero ex Macrobio scisciteturr, ubi sedeat? an poterit respondere, quod in Cathedra Petri? nescio, profecto! an illam aliquando viderit?

Sæculum IV. A. C. 374.

diendus est, nam dicit, quod non probat, scilicet ipsum potius, extra Ecclesiam Catholicam positum, quam Catholicos, Sensum S. Scripturæ, v. g. de Eychariſtia intelligere. Deinde omnium temporum Hæreticorum hic sermo fuit.

Dominus Samuel Formey Epistolam suam Responsoriam ad Eminentissimum Card. Quirini super Quæstione: an Cardinales illius ætatis vel Lutherus ad reformandam Ecclesiam magis idonei fuerint, anno 1749. in vernaculam linguam translatam claudit his verbis: Demnach werden mir E. Eminenz erlauben, daß ich meinen Lehrern, denen das wahre Wort GOttes eben so wohl als den Propheten, und Aposteln anvertrauet ist, so lange treue bleibe, bis ich dringendere Ursachen sehe, von Ihnen abzuweichen. Denn sie haben nichts gelehret, und nichts geschrieben, was nicht aus dem göttlichen Worte geschöpfet wäre. . . . Beständig haben sie jenes Gebot des Heylandes eingeschärfet: suchet in der Schrift. Denn ihr meinet ihr habt das ewige Leben darinn. Der gnädige und allmächtige GOtt aber schaffe, daß diese heilige Richtschnur des Glaubens, und des Lebens endlich einmal allen Christen einträchtig dargegeben werde. Haud dubie illi Doctores, & Pastores meliores sunt, qui se a JEsu Christo missos probant, quod Lutherus non potuit. Dicit

Sæculum IV. A. C. 374.

derit; nunquam ad illius Sepulchrum pius acceſſit, ubi duorum Apoſtolorum Monumenta conſpiciuntur; edicite! an eum quam ingredi licuerit, & ibi offerre Sacrifi-

cit Dominus Samuel in epiſtolæ titulo, Lutherum fuiſſe magis doctum, & magis pium quam illius temporis Cardinales. Sed nec Doctrina, nec Pietas Miſſionem demonſtrant. Hic dicit: denn das wahre Wort GOttes eben ſo wohl als den Propheten und Apoſteln anvertrauet iſt. At quo Signo, quo Indicio, quo Argumento? Si nulla alia Miſſio requiritur, multi Hæreſiarchæ Lutherano nec Pietate, ſi ita loqui lubet, nam plerique rigidiſſimum vitæ genus ducebant, nec Doctrina inferiores fuere. Item: Sie haben nichts gelehret. . . . was nicht aus dem göttlichen Worte geſchöpfet wäre. Quæ autem Auctoritas adeſt, quæ me adducat, ut credam, Reformatores, poſtquam ab Eccleſia Romana defecerunt, verum ſenſum S. Scripturæ cepiſſe, nulla præditos Prærogativa, quam non etiam quilibet alius vir prudens, & Doctus habeat?

Ultima verba, & votum, indicant Dominum Samuelem credere, in Provinciis Catholicorum S. Scripturam plebi ſubduci, quod tamen non fit. Omnibus, præter illa, quæ Die Dominica, & in Feſtis in Eccleſia explicari audiunt, Domi S. Scripturam legere licet.

In Præfatione dicit D. Samuel, incredibiles calumnias contra Lutherum omni tempore fuiſſe confictas. Ricciolum ſcripſiſſe: Er hätte ſich des Abends befreſſen, und beſoffen zu Bette gelegt.

crificium? (*) *fateri cogitur Collega ve-* Sæculum IV.
ster Macrobius, quod sedeat, ubi quondam A. C. 374.
Encolpius sedit, & si Encolpium interro-
gare possemus, diceret, quod Bonifacio
Ballesio successerit, qui rursus potuisset
respondere, se successisse Victori Garbensi,
jam diu ex Africa ob exiguum errantium
numerum a vestris misso. Quid sibi hoc
vult, quod Secta vestra in urbe Roma nul-
lum Episcopum Romanum habere potuerit,
& qui sibi in hac urbe successerunt, Afri-
cani sint, & homines exteri? quid mani-
festius imposturam prodere possit, non
video.

Donatistæ querebantur, quod fuerint a Catholicis crudeliter habiti; hæc S.

gelegt, und des Nachts hätte ihm der Teufel den Hals umgedrehet. In eben derselben Nacht wären alle Besessene von dem Argen befreyet worden, denn alle Satans hätten seine Seele in die Hölle begleiten müssen, und keiner ausbleiben dörfen. Der Beweis, mit welchem er seine Sache bestätiget, ist dieser, daß es einer von den Teufeln selbst ausgesagt hätte. Si quis Catholicorum aliqua scribat imprudens, id aliis non est imputandum, multo minus Ecclesiæ, nec ideo Lutheri Missio probatur.

(*) Hæc verba Interpres Protestans perfida solertia, ne Lectores Protestantes veritatem conspiciant, iterum omisit. Alios errores non memoro.

Sæculum IV. A. C. 374.

Optatus verbis expreſſis negat, contenditque, nullum a Parmeniano Epiſcopum, nullum alium Eccleſiæ miniſtrum nominari poſſe, qui eos perſecutus fuerit; econtra probrum in Donatiſtas regerit, & quanta crudelitate ſub Juliano in adverſarios ſuos egerint, fuſius enarrat.

Sup. l. XV. §. 32. Hujus accuſationis obtentum Donatiſtis erat Pauli, & Macarii in Africam profectio, quos ad unionem procurandam Conſtans miſerat; hinc S. Optatus accuſationem, rerum illa occaſione violenter geſtarum, toto libro tertio ab Eccleſia removet; probat, ſolos Donatiſtas hujus ſibi mali cauſam exſtitiſſe, nullamque in Eccleſiam culpæ partem rejici poſſe; *bonum malorum*, inquit: *nos nec voto, nec conſilio, & nequidem conſcientia rei ſumus, nihil hæc accuſatio ad nos!* dum loquitur de perorationibus Anti-Epiſcopi Donati, ad ſeditionem movendam aptis, & de obedientia Poteſtatibus ſublimioribus debita, dicit, Rempublicam non eſſe in Eccleſia, ſed Eccleſiam in Republica, id eſt, in Imperio Romano. (*) Et inferius: *Nemo ſupra Imperatorem eſt, niſi ſolus Deus, qui*

Sup. l. XII. §. 48.

p. 457.

p. 458.

p. 459.

(*) Ex hoc tamen nulla ſequitur confuſio, ut aliqui ex Proteſtantibus dicunt, aut dari Statum in Statu, nam Eccleſia non eſt Status, intellige Politicus; & ſi etiam minus proprie diceretur Status, nulla inde ſequeretur perturbatio, propter

Sæculum IV. A. C. 374.

qui Imperatori Imperium dedit; (*) dum ergo Donatus se supra Imperatorem extollit, se ipsum supra humanitatis fastigium collocare videtur, & Diis æquare.

S. Optati Milevitani Libri.

In Libro quarto dum de peccato originali differit, memoratu digna sunt verba sequentia: *nemo ignorat, omnem hominem in hunc mundum venientem, quamvis ex parentibus Christianis nascatur, sine Spiritu mundi nasci non posse, atque hunc Spiritum ante lavacrum salutare ex homine necessario ejiciendum esse. Hoc exorcismus efficit, per quem Spiritus immundus expellitur.* p. 469. In libro quinto de Baptismo differit, & demonstrat, Baptismi valorem a Ministri Dignitate non dependere; *operarii mutantur*, inquit: *& alii aliis succedunt, at Sacramenta mutari non possunt; ipsa per se, non item homines, sancta sunt.* p. 474. In libro Sexto S. Optatus Sacrilegia Donatistis exprobrat, quæ in Ecclesiis Catholicorum, regnante Juliano,

propter diversum ordinem, nam Clerici Principibus subordinantur in Civilibus, & Laici Episcopis in Spiritualibus.

(*) S. Optatus non favet opinioni illorum, qui dicunt, Potestatem Ecclesiasticam in Reges, eorumque Temporalia indirecte extendi. Si enim Rex habeat Potestatem aliquam supra se in Temporalibus, æquali modo subditur, sive illa Jurisdictio Titulo directo, vel indirecto exerceatur.

Sæculum IV. A. C. 374.

no, commiserant; ex quo libro cognoscitur, Altaria structa fuisse ex ligno, eaque ad celebrationem Mysteriorum linteo fuisse contecta; præcipue autem, & clarissime ex hoc Optati opere patet, quanta Fidelium reverentia erga Altaria, & vasa sacra tunc fuerit; quod Evchariſtiam verum Sacrificium esse crediderint, Spiritum Sanctum in altare descendere, & Corpus JEsu Christi ibi præsens esse, sicut in cruce fuit, quando eum Judæi occiderunt; (*) inter enormia crimina reputasse, altare evertere, frangere, aut ad usus profanos adhibere calices, qui JEsu Christi sanguinem continuerant.

Sup. l. XV. §. 32.

L. VI. init. p. 479. 480.

§. XLI.

(*) Hæc verba pro reali JEsu Christi Præsentia in Evchariſtia contra Protestantes non solum clara sunt, sed nec clariora esse possent, nisi forte dicant, Corpus Christi in Cruce tantum ad speciem, & non vere præsens fuisse.

Interpres Protestans pag. 306. verba: Spiritum S. in Altare descendere. omisit. Si de Cœna Protestantium scripsisset, bene fecisset, nam ibi necesse non est, ut descendat Spiritus Sanctus, & panem in Corpus Christi convertat. Rursus idem Interpres pag. seq. verba sequentia: *profanos adhibere Calices, qui JEsu Christi Sanguinem continuerant*, omisit. Prô fidem hominis!

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. XLI.

Leges Valentiniani.

Imperator Valentinianus contra Donatistas legem tulit, eamque misit ad Julianum Proconsulem Africæ, quæ statuebat, ut ille, qui rebaptizasset, Sacerdotio indignus pronuntiaretur. Data est hæc lex Treviris, decimo Calendas Martii, Valentiniano, & Valente quarto Consulibus, id est, vigesima Februarii, anno 373. *Lib. 1. Cod. Theod. de Sanct. bapt.*

Anno superiore, nempe 372. legem ediderat contra Manichæos, ad Ampelium Præfectum Romæ datam, qua præcipiebatur, ut ubicunque congregati inventi fuissent, eorum Magistri severe punirentur, & domus, in quibus docuissent, ad Fiscum Cæsareum traherentur. Lex ista illius inquisitionis effectus fuisse videtur, quæ Romæ anni 371. & 373. contra Magos imperata fuerat, quippe Manichæi quoque Magi, venefici, incantatores, & præstigiatores esse incusabantur. *Lib. III. Theod. de hæret.* *Epiph. hær. 66. n. 13. & n. 88.*

Præterea Valentinianus legem Clericis minus honorificam, necessariam tamen tulit. Ecclesiastici, & Continentes, id est, Ascetæ, seu Religiosi, viduas, aut puellas, parentibus orbatas, in ædibus earum invisere prohibebantur, facta consanguineis, & affinibus eorum licentia, tales ad publica tribunalia deferendi. Illud quoque in illa lege statuebatur, Cle- *L. XX. Th. de Episc.*

Sæculum IV. A. C. 374.

ricos a muliere, ad quam Religionis obtento familiarius accessissent, nec ullo donationis titulo, nec testamento, aut interposita tertia persona quidquam posse acquirere, apposita confiscationis pœna, nisi aliunde, & propinquitatis jure talium fæminarum hæredes essent. Hæc lex ad S. Damasum Papam directa est, & in Ecclesiis urbis Romæ tertio Calendas Augusti, Valentiniano, & Valente tertio Consulibus, id est, 30. Julii anno 370. promulgata. Nihil credere prohibet, hanc legem ipso Papa postulante fuisse editam, ut potestatis sæcularis auxilio reprimeretur avaritia quorumdam Clericorum, nobiles fæminas Romanas ambientium, ut partem divitiarum, quas illæ possidebant immensas, eblandirentur. (*)

§. XLII.

(*) Hæc Reflexio Fleurii Protestanti Interpreti nullatenus placet, sed calumnias contra S. Damasum Papam prosequitur in adjecta Nota. Dahingegen andere wahrscheinlicher also geschlossen: Weil *Damasus* selbst nicht viel getauget, und seine Tugenden die Geistlichen nicht bessern können, so habe der Kayser zufahren, und seinen Befehl öffentlich ablesen lassen müssen. Hæc ipse sine omni fundamento. Deinde S. Hieronymi Satyra contra mores quorumdam Clericorum summopere delectatur. Unnam iste homo nihilominus sicut S. Hieronymus

§. XLII.

Sæculum IV.
A. C. 374.

Martyres inter Gothos.

Circa illud tempus inter Gothos perſecutio exorta eſt, & quorumdam Chriſtianorum ſanguis effuſus. Jam diu Chriſtiana Religio inter illos populos vigebat, quos veteres nonnunquam cum Scytharum, & Sarmatarum nominibus confuderunt. Theophilus, Gothorum Epiſcopus, ut Socrates teſtatur, Concilio Nicæno adfuit, & ſubſcripſit. S. Cyrillus Jeroſolymitanus ſuo ævo fuiſſe Martyres inter Gothos, & inter Perſas, teſtatum facit; atque alibi Gothos, & Sarmatas illis nationibus annumerat, quæ præter ſimplices Chriſtianos, Epiſcopos quoque, Clericos, Monachos, Virginesque habebant. Philoſtorgius narrat, maximam Getarum, id eſt, Gothorum multitudinem, ſub Conſtantino Magno patria ſua Religionis cauſa expulſam, adveniſſe, quos Imperator in Mœſia habitare juſſiſſet; converſionis eorum originem reducit ad illud tempus, quo Imperatore Gallieno in Aſiam minorem, præſertim in Galatiam, & Cappadociam excurrebant.

Euſeb. vit. III. c. 7.

Socr. II. c. 41.

Cyrill. Catech. 10. p. 92.

Catech. 16. p. 186.

Philoſt. II. c. 5.

Sup. l. VII. c. 58.

Sub

mus in Communione Romana viveret, & oculos aperuiſſet, dum in præcedenti Paragrapho S. Optati irrefragabilia Teſtimonia propria manu ex Gallico in Germanicum transtulit; extra Communionem Romanæ Eccleſiæ non eſſe Salutem.

Sæculum IV. A. C. 374.

Sozom. VI. c. 37. Socr. IV. c. 33.

Sub Valentis Imperio divisi erant Gothi, & duobus Regibus Fritigerno, & Athanarico parebant. Pars eorum maxima Idola adorabat, & Christianorum multi Martyrio affecti sunt sub Fritigerno, quamvis esset Romanorum fœderatus. At sub Athanarico, Christianorum hoste, dirissima persecutionis procella in Christi Confessores incubuit. Multos ille Rex diverso suppliciorum genere sustulit, quosdam, quod animosius judicibus suis responderent, multos etiam inauditos. Idolum, currui impositum, per eorum tuguria circumduci præcepit, qui Christo nomen dedisse accusabantur, hoc Numen adorare, eique sacrificare jubebantur, recusantium tectis ignes ingerebantur, quibus unacum suis incolis consumebantur; ut flammas evaderent, multi homines omnis sexus, & ætatis, atque hos inter infantes, ubera matris sugentes, in illam casam, quæ eis pro Ecclesia erat, confugerunt, at huic quoque inhumani Idololatræ faces injecere, atque ita omnes uno incendio conflagrarunt. Athanaricus magno Christianorum numero interfecto, cum tandem suam ipse crudelitatem horreret, reliquos variis modis cruciatos, suo regno ejecit, & in Romanorum terras migrare coegit. Hi Martyres, teste S. Augustino, erant Catholici, & necdum Arianorum pestis Gothos infecerat.

Hier. Chron. an. 370. Isid. Chron. Ær. 407. Aug. XVIII. civit. c. 52. Amb. in Luc. l. II. n. 87. v. Rainart. acta Martyr. pag. 671. Menol. 26. Mart.

Inter

Inter tot Martyres paucorum nomina, aut vita nota est. Nominantur Barthus, & Verea Presbyteri, atque Arpila eremita, qui cum viginti tribus aliis in quadam Ecclesia congregati flammis consumpti feruntur; horum quidem Martyrium ad Regnum Imperatorum Valentiniani, Valentis, & Gratiani, sed sub quodam Rege Jungherico, refertur. Sub Athanarico S. Nicetas, & S. Sabas soli noti sunt. S. Nicetæ illustrius est nomen, & fama, quamvis de vitæ ejus historia pauciora, quam de S. Sabæ factis ad nos transmissa sint. Quæ de S. Saba habemus, certiora sunt, quia ea, per epistolam Ecclesiæ Gothorum ad Ecclesiam Cappadociæ, quo etiam ejus Reliquiæ translatæ, nobis tradita, in posterorum memoria perdurarunt. Sæculum IV. A. C. 374.

Acta Mart. sinc. p. 674.

§. XLIII.

S. Sabas.

Sanctus Sabas Gothorum de gente, & ab infantia Christianus, mitis erat ingenii, pacis amans, & verbis mansuetus, doctissimus in rebus Religionis, quam adversus Idololatras sine verborum fuco, sed virili libertate defendebat. Cantoris officium implebat, & omnia, quæ ad Ecclesiæ cultum faciebant, studiosissime curabat. Pecuniam condemnabat, gulæ illecebras fugiebat, & vitabat fæminarum

Sæculum IV. A. C. 374.

narum consortium, dies noctesque jejunio, & orationi intentus, omnium animos suo exemplo ad pietatem excitabat. Ingruente persecutione, cum Christiani Idolothyta manducare cogerentur, quorumdam Paganorum in propinquos suos Christianos misericordia consilium suggessit, ut eis carnes, non immolatas, manducandas proponerent, & pia astutia persecutores eluderentur; S. Sabas non solum comedere recusavit, sed etiam elata voce pronuntiavit; quicunque manducaret, jam Christianum non esse. Ita plures a lapsu revocavit. Hinc, quibus fraus, ut sibi videbatur innoxia, placebat, S. virum oppido ejecerunt; eum tamen post hæc rursus reduxerunt. Cum altera vice persecutores rediissent, quidam Pagani, falsis Diis sacrificantes, juramento affirmare parati erant, neminem in hac villa esse Christianum; Sabas vero audacter in eorum conventum se inferens, dixit: *nemo pro me juret, nam ego Christianus sum*; nihilominus urgentibus persecutoribus, propinquos suos absconderunt, & jurarunt, in hac villa unicum existere Christianum, nempe Sabam. Tunc Princeps, eo in conspectum venire jusso, ex circumstantibus percontatus est, quantum hujus hominis esset patrimonium? & intellecto, quod præter vestem, qua tegebatur, possideret nihil, contemptum

temptum abigi jussit, dicens, hujusmodi hominem nec prodesse quidquam posse, nec nocere. Sæculum IV. A. C. 374.

S. Sabas, fervente persecutione, cœlitus monitus est, festum * cum quodam Presbytero, nomine Sansala agere, tertia abhinc nocte quidam, nomine Atharides, auctoritate publica cum valida hominum manu in pagum irruit, Presbyterum in ejus domo dormientem invenit, & vinciri jubet cum S. Saba, quem pariter ex suo lecto extraxerunt. Presbyterum currui imposuere, at S. Sabam, ut erat, nudum per spinas, quas ante paucos dies incenderant, raptarunt, urgentes, eumque fustibus, & flagellis cædentes; ubi dies advenit, S. Sabas ait ad eos: *an non me nudum raptastis per loca aspera, & vepretis horrida? videte jam, an vulnerati sint pedes mei, aut in corpore meo ullum verberum, quibus me affecistis, vestigium deprehendere possitis?* Et nullum cujusquam plagæ signum viderunt; tunc prehensum currus axim humeris ejus imposuerunt, manusque ejus extensas ad extremas axis partes alligarunt, pedes quoque axi alteri affixerunt, sicque in terram dejiciunt, super utroque axe expansum; in isto cruciatu maximum noctis spatium relictus est, sed, ministris persecutoris dormientibus, venit mulier, quæ eum solutis vinculis liberavit. Ipse intre-

* *nempe Paschale.*

S. Sabas.

Sæculum IV. A. C. 374.

intrepidus in eadem domo permanſit, mulierem, liberatricem ſuam, quæ nocte ſurrexerat, in præparandis pro domeſticis cibis adjuvans.

Ubi illuxit, Atharides S. Sabam ligatis manibus ſuſpendi juſſit. Haud diu poſt hæc advenere ab Athariде miſſi, qui carnes immolatas afferebant, dicentes ad Presbyterum, & Sabam: *hæc vobis ſubmittit potentiſſimus Atharides, ut comedatis, & mortis pœnam effugiatis! non comedemus*, inquit Presbyter, *quia non licet; dicite Atharidi! expedire, ut non crucifixos, aut quocunque alio mortis genere tollat!* S. Sabas ait: *quis hæc ad nos miſit?* reſponderunt: *Dominus Atharides;* tum Sabas: *unus eſt Dominus, Deus, qui in cælo eſt. Carnes iſtæ impuræ ſunt, & profanæ, ſicut & ipſe, qui eas miſit, Atharides.* His verbis ex Atharidis ſatellitibus aliquis efferatus, teli, quod tenebat, ſpiculum eo impetu in loquentis pectus impulit, ut omnes adſtantes continuo exanimem corruiturum exiſtimarent; ipſe vero ait: *tu quidem occiſiſſimum me putas, at ſcito, tam parum quidquam doloris me ſenſiſſe, ac ſi laneum floccululum in me conjeciſſes.* Et revera nec ictus exclamavit, nec in ejus corpore vulneris locum videre erat. His omnibus compertis, Atharides necari eum juſſit. Igitur, dimiſſo Presbytero, S. Sabam

bam ducunt ad flumen tunc Musea, hodie Musous in Valachia, ut aquis submergerent; ipse dicebat: *quid peccavit Presbyter, quod mecum mori non liceat?* responderunt lictores: *ejus mortem imperare, tuum non est.* Tum Deum orare cœpit, nec toto itinere cessavit; ubi ad ripam fluminis ventum, ajebant inter se lictores: *cur non potius hunc virum dimittimus? innocens est; nunquam hoc factum ad aures Atharidis perveniet.* S. Sabas ait: *quid cunctamini, quod vobis imperatum est, facere? video ego, quæ vos videre non potestis; ecce in adversa ripa stant, qui me in Gloriam recipient.* His dictis proximè aquis admovent, usque in finem orantem, & Deum laudantem, & projectum in flumen, ligno, quod collo ejus alligaverant, præfocant. Ætatis annos numerabat S. Sabas triginta octo, passusque est die Jovis hebdomadæ Paschalis pridie Idus Aprilis, Modesto, & Arintheo Consulatum gerentibus, id est, 12. Aprilis anno 372.

Sæculum IV. A. C. 374.

§. XLIV.

S. Sabæ Reliquiæ.

Persecutionis ministri corpus Martyris ex aqua extractum, reliquerunt insepultum; a feris tamen & avibus intactum, Fideles custodierunt. Junius Soranus Dux Scythiæ, seu Tribunus mili-

Sæculum IV. A. C. 374.

tum, qui illis confiniis pro Imperatore præsidio erant, S. viri reliquias in Romanorum ditionem advehi jussit; deinde gratum facturus Cappadociæ, Patriæ suæ, easdem consentientibus Presbyteris illuc misit; S. corpori juncta est epistola Ecclesiæ Gothorum ad Ecclesiam Cappadociæ, & omnes Ecclesiæ universalis Fideles data. Hæc epistola narrationem Martyrii S. Sabæ continet, & clauditur in hæc verba: *quare, S. Sacrificium offerentes ea die, qua Martyr coronatus est, id ipsum fratribus nostris notum facite, ut Dominum ob hanc victoriam per totam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam laudetur. Salutate omnes Sanctos! salutant vos, qui nobiscum persecutionem patiuntur.* Non levis est conjectura, hunc Ducem Scythiæ eundem esse, cui S. Basilius scripsit epistolam, cujus ultima verba hæc sunt: *religiose facies, si Reliquias Martyrum in patriam tuam miseris, si verum est, quod ad me perscripsisti, persecutionem, quæ in vestris regionibus sævit, adhucdum bodie Martyres efficere.* Illuc quoque creditur, epistolam Ecclesiæ Gothiæ ad Ecclesiam Cappadociæ, quæ cum Reliquiis S. Sabæ missa est, a S. Ascholo Episcopo Thessalonicensi, Macedoniæ Metropolitano, fuisse compositam; duas quippe epistolas S. Basilii habemus ad S. Ascholum hac super materia, quarum prima respon-

Epist. 241. *p.* 1015.

Ep. 338. 339.

sum

sum ad Epistolam Ecclesiæ Gothorum esse videtur; in ea gratias Ascholo agit, quod sibi novum Martyrem ex Provincia barbara, Romanis vicina, & trans Danubium posita transmittat, atque etiam pro fideli, & egregia narratione Reliquiis adjuncta; memorat etiam hunc Martyrem ligno, & aqua consumptum fuisse, quod in Martyrii Historia expressis verbis legimus; & tandem S. Ascholo gratulatur, quod Patriam suam, nam & ipse erat Cappadox, tanto munere decoraret. Sæculum IV. A. C. 374. P. 1113.

§. XLV.

S. Basilii, & Eustathii Sebasteni amicitia.

Illo tempore S. Basilio præter continuas corporis infirmitates, quas patiebatur, sæpius cum Ecclesiæ inimicis tam domesticis, quam exteris pugnandum erat. Inter cætera Eustathii Sebasteni Episcopi separationem ægerrime tulit. Cum eo veteris amicitiæ vinculo conjungebatur, & pro viro pietatis singularis habebat; ex quo erat Episcopus aliquos viros, qui secum labores Episcopales partirentur, Eustathio commendante susceperat. Interim crebræ eundem vacillationes in fide aliquibus Catholicis, præsertim suo Metropolitano Theodoto Episcopo Nicopolis, minoris Armeniæ, cujus Provinciæ urbs *Sup. l. XIV. §. 1.* *Ep. 370. ad Hilar. ep. 79. p. 895.*

Sæculum IV. A. C. 374.

urbs Sebaſte erat, Metropolis, ſuſpectum fecerant; hinc Theodotus ſuam ulterius Euſtathio Communionem negabat; ut S. Baſilius adduci non poterat, ut ab eo ſepararetur, innocentem credebat, ex eo maxime tempore, quo Euſtathius Nicænam fidem Romæ, & Thyanæ profeſſus fuerat. Cum Theodotus S. Baſilium ad Synodum, a ſe celebrandam, vocaſſet, S. Baſilius ſuæ charitatis eſſe arbitratus eſt, ut illuc ſe conferret; & quia proficiſcenti per urbem Sebaſten erat transeundum, prius cum Euſtathio colloqui placuit; eidem illos propoſuit articulos, in quibus a Theodoto hæreſis accuſabatur, rogavitque, ut mentem ſuam ſibi candide aperiret; *Ego enim*, inquiebat: *in tua communione vivere cupio, ſi fidem Eccleſiæ tenes, ſin minus, ſeparari a te cogor.* Prolixos hac ſuper re miſcuere ſermones, quos ruens nox interrupit, antequam quidquam certi ſtatuiſſent; ſequenti luce repetiere colloquium præſente Presbytero Sebaſteno, nomine Pemenio, qui S. Baſilio vehementer obſiſtebat; nihilominus in unam tandem coiere ſententiam; verſus nonam ſurgentes ad orationem, ſimul Deo gratias egerunt. Provide judicabat S. Baſilius, iterum Profeſſionem fidei ſcriptam ab Euſtathio eſſe exigendam, ut autem tutius res ageretur, ſuper hac confeſſione Theodorum

Epiſt. 82. ad Patroph. ep. 187. p. 967. ad Terent.

dotum consulere, & ab eo fidei formulam recipere decrevit. Interim, ubi Theodotus rescivit, S. Basilium ad Eustathium invisisse, omittens quærere, quid inter ipsos actum fuisset, eundem, ut ad suum Concilium veniret, ultra non invitavit. Itaque S. Basilius redire cogitur, postquam mediam viam confeciſſet, sumopere dolens, quod tanti laboris, pro pace Ecclesiarum procuranda suscepti pretium perdidisset.

Cum aliquod tempus effluxisset, Getasum, S. Meletii prœdium, qui tunc ibi morabatur, venit; aderat quoque Theodotus, qui S. Basilium reprehendere cœpit, quod cum Eustathio amicitiam coleret; tunc S. Basilius sui cum Eustathio colloquii eventum narravit, eumque in quæstionibus fidei secum plene consensisse affirmavit; *Atqui*, inquit Theodotus: *certe quæ concesserat, negavit, quamprimum ab eo recessisti. Imo*, reposuit Basilius, *pessimi doli suspicio in eum non cadit. Scio ipsius animum a minimo mendacio abhorrere. Ut autem omnis dubitandi causa tibi adimatur, formulam, qua fides clarissime explicetur, ei subscribendam proponamus, si subscribere recuset, tunc me ab ejus communione subtrahan.* S. Meletio, & alio, qui præsens erat, Presbytero, nomine Diodoro, probabatur consilium; ipse Theodotus consensit, rogavit-

Sæculum IV. A. C. 374.

gavitque S. Basilium, ut ad se, & Ecclesiam suam Nicopolitanam inviseret. Ita tunc quidem discessum, Basilio Getasi remanente; at cum deinde S. Basilius Nicopolim advenit, noluit eum Theodotus ad orationis communionem admittere, nullam aliam causam edicens, quam quod ille in suam communionem Eustathium recepisset.

Ep. 187. *p.* 966. *p.* 968.

S. Basilius patienter tulit hunc contemptum, quem suis peccatis debitum putavit; quo non obstante Nicopoli Satalim in Armeniam perrexit, ipsi enim unacum Theodoto incumbebat, illi Provinciæ dare Episcopos. Hoc ipsum non sine Imperatoris mandato fiebat, atque Comes Terentius, Christianus, quemque S. Basilius maximi faciebat, sollicite ei istud negotii commendaverat. At nocebat Theodoti indignatio, qui, si huic cœpto foviisset, non deerant in ejus Diœcesi viri pii, idonei, linguæ illius gentis periti, & morum illorum conscii, quos submittere potuisset; nihilominus S. Basilius, etiam solus, opus aggressus est; pacem inter Episcopos Armeniæ reduxit, ut noxium torporem excuterent, excitavit, &, ne relaberentur, utiles Leges dedit; Ecclesia Satalensis ab illo tempore Pastore destituta erat, ex quo Elpidius ejus Episcopus ab Arianis in Concilio Constantinopolitano anno 360. depositus fuerat,

S. Basilius.

Sup. l. XIV. §. 22.

rat; totus populus, urbisque Senatus decreto publico a S. Basilio petierunt, ut sibi Episcopum constitueret, & constituit quemdam, nomine Pemenium. Is S. Basilium sanguine contingebat, eique in Regimine Ecclesiæ Cæsarienſis utilissime serviebat, ipsi æque, ac toti populo charissimus, quo tamen amore hujus Ecclesiæ, cui eum necessarium credebat, privare se voluit. Sæculum IV. A. C. 374. *Ep.* 183. & 296.

Verumtamen videns S. Basilius, semper Eustathii fidem nemini, præterquam sibi, non esse suspectam, in se ipsum quoque eandem suspicionem cadere, & quidquid diceret, faceretve, tamen dubium aliorum mentibus non eximi, cum altera jam vice esset Nicopoli, fidei formulam scriptam, ad Theodoti placitum concinnatam, quam hodieque habemus, ad Eustathium perferre in se recepit; hæc formula præcipue ad auctoritatem Symboli Nicæni, quod in ea totum refertur, confirmandam tendit; explicat, quomodo illud Symbolum in Deo unicam Essentiam admittat contra Arianos, & plures Hypostases contra Sabellianos. Anathema dicit illis, qui Spiritum S. Creaturam faciebant, & Marcellus Ancyranus nominatim condemnatur. Eustathius huic fidei Confessioni subscripsit his verbis: *Ego Eustathius Episcopus ista tibi Basilio legi, & significavi, approbavi, & subscripsi,* *Ep.* 82. *p.* 908 *Ap. Basil. ep.* 78.

Sæculum IV. A. C. 374. *psi, fratre nostro Frontone, Chor-Episcopo Severo, & quibusdam aliis Clericis præsentibus.*

§. XLVI.

Eustathius S. Basilio adversatur.

Ep. 80. *p.* 908 *p.* 909. Sanctus Basilius, accepta hac formula, Concilium Provinciæ, id est, Cappadociæ, & Armeniæ convocavit, ut inter Episcopos solida concordia stabiliretur. Eustathius seipsum venturum, & Discipulos suos adducturum promisit. Tempore, locoque constituto in S. Basilii Diœcesi, ipse primus se illuc contulit, ut vicinos exciperet, eosque, qui venire cunctabantur, per cursores monuit. Interim nemo nomine Eustathii delegatus comparebat, & quos ad eum S. Basilius miserat, reversi attulerunt, se inveniisse Eustathii Sectatores turbatos, & murmurantes, quod sibi fides nova fuisset proposita, asseveravisse etiam, non passuros, ut Eustathius ad Concilium iret. Tandem postquam diu fuisset exspectatus, Eustathius hominem misit, qua se excusatum haberi petebat, nulla eorum, de quibus antea conventum, facta mentione. Præsules, qui ad S. Basilium venire lætissimi festinaverant, quod sinceram pacem firmandam sperarent, confusi, & afflicti recedere coacti sunt. Ita tandem S. Basilius Eustathii hypocrisin agnovit, ejusque perfi-

perfidiam illis, qui tanto tempore, ne ei fideret, monuerant, melius, quam sibi, fuisse perspectam; hanc humiliationis occasionem S. Basilius lubentissimo animo suscepit. Sæculum IV. A. C. 374.

Causa, cur Eustathius suam in fide mentem prodiderit, hæc erat, timebat nempe, ne Comunio Basilii, & fidei Confessio, quam suo nomine signaverat, suæ fortunæ apud Euzoium Antiochenum, & in aula Cæsaris noceret, illam enim fidem, quæ rebus suis esset utilior, sibi tenendam existimabat, & temporis serviebat; ergo in publicis conventibus S. Basilii famam lacerare, atque erroris in Doctrina incusare cœpit. Haud diu post, itinere in Ciliciam suscepto, cuidam nomine Galesio formulam suæ fidei pure Arianam tradidit. Ex hac profectione redux scripsit S. Basilio, se ejus communioni renuntiare, & causam addebat: *Quia Epistolam scripsisti ad Apollinarem, & cum Presbytero Diodoro communicas.* Is erat Diodorus, qui postea in Episcopum Tarsensem creatus est. Hæc, aut similis Epistola S. Basilio allata est a Diœcesis Sebastenæ Chorepiscopo, qui, postquam triduum Cæsareæ consumpsisset, in serum vesperum ad domum S. Basilii se contulit; respondentibus domesticis, Episcopum cubitum concessisse, & dormitare, acquiescens recessit; sed altera die non

Ep. 72. p. 867

ep. 73. p. 871.

ep. 79. p. 898.

p. 196. p. 980.

ep. 82. p. 909.

Sæculum IV. A. C. 374.

rediit, Epistola autem, quam ferebat, Senatoris cujusdam familiaribus tradita, in patriam suam rediit. Captata inde occasione Eustathius dixit, jam Basilium intolerabili fastu se gerere, eosque, qui a se mitterentur, etiam Chor-Episcopos nolle recipere. Epistolæ Eustathii S. Basilius nullum responsum dedit, non equidem, quod eum sperneret, sed extremo dolore obrutus, & profundam dissimulationem obstupescens decrepiti senis. Eodem tempore Eustathius longum sermonem edidit, mixtis injuriis, & calumniis in S. Basilium, quem Homoousiastam appellabat, & doli mali postulabat, quod se ad subscribendum formulæ induxisset. Hoc scriptum, quod S. Basilius libellum divortii vocat, ad legem antiquam alludens, ad quemdam Diaconum, nomine Dazizum datum erat, & intra paucos dies per totam Ponti Provinciam omnium manibus terebatur, in Galatiam quoque, Bithyniam, & usque ad Hellespontum delatum est; septem omnino diebus in Diœcesi scriptum illud de manu ad manum peregrinabatur, antequam ad S. Basilium Episcopum potuerit pervenire. Summa illius libelli erat, calumnia, quod S. Basilius cum Hæresiarcha Apollinari communicaret, & tanti indicii argumentum, una Epistola, nihil præter vulgares humanitatis formulas continens, ante septen-

Ep. 82. *p.* 910.

Ibid. p. 911.

Ep. 345. *ad Genethl.*

Deut. 24. 1.

Sæculum IV. A. C. 374.

septendecim omnino annos ad Apollinarem data, illo tempore, quo tam S. Basilius, quam Apollinaris adhucdum erant Laici; nec ipsam Epistolam, sed tantum descriptum exemplum producebat Eustathius; in fine autem errores contra fidem apposuit, dicens, hæc esse hæreticorum verba, ita ut simpliciores facile credere potuissent, eadem sicut & Epistolam S. Basilii esse. His calumniis S. Basilius nihil nisi modestum silentium opposuit, atque per annos tres librum nullum in suam defensionem publicavit; aliquas tamen Epistolas ad suos amicos dedit, ut se ab erroribus Apollinaris alienissimum declararet. Dilucide opinionem suam cuidam nomine Olympio Neo-Cæsarienſi aperuit. Scripsit super his ad S. Meletium, hanc Apollinaris Doctrinam esse posse, non credentem. Scripsit etiam ad Theodotum Nicopolitanum. Tunc Eustathius reconciliationem optare videbatur, opera S. Eusebii Samosateni procurandam, cum vero S. Basilius expetiisset, ut clare, & expresse profiteretur, se omnes illos a sua Communione rejicere, qui fidem Nicænam non reciperent, & S. Spiritum Creaturam dicerent, Eustathius non nisi fusissimo, & universalia continente sermone respondit. S. Eusebius hoc responsum ad S. Basilium transmisit, & ad pacem hortabatur, cui S. Basilius

Ep.73.p.872 eod. ep. ad Genethl. p. 1121.

Ep.382. ad Olymp. ep.73.p.869.

Ep.382. ep. 59.ad Melet.

Ep. 196. ad Theod.

Ep.265. ad Samos.

Sæculum IV. A. C. 374.

filius repoſuit: *Paratus ſum pro pace vitam dare, ſi ſolida ſit, & ſincera. Reſpondeat Euſtathius uno verbo, quod communioni inimicorum fidei renuntiet, omnium, quæ contigerunt, me ſolum reum eſſe confitebor, ſed cum hypocrita altari appropinquare exhorreſco.* Ex eo tempore in duas partes Eccleſia Sebaſtena diviſa fuit, una parte adhærente Euſtathio, Epiſcopo ſuo, altera Baſilio. Hæc inter hos duos geſta ſunt ſub initium Epiſcopatus S. Baſilii, usque ad annum ferme 373. (*)

Ep. 8. *p.* 793. *ep.* 264 *p.* 1037.

§. XLVII.

(*) Hic annotationem ſubjicit Proteſtans: In dem 79ſten Brief entſchuldiget ſich *Baſilius*, warum es ihm ſo ſchwer worden zu glauben, daß *Euſtathius* ein Arianer ſey, ungeachtet ꝛc. Tum ex S. Baſilii Epiſtola 79. affert verba: *Multa cura ac ſollicitudine opus eſt . . . . ac multis lacrymis quoque quærenda eſt a Deo veritas ei, qui Fratris velit amicitiam abjicere.* Et ſubjungit in fine: Wie ſehr wäre es zu wünſchen daß dieſes von andern gleichfalls wäre in Betrachtung gezogen worden, ſo würde gewiß das ſiebenfache Band damit uns die Natur, und Religion mit einander verbunden haben, Eph. 4. ꝛc. nicht ſo leichtſinnig ſeyn zerriſſen worden. Optimum ſuſpirium! ſed quæſtio eſt, quænam Pars temere ab alterius Communione receſſerit? Certe Eccleſia

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. XLVII.

S. Basilius coram Modesto.

Persecutionis sub Valente Sanctus Basilius quoque pars fuit. Ipse Valens Imperator Cæsaream Cappadociæ venturus erat, & cum jam non longe abesset, Modestum Præfectum Prætorii præmisit, cum imperio, ut Basilium cum Arianis communicare cogeret, aut urbe ejiceret. Modestus sub Constantio Orientis Comes fuerat, ab Arianis baptizatus; sub Juliano Idola colere visus est, qui eundem Constantinopoli præfecit; & Valens Prætorii Præfectum atque Consulem anno 372. creavit; nempe Modestus callidissime Imperatoris vitiis adulabatur, socordiam fovebat, dum diceret, Judicis officium infra tanti Principis Majestatem esse, crudelitatem naturalem probando alebat. Ipso potissimum Auctore in Magos fuerat inquisitum. Ipsius ingenii partus fuit illud inventum, quo octoginta Sacerdotes, Constantinopoli a Catholicis ad Valentem delegati, in mediis maris fluctibus flammis consumpti fuerant. Is ergo Modestus ad suum Tribunal

Greg. Naz. Or. 20. p. 348 Theod. IV. hist. 19. Socr. IV. c. 26. Soz. VI. c. 16. Amm. XIX. c. 12. XXX. c. 4. & ibi. Vales.

Sup. §. 28. §. 13.

clesia Romana erat in Possessione. Non multum aberraverit, qui dixerit; Dei vindictam & pœnam inflictam peccatis Christianorum esse funestum Schisma.

Sæculum IV. A. C. 374.

nal S. Basilium adduci jussit, sedens, omnibus Dignitatis suæ, qua Major in Imperio Romano non erat, insigniis stipatus, lictores, fasces, præcones, apparitores formidinem aspicientibus incutiebant. Præsentem simpliciter nomine suo eum compellans, ait: *Basili! quid tibi vis, quod supremæ Potestati resistas, & solus tanta temeritate sis?* Respondit Basilius: *Qua in re ego resisto, & de qua temeritate narras tu?* *De illa,* inquit Modestus: *qua Imperatoris Religionem non profiteris, postquam paruerunt omnes cæteri.* Basilius: *Hujus rei causa est, quod id mihi Imperator meus prohibeat, & nullatenus adduci possim, ut creaturam adorem, cum ipse ego Dei creatura sim, cui imperavit, ut Deus sim!* Hoc referebat ad illos Scripturæ textus, ubi homines Dii nominantur, præsertim Sacerdotes. Modestus: *Quos denique nos esse putas? An nostram communionem contemptu tuo dignam existimas?* Basilius: *Id quidem verum; Præfecti estis, & viri illustres, non tamen supra Deum timendi. Magni faciendа est Principum virorum communio, quia Dei creaturæ estis, non autem pluris æstimanda est, quam communio illorum, qui vobis obediunt, non enim status conditio, sed fides Christianos discernit.* Commotus Modestus, de Sede sua exiliens, ait: *Non ergo times, ne iratum me sentias, & pote-*

Greg. Nyss. 1. in Eun. p. 51. Greg. Naz. p. 349.

Psalm. 81. 6.

Sæculum IV. A. C. 374.

potentiæ meæ effectus experiri cogaris? Basilius: *Qui sunt hi effectus? indica mihi!* Modestus: *Privatio bonorum, exilium, equuleus, mors truculenta.* Basilius: *Alia mala minare, si potes, horum quippe nullum ad me pertinet.* Modestus: *Quid ais?* Basilius: *Quia nempe nihil habentem bonorum privatio non terret; nisi forte libros, quibus tegor, centones habere desideras, & pauculos libros, quibus equidem nihil mihi in vita charius. Quid exilium sit, nescio, non enim hanc regionem tanquam meam reputo, patria erit, quocunque delatus fuero, cum Deus totius orbis terrarum Dominus sit. Quid mihi tormenta noceant, vix corporis umbram trahenti? non erit vulneribus locus. Mortem si inferas, gratiam facies, & citius conjunges Deo, cui soli vivo, & ad cujus aspectum jam diu pervenire festino.*

Præfectus, multum miratus viri constantiam, ait: *Nemo unquam tanta audacia Modesto locutus est.* Respondit Basilius: *Forte etiam nunquam in Episcopum incidisti, nam in simili causa similia tibi dixisset. In omnibus aliis causis hominum mitissimi, & obedientissimi sumus, quia Lex nostra idipsum præcipit. Abest omnis fastus etiam inter privatæ sortis homines conversantibus, quanto magis absit, quando agendum est nobis cum maximis Mundi Principibus? Quotiescunque autem*

Sæculum IV. A. C. 374.

autem causa Dei agitur, nihil nisi solum Deum præ oculis habemus. Tunc ignes, gladii, Bestiæ, ungulæ ferreæ deliciæ nostræ sunt. Itaque minamini, tota, quamcumque habetis, potentia vestra nos obruite, torquete, occidite, nunquam tamen, quod ipse Imperator sciat, ex hoc certamine victores abibitis. Præfectus, intelligens Basilium vinci non posse, honestius ei loqui cœpit, dicens: *Nihil ergo te moveat, quod possis, si velis, Cæsarem, Romani Imperii Dominum in medio populi tui conspicere, & inter tuos auditores numerare? si ex Symbolo unicam vocem, consubstantialis, expunctam volueris, totum negotium confeceris.* Respondit Basilius: *Hanc rem maximi facio, Imperatorem in Ecclesia, & communione cernere, nam uniuscujusque animæ ingens est pretium, quod vero ad Symbolum spectat, non solum quidquam addi, vel demi non patiar, sed nequidem verborum ordinem mutari feram.* Modestus: *Noctem tibi ad deliberandum concedo.* Basilius: *Cras lux alia, non alia mihi sententia erit.*

Greg. Nyss. 1. in Eun. c. 50.

Ruf. II. c. 9.

§. XLVIII.

Valens in Ecclesia S. Basilii.

Greg. Naz. p. 350. 351.

Præfectus Modestus, dimisso S. Basilio, celeriter ad Imperatorem reversus dixit: *Domine! victi sumus! Episcopus iste minis omnibus superior est, nisi vi fre-*

geris,

geris, nihil ages. Imperator vim ei inferri vetuit, cumque sincere ejus communionem recipere pudor prohiberet, timorque, ne inconstantis animi notam incurreret, simulavit tamen, & Ecclesiam S. Basilii ingressus est. Dies erat Epiphaniæ; venit Cæsar, integra Prætorianorum cohorte comitante, atque ad speciem populo catholico mixtus est. Tunc vero ut Psalmorum cantum audiit, viditque populum immensum, pulcherrimum in ipso Sanctuario, & locis proximis ordinem, sacros Ministros Angelorum speciem referentes, S. Basilium ante altare, corpore immoto, oculis vixis, spiritu in Deum collecto, stantem, ac si nemo adesset præter eos, quibus familiariter adsuevisset, atque omnes Episcopum circumstantes sancto metu, & reverentia plenos, ad rei, nunquam antea visæ, spectaculum ita obstupuit, ut ei caput quasi vertigine ageretur, & oculi caligarent; nemo statim ad tantam animi perturbationem advertit, sed cum oblatum, quod manibus suis præparaverat, Sanctæ Mensæ fuit inferendum, nemine illud pro more accipiente, quod nemo sciret, an S. Basilius acceptaturus esset, tam trepide ingrediebatur Valens, ut, nisi vacillantem Ministrorum sacrorum unus manu extensa sustinuisset, turpiter cecidisset. Hæc narratio, ex S. Gregorio Nazianze-

Sæculum IV. A. C. 374.

Sæculum IV. A. C. 374.

no desumpta, plura habet notatu digna. Hic deprehenditur, ut quis in plena Ecclesiæ communione esset, non sufficisse precibus interesse, imo & dona ad altare deferre, sed necesse fuisse, ut de Eucharistia participet; panem, quem quisque offerebat, suis manibus fuisse paratum, & ab isto usu nequidem Imperatorem fuisse exemptum; non enim apparet, hæc dona aliquid aliud, quam panem fuisse. Denique quamvis Valens esset Arianus apertus, & Ecclesiæ persecutor, eum S. Basilius non tantum non excommunicat, sed etiam in congregationem Fidelium ingredi permittit, & ejus oblatum recipit; id quidem verum, quod ex his scimus non possit, an eum quoque S. Sacrificio adesse passus fuerit.

Greg. Naz. p. 351. & ibi. Nicet.

Alia quoque vice Imperator aliquatenus in Conventu Fidelium communicavit, intra velum etiam Diaconiæ, seu Sacristiæ ingressus est, &, quod a multo tempore cupiebat, S. Basilio colloqui cœpit. S. Gregorius Nazianzenus, qui colloquentibus adstabat, testatur, S. Basilium tunc coram Imperatore, omnium audientium judicio, facundia, supra humanam, fuisse elocutum. Inter cœteros adstantes erat aliquis ex Imperatoris dapiferis, nomine Demosthenes, qui, S. Basilium reprehendens, barbarismum loquebatur, hunc S. Basilius intuitus, & subridens, ait: *Demosthe-*

Theod. IV. c. 19.

mosthenes ignorans! Demosthenes, ludibrio excitatus, minas injecit, respondit- Sæculum IV. A. C. 374.
que S. Basilius: *Cura, ut Imperatori, ad mensam accumbenti, nihil desit, theologica Theologis relinque.* Imperator S. Basilii sermonibus exquisitis captus, & delinitus, humanius Catholicos habere cœpit; prœdia, quæ in illis regionibus possidebat valde pinguia, ad usum pauperum leprosorum donavit.

§. XLIX.

Deus S. Basilium tuetur.

At Ariani continuo Imperatoris Valentis latus obsidentes, mitigatum animum brevi iterum in transversum egerunt; ipsis auctoribus ultimum admovit arietem, ut S. Basilium ad communicandum cum Arianis cogeret, invicte resistentem exilio damnavit. Jamque omnia luctuosæ perfectioni parata erant, juncta erant currui jumenta, S. Basilius turba amicorum circumdatus, æquo animo se itineri accingebat. Nox erat, & Imperatrix Dominica, hujus persecutionis causa, horrendis terrebatur somniis, & acutissimis doloribus torquebatur; simul filiolum, quem ex suo cum Imperatore conjugio susceperat, Galatem nomine, adhuc infantem eadem nocte violenta febris corripuit, & in extremum adduxit vitæ periculum; tunc illa ad *Soz. VI. c. 16. Socr. IV. c. 26. Greg. Naz. p. 352.*

Sæculum IV. A. C. 374.

Imperatorem dicebat, hos siniſtros caſus haud dubie a vindicantis Dei manu provenire. Interim infans cum morte luctari videbatur; cumque nihil opis in medicis eſſet, ad preces omnes convertuntur, ipſe Imperator, humi proſtratus, vitam parvuli a Deo deprecabatur; ſuorum chariſſimos ad S. Baſilium mittit, oratum, ut alacriter veniret ad Regiam; ipſo Palatium intrante, melius habere coepit puer, ſpes omnibus rediit, S. Baſilius in ſe recipiebat, ſanitatem ejus ſuis precibus a Deo impetrare, ſi modo poteſtas ſibi fieret, puerum in Doctrina Catholica inſtituendi. Accepit conditionem Imperator, in preces ſe dedit Baſilius, & ſanatus eſt puer. Haud multo poſt vero iterum Valens Arianorum importunitati ceſſit, & juramenti memor, quo ſe, Baptiſmum recipiens, in manibus Eudoxii obſtrinxerat, conſenſit, ut ab eis filius baptizaretur, qui relapſus in morbum haud diu poſtea animam egit.

S. Eph. in Baſ. p. 65. edit. Coteler.

Necdum triſtis caſus animum Valentis fregit; ſed Ariani S. Baſilii præſentiam impotenter ferentes perſuaſerunt Imperatori, ut eum in exilium mitteret. Exaratum erat Decretum, cui ut ſubſcriberet Valens, manu prehendit parvam arundinem, qualibus veteres, ſicut nos hodie calamis, utebantur, & quarum adhucdum in Oriente uſus eſt; ſed con-

fracta

fracta est arundo, quasi operam scripturo negaret; assumpta altera similiter in partes dissiliit; ipse proposito pertinaciter suo intentus corripit & tertiam, sed & tertia pariter soluta est; tum dextram contremiscere sentiens, & subito horrore turbatus chartam laceravit, & retractato, quod dederat, imperio, S. Basilio in sua Ecclesia pacem concessit. Præfectus quoque Modestus aliam mentem induit; cum brevi post hæc tempore in morbum incidisset, S. Basilium rogavit, ut ad se inviseret, seque in ejus ad Deum preces magna humilitate commendavit; recepit valetudinem, idque se S. Basilii orationibus debere publice profitebatur, nec unquam postea prodigia ab eo patrata enarrare cessavit; amicitiæ etiam vinculum exinde utrumque colligavit, & S. Basilius suo suffragio apud Modestum plurimum valuit, id enim ex pluribus S. viri Epistolis apparet ad Præfectum datis, quas reverentia æque, ac fiducia dictasse videntur.

Sæculum IV. A. C. 374.

Greg. Naz. p. 353.

Ep. 274. 275. *&c.*

Præfectus alius, nomine Eusebius, Imperatricis Dominicæ patruus, & juxta eam Arianus, S. Basilium persecutus est; persecutionis occasio fuit vidua illustri genere, quam aliquis ex Præfecti Assessoribus invitam ad nuptias parabat compellere; ipsa in Ecclesiam ad sacram mensam confugit; extradi Præfectus jussit, quod vero se facturum Basilius strenue negavit.

Greg. Naz. ibid. & Nicet. n. 79.

Sæculum IV. A. C. 374.

In furorem actus Præfectus quosdam suorum immisit, qui mulierem in ipso ejus cubiculo, non absque gravi S. Episcopi contumelia, perquirerent, quamvis non solum nunquam illuc fœminas reciperet, sed eæ vix in Virum sanctum oculos attollere auderent. His minime contentus Præfectus adduci sibi S. Basilium jussit, ut tanquam reus causam diceret; sedens ergo pro tribunali, & S. Basilio stante, imperat, ut attritum palliolum, quo humeros operuerat, ab eo diriperetur; S. Basilius ait: *Si jubes, etiam tunicam exuam.* Jussit Præfectus, ut verberaretur, & unguis ferreis discerperetur. S. Basilius dicebat: *Si mihi jecur evulseris, grandi malo liberaveris, vides enim, quod hepaticus sim.* Interim tota civitas, comperto Episcopi sui periculo, excita infremuit; nulli e civibus furiosius quam in textrinis, & armamentariis Cæsareis opifices exsiliere, cuique instrumenta, quibus ad opus suum utebatur, pro armis erant, aut quidquid promptius manu apprehendere potuisset; fœminæ, quibuscunque, si quæ antea ad laborem muliebrem apta, & nocere poterant, præ manibus essent, correptis, procurrunt ad Pastoris sui auxilium; actum erat de Præfecti vita; sed supplex furentibus occurrit, ne sic quidem vitæ securus, nisi S. Basilius sua auctoritate periculo liberasset.

§. L.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. L.

S. Gregorius ordinatus Episcopus Sasimensis.

Præter externorum hostium assultus, S. Basilio contra vicinorum quoque Episcoporum invidiam pugnandum fuit; purissima ejus fides quibusdam causa odii erat, nam plerique ideo veram Doctrinam confitebantur, ne populorum pietatem offenderent. Factorum gloria, qua S. Basilius eminebat, eo ferventius urebantur, quo magis vulnus prodere pudor vetabat. Hinc, occurrente occasione, in divisionem Cappadociæ in duas Provincias libentissime consenserunt, quod scirent id S. Basilio summam molestiam creaturum; is novæ molitioni restitit, quantum potuit, ut urbis suæ Cæsarienſis utilitati consuleret, cui hæc divisio plurimum detrimenti ferebat; sed frustra fuit; in duas Provincias divisa est Cappadocia, nempe in primam, cujus Metropolis Cæsarea permansit, & secundam, cujus Tyana urbs caput fuit. Tunc Anthimus Episcopus Tyanæus postulavit, ut hæc divisio, a sæculari Regimine imperata, in Ecclesiastico quoque locum haberet, Episcopi secundæ Cappadociæ sibi, ut Metropolitano obedirent, & nulla amplius in eos Basilio esset jurisdictio. S. Basilius antiquos limites, & Provinciarum divisionem, a Majoribus

Greg. Naz. or. 20. p. 355.

Epist. 379. ad Martin. 361. ad Abyrt. 331. ad Sophron.

Sæculum IV. A. C. 374.

ribus ſuis acceptam, conſervare volebat; ſed novus Metropolitanus Concilia celebranda turbabat, & in ſuas partes quosdam Epiſcopos pertrahebat, qui ita frigide cum S. Baſilio agebant, ac ſi eum nunquam antea noviſſent. Anthimus Presbyterorum aliquos ſuis ſermonibus cepit, alios e ſuis Eccleſiis ad alias tranſtulit. Quosdam ſibi Eccleſiæ Cæſarienſis proventus retinuit, illos potiſſimum, qui ab Eccleſia S. Oreſtis in monte Tauro reddebantur, & in via ducente Cæſaream per Tyanam vehebantur. Majus illud eſt, quod ſemel S. Baſilium per viam anguſtam prætereuntem tenuerit, & mulos abſtulerit. Ut vero his injuriis juſtitiæ ſpeciem affingeret Anthimus, S. Baſilium erroris in fide accuſabat, dicebatque hæreticis nullum tributum eſſe pendendum. Anthimus pro quadam Eccleſia in Armenia Epiſcopum, nomine Fauſtum, ordinavit, quem juſtiſſime S. Baſilius ordinare recuſaverat, irriſitque Virum ſanctum, quod ita ſcrupuloſe Canones obſervandos exiſtimaret.

Greg. p. 356. Baſ. ep. 195 ad Theod. 313. ad Pæmen.

At in adverſis creſcebat S. Baſilii conſtantia, non eum Anthimi improbitas a propoſito dimovit; plures ad Eccleſiæ emolumentum in illa Provincia inſtituit Cathedras; in Epiſcopatum erexit Saſimam, oppidum in via publica, quæ per mediam Cappadociam ducebat, & in

utrius-

utriusque Provinciæ finibus ſitum; ad novam vero Sedem occupandam S. Gregorium Nazianzenum deſtinabat; Gregorius Epiſcopatus nomen averſatus, negabat primo ſe Epiſcopum futurum, & longiſſime ab hac Dignitate ſuas cogitationes divertere affirmabat; ajebat præterea, locum hunc eſſe ad Sedem Epiſcopalem minime commodum, viam eſſe publicam, quam hominum advenarum quaſi colluvies inſediſſet, deficere aquam, pascua, & quæcunque reddere vitam jucundam poſſent, ubi nihil præter tumultum, & miſeriam videas, jurgia quoque perpetua cum Anthimo ſibi naſcitura; tum ſui ingenii fervore plus juſto non nihil abreptus, inquit: *ad hanc vitæ rationem ſuſcipiendam major; quam noſtra ſit, virtus requirenda eſt;* & denique amicitiæ jure liberrime uſus, de Baſilio querebatur, quod decepiſſet ſe, cum ad vitam ſolitariam fuiſſet exhortatus, ut deinde ad negotia publica pertraheret.

Sæculum IV. A. C. 374.

Or. 7. p. 143.

S. Gregorius.

S. Gregorius juſte conqueri plerisque videbatur, & dure nimis tractari ab amico; S. Baſilius vero in ſuo propoſito immotus perſtitit; unice, & ſuper omnia ſalutem animarum quærebat, nec amplius apud eum amicitiæ jura valebant, quando de majori Dei gloria agebatur; cum nihil ſupra Epiſcopatus faſtigium eſſe exiſtimaret, nulla ei ſedes, qua Epiſcopus ſederet,

Greg. or. 20. p. 356.

Sæculum IV. A. C. 374.

deret, anguſta videbatur; noverat etiam Chriſtianam amici ſui humilitatem, & quod ab eo exigeret, neutiquam viribus ejus majus eſſe conſtabat. Gregorii quoque Parens juncta cum Baſilio opera filio perſuaſit, ut Epiſcopatum Saſimenſem acciperet; ergo ordinatus eſt, quamvis ſecut ipſe teſtatur, coram ordinante caput magis, quam cor inclinaret. Hac occaſione, ut mos ferebat, brevem orationem pronuntiavit, in qua illatam ſibi amicorum vim Tyrannidem appellat, fateturque, ſe in Baſilium animo vehementer fuiſſe commotum, at nunc primos motus damnare, atque plene eſſe reconciliatum. Paulo poſt aliam orationem præſente Patre, S. Baſilio, & aliis, qui eum ordinaverant, dixit, in qua fuſius cauſas explicat, cur adeo onus Epiſcopale ſuſcipere timuerit, &, quam terribilis Epiſcoporum ſit obligatio, demonſtrat. Poſt hæc aliquando S. Gregorius S. Baſilii frater, jam tunc Epiſcopus Nyſſenus in Cappadocia in quemdam locum, ubi Martyrum agebantur feſta, advenit, tuncque iterum S. Gregorius Nazianzenus ad populum dicens, de ſua ordinatione mentionem facit, & quantum in ea ſuſcipienda animus repugnaſſet; queritur etiam ſero nimis adveniſſe Gregorius.

Or. 5. p. 135.

Orat. 5. p. 134.

S. Gregorius Nazianzenus.

Greg. ep. 32.

Interim quia Gregorius Saſimam adire cunctabatur, S. Baſilius ejus tardita-

tem

tem increpavit, cui respondit S. Gregorius: *gratissimum mihi negotium est, negotiis carere, hæc est gloria mea! si omnes me imitarentur, tota Ecclesia esset in pace.* Nihilominus hujus Sedis possessionem adire paranti, oppositi se Anthimus, occupatis palustribus viis, quibus Sasimam aditus erat, & ad S. Gregorii minas, quas intentabat, risit. Anthimus deinde Nazianzum ad Gregorium Senem invisit, movitque omnem lapidem ad permovendum filium, ut se tanquam suum Metropolitanum agnosceret, & subjectus esset, hac conditione promisit, permissurum se, ut quiete in sua Sede moraretur. S. Gregorio intolerabile videbatur postulatum, hinc Anthimus iratior, quam veniset, ab eo discessit. Scripsit ei deinde solemnem epistolam, qua eum, ut suum suffraganeum, ad Provinciæ Concilium vocabat; hæc vero epistola S. Gregorium vehementer offendit; tum Anthimus rogare, ut saltem ipse S. Basilium ad ineunda quædam pacta permoveret; sed S. Basilio displicuit, quod amicus ejus cum Anthimo hac super causa paciscí cœpisset; tot difficultatibus absterritum S. Gregorium novi Episcopatus tœdium subiit, & nullo unquam Episcopi officio functus, in solitudinem auffugit, ubi in quodam Nosocomio ægrotis pro morum Magistro simul, & famulo erat.

Sæculum IV. A. C. 374.

Id. ep. 33.

Carm. p. 9.

Carm. p. 8. *vita Greg. p.* 15.

§. LI.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. LI.

S. Gregorius Ecclesiæ Nazianzenæ cum Patre præest.

Carm. p. 8. 9. Sanctus Gregorius Senior non diu filium in illo secessu vivere passus est; primo quidem hortando instabat, ut Regimen Ecclesiæ suæ Sasimensis susciperet, cum vero hac ex parte inflexibilem inveniſſet, rogavit, ut secum Ecclesiæ Nazianzenæ onus vellet partiri, seque in extrema Senectute adjuvare; Gregorius instantissimis precibus Parentis, se teneriſſime amantis, resistere non voluit; noluit tamen se obligatum videri, ut post obitum Patris Episcopatum urbis susciperet, cum ad id nec promisso, nec canonica

Orat. 8. Electione teneretur. Hac occasione pro concione dicens, ad Patrem suum conversus ait: *non immerito, Pater! illam tuam animi magnitudinem, Majoribus nostris dignam, admiror; scrupulum contempsisti, quo multi nostro ævo laborant. Non times, ne sint, qui dicant, hic bonum Ecclesiæ tuæ Spirituale obtendi, quo amor carnis, & sanguinis involvatur, cum hodie plerique minimi gregis curam, rem magnam, & Regni quoddam genus existiment.* Edicit deinde, se nihil aliud promittere, quam Patrem Senem adjuvare, postea vero libere Spiritus S. instinctum

p. 148. secuturum, nec cuiquam jus fore, ut Patre mortuo invitum ad susciendam cu-

ram

ram Episcopalem cogat. *Nam a Christianorum lege*, inquit: *abhorrens est, invitos cogere, omnia libere fiant, Episcopi Magistratus non sunt, sed Præceptores; Religionis Mysterium plena voluntate suscipientibus proponendum est, non cum imperio obtrudendum.* Sæculum IV. A. C. 374.

Dum S. Gregorius cum Patre suo Ecclesiam Nazianzenam regit, Hellenius ejus amicus tributi Cæsareis in ea urbe Præfectus erat; ab hoc petiit Gregorius, ut decem, duodecimve Monachis faveret, illis ipsis, quorum jam antea meminimus, & quorum præcipui erant Cledonius, Eulalius, Helladius, & Carterius. Promisit Hellenius, eorum sibi maximam curam fore, atque in bonæ voluntatis præmium poposcit, ut sibi S. Gregorius aliquod opus, quod ipse composuisset, communicaret. S. Gregorius altera die Elegiam trecentorum sexaginta octo versuum ei submisit, in qua singulariter vitam Monasticam laudibus extollit, eosque, qui in urbe Nazianzena hoc vitæ genus profitebantur. In his versibus canendo refert, inter illos Monachos aliquos esse, qui catenis ferreis se onerarent, ut attererent corpus, alios, qui cellulis suis inclusi a nemine conspici sustinerent, alios qui viginti diebus, & viginti noctibus nihil cibi sumerent, ut medium tempus, quo Christus jejunasset, explerent.

Basil. ep. 33. 259.

Sup. §. 16.

Carm. 47. *p.* 106.

Sæculum IV. A. C. 374.

rent. Erat, qui ab omni eloquio abſtinebat, ſolo Spiritu Deum laudans; alios annos integros in Eccleſia perſeverabat, extenſis manibus, nunquam dormiens ſicut ſtatua inanimata. Hæc rigoris prodigia, niſi tanta eſſet teſtantis auctoritas, omnem fidem ſuperarent. In decurſu noſtræ narrationis alia ejusmodi exempla occurrent. S. Gregorius indignans refert, fuiſſe plures, qui hos Monachos tanquam proprii corporis interemptores damnarent. Ulterius in Laudes Virginum excurrit, narratque, quosdam Nazianzi in communitate, alias apud Parentes ſuos vivere. (*) Gloriatur, in urbe ſua Nazianzo, quamvis eſſet valde parva, magnum piiſſimorum Chriſtianorum numerum invenire eſſe. §. LII.

(*) Hic Interpres Proteſtans, qui ter quaterve iterum textus, de Evchariſtia, vel S. Communione, loquentes, peſſime reddidit, brevem ſubjunxit Notam: Wo Gregorius als ein Patron und Verehrer der Einſiedeley und des Mönches Standes dieſe Exempel nicht übertrieben hat, ſo muß man wenigſtens bekennen, daß durch dergleichen Strengigkeiten GOtt kein angenehmer Dienſt geleiſtet werden können. ... man findet auch, daß dergleichen übertriebene Uebungen überhand genommen, je mehr ſich die wahren Vorſtellungen von der Religion JEſu verlohren. ꝛc. Reſpondeo. Ex inſolitis pauciſſimorum hominum vivendi rigore ad totam Eccleſiam Catholicam nihil deduci, nihil conclu-

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. LII.

S. Gregorii Patris obitus.

Tandem S. Gregorius Senior viam Patrum ſuorum ingreſſus eſt, ferme centenarius; annos quadraginta quinque in Epiſcopatu expleverat; cum ultimo ægrotaret, diu autem, & inter acerbos dolores ægrotavit, nullum lenimen, quam S. Sacrificium celebrando, ſentiebat; bona ſua omnia teſtamento pauperibus reliquit, atque in ſepulchro, ſibi, filioque ſuo præparato, ſepultus eſt. Filius dilectiſſimo Patri, S. Baſilio, qui audito Gregorii periculo advenerat, & S. Nonna matre ſua præſentibus, oratione funebri parenta-

Greg. Naz. or. 10. p. 113.

di poſſe. Nihil ſimile hodie in Eccleſia auditur, nihil legitur, ſi iſtorum hominum rigor, error fuit, emendatus eſt; redeant ad Matrem Proteſtantes! Cetcrum falſum eſt veram Religionis JEſu Ideam in Eccleſia aliquando evanuiſſe. Multa vitia, multi abuſus irrepſerunt, qui poſt Concilium Trid. jam ſublati ſunt. Verum JEſu Chriſti Religionem in rigore, in jejuniis nimiis, aut quoquam alio, quam in Charitate, in Humilitate, in reliquis virtutibus moralibus, & præcipue in Fiducia erga JEſu Chriſti merita poſitam eſſe, nullus unquam Catholicorum docuit, nullus vir prudens credidit. At moderatus vitæ rigor ad conſervandam Charitatem eſt neceſſarius. Hæc & ſimilia Proteſtans noſter, dum ſæpe de Religione Catholica ſpecioſiſſime garrit, vel ſtupide ignorat, vel nequiter diſſimulat.

Sæculum IV. A. C. 374.

rentavit; Nonna autem defuncto suo marito ætate minor non erat, nec diu supervixit. In ea oratione S. Gregorius, maximum fuisse populi luctum ob amissum S. Pastorem, dicit, seque nullatenus dubitare, quin defunctus jam utilius coram Deo pro grege suo deprecetur, quam cum necdum mortalitatem exutus fecisset. Tum Ecclesiam describit, quam Nazianzi suis sumptibus ferme totam ædificaverat. Magnitudine, & pulchritudine plerosque alias superabat, figura erat octogona æquali facie, ædificium ornabant porticus, columnæ, laquearia, & opera sculptilia ad vivum expressa. Lux solis clarissime incidebat; ipsam Ecclesiam circumdabant ambulacra, quæ cum essent æqualibus angulis, vastum spatium includebant; portæ, vestibula longe ab advenientibus conspiciebantur. Universa lapide quadrato exstructa erant; bases, capitella, coronides nitido marmore splendebant. S. Gregorius Parens anno 373. obiisse creditur. Ecclesia ejus memoriam prima Jan. & S. Nonnæ nona Aug. colit.

p. 288.

p. 313.

Pag. an. 254. *n.* 8. *Martyr.*

S. Gregorio filio non ita cito, ac speraverat, licuit discedere; monebant amicorum optimi, ut cogitaret, quanto conatu hæretici huic Ecclesiæ imminerent, & permoverunt, ut aliquanto tempore eam regeret, non ut loci Episcopus, sed vicinus, qui Ecclesiæ vacantis curam gereret, quod

Greg. Naz. carm. de vita p. 9. *ep.* 42. *in fin.*

quod tunc temporis frequenter fiebat; nam semper affirmavit se nunquam Episcopum Nanzianzi, sed tantum Sasimæ fuisse; jamque, cum Patris exequiæ celebrarentur, Episcopis præsentibus edixit, se non diutius hanc Ecclesiam administraturum, quam donec ipsi alium Pastorem præfeciissent, quod ut facerent, suppliciter petiit. Jam ex tunc admodum infirma erat valetudine. Ad idem tempus, quo Ecclesiam Nazianzenam post Patris obitum procurabat, refertur illa oratio ab eo pronuntiata coram Juliano, veteri amico suo, cui tunc temporis Nazianzi collectio tributorum commissa erat. Ejusdem favori commendat pauperes, Clericos, Philosophos, id est, Monachos. *Hi in terris*, inquit: *nulli loco affixi sunt, vix corpora sua possident. Non est illis, quod Cæsari dent; omnia Dei sunt, hymni, preces, vigiliæ, lacrymæ; bona eorum eripi non possunt.* Julianus Gregorium invitaverat, ut ad se veniret, & se in disponenda tributorum exactione adjuvaret; sed morbo prohibitus non potuit venire. S. Basilii etiam epistolam habemus, qua ex quæstoribus aliquem rogat, ut Monachos tributorum publicorum pensione eximat, quod bona non haberent, utpote in pauperes distributa, nec corpora sua, quæ operibus pœnitentiæ consumerent. Inde colligitur Clericos, & Monachos sub hoc

Sæculum IV. A. C. 374.

Id. ep. 222. *p.* 909. *ep.* 225. *id. ep.* 65. *p.* 824.

Epist. 28.

Or. 9. *p.* 159. *Greg. epist.* 168. *Basil. ep.* 304. *Censit.*

Sæculum IV. A. C. 374.

Regno a tributis publicis immunes non fuisse; & vero exstat lex a Valente lata, quæ Clericos onera civitatum ferre jubet, qui nascendi conditione iisdem subjecti, & ex eorum numero, quos Curiales dicebant, nisi per Decennium in statu Clericali exstitissent. Hæc lex lata est anno 370. ad Modestum Prætorii Præfectum directa. Alia lege, quæ circa idem tempus lata creditur, idem de Monachis imperat.

Lib. 9. Cod. Th. de Episc. & ibi Goth.

L. 63. de Decurio. C. Th. Pag. an. 375. n. 10.

S. Gregorius non multo tempore post mortem Patris, & Matris suæ Nazianzi permansit; corporis infirmitatibus pressus, vitio sibi duci non posse credidit, si hanc Ecclesiam relinqueret, cui nullo nomine devinctus esset. Imo suo discessu futurum sperabat, ut Episcopi Ecclesiæ Nazianzenæ Pastorem eligere cogerentur, quod ipsos sæpe rogaverat, Ergo omnibus insalutatis recessit Seleuciam in Isauria, ubi S. Theclæ singularis honor habebatur. Erat ibi Monasterium Virginum, eique, ut verosimile est, cœnobium virorum conjunctum. Ibi S. Gregorius non modico tempore moratus, eum desidiæ aut quod Ecclesiam Nazianzenam contemneret, accusantibus respondebat; non se Disciplinæ Christianæ ita rudem esse, ut præmiis, quæ Deus jussu suo laborantibus promitteret, sterilem quietem præferret.

Ep. 225.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XVII.

DAMASUS, PAPA.
VALENTINIANUS, VALENS, ET GRATIANUS, IMPERATORES.

§. I.

S. Basilii Epistola ad Occidentales.

Episcopi Orientis altera jam vice opem Episcoporum Occidentalium statuerunt implorare. S. Basilius S. Eusebio Samosateno Auctore ad S. Meletium scripsit; & inter alia dicit: *illud omnium maxima necessarium esse arbitror, quod ad Occidentales perscribamus, de quo hactenus nulla facta est mentio, eos scilicet esse monendos, ne quoscunque ex Oriente venientes sine examine in suam Communionem*

Sæculum IV. A. C. 374.

Basil. ep. 58. 59. ad Meletium. p. 834.

Sæculum IV. A. C. 374.

nem recipiant, ſed ſemel uni parti ſe jun-
gant, & alios non recipiant, niſi teſtimo-
nium illorum proferant, quibus Occidenta-
les ſuam Communionem conceſſerint; ne
fidei formulis fidant; alias fiet, ut ſeipſi
cum partibus, contraria ſentientibus, com-
municare mirentur, ſunt enim, qui eadem
verba proferentes, prorſus diverſa intelli-
gunt, & in ſenſu toto cælo differunt. Te-

Ep. 70. *p.* 864. 70. *p.* 961. lis epiſtola compoſita fuit, & a Presby-tero Dorotheo ad plures Episcopos dela-ta, qui ſubſcripſerunt, tum eandem in-rens in Occidentem dimiſſus eſt. Hac occaſione uſus S. Baſilius ad omnes uni-verſim Occidentales ſcripſit, & partico-lariter ad Galliæ, & Italiæ Epiſcopos. In Epiſtola ad omnes dicit, tredecim annos numerari, ex quo hæretici Eccleſiam im-pugnent, quod ad annum 373. referri poteſt, ſi initium hujus belli anno 360 ponatur, quo perſecutio ob formulam

Sup. XIV. §. 24. *ep.* 70. *p.* 860. Ariminenſem initium ſumſit. In epiſto-la ad Epiſcopos Galliæ, & Italiæ dicit:

Ante omnia petimus, ut Principi veſtro
noſtrarum Eccleſiarum perturbationem no-
tam faciatis, quod ſi hoc difficile ſit, ſal-
tem aliqui ex veſtris ad nos veniant, qui
oculis ſuis Orientalium miſeriam conſpi-
ciant, quam verbis exprimere non valе-
mus! perſecutionem patimur, perſecutio-
num omnium atrociſſimam; hoc autem de-
lendum maxime, quod ii, qui patiuntur,

Martyr

Martyrii Gloriam consequi non videantur, nec eos populi Martyrum honore colant, quia Persecutores Christianorum nomen gerunt. Exactissima observatio Traditionum Patrum nostrorum unum crimen est, quod severissime punitur; hæc sola est causa, quod Catholici Patria expellantur, & in deserta relegentur; nulla senectutis, nulla perfectissimæ vitæ asceticæ est reverentia. Nemo in foro civili condemnatur, nisi convictus, at vero in nostris partibus Episcopi apertissimis calumniis impetiti, sine ulla criminis probatione ad supplicium damnantur. Imo non nulli, nemine etiam calumniante, per nocturnas tenebras domo sua rapti sunt, & in exilium deportati. Nemo prudens tantorum malorum effectus non videt; diffugiunt Presbyteri, Diaconi, & omnes Clerici, mœrent populi, a suis Pastoribus destituti, jubilus, & lætitia spiritualis evanuit, festivitates nostræ in luctum conversæ sunt, clausæ Ecclesiæ, altaria deserta, nulla solemnitas, nullus auditur cantus nocturnus; abest gaudium, quod animæ ex communicatione gratiæ spiritualis solent percipere. Sæculum IV. A. C. 374.

Timendum sane, subjungit: *ne ad vos usque pervadat malum, & sicut Evangelium apud nos ortum est, ita etiam inter nos inimicus hæresin seminare incipiat, quæ deinde per totum terrarum orbem dilatetur!* dicit, Divinitatem Filii, & Spiri-

Sæculum IV. A. C. 374.

tus S. ab hæreticis impugnari; ſummum eſſe periculum, ne populi hæreticos auſcultare, eisque credere adſuefcant, cum ab eis omnia Eccleſiaſtica officia adminiſtrari videant. *Ipſi baptizant*, inquit: *mortuos ſepeliunt, ægrotos inviſunt, conſolantur afflictos, ſubveniunt pauperibus, omne genus obſequii exhibent, Sacramenta præbent.* His ſubjungit: *decuiſſet quidem, nos majori numero ad vos ire, ſed & iſta libertas nobis adempta eſt, ſi enim vel modico tempore a noſtris Eccleſiis abfuerimus, has inimici noſtri invadent. Solum igitur Confratrem noſtrum Presbyterum Dorotheum ad vos miſimus.*

§. II.

Evagrius Antiochiæ.

Ep. 8. ad Euſ. ſup. l. XV. §. 30.

Circa illud tempus Evagrius Presbyter Antiochenus, qui cum S. Euſebio Vercellenſi in Occidente fuerat, Roma in Orientem rediit, ſcripturam reportans, quam Orientales illuc miſerant, quibusdam Occidentalibus, fidei puræ ſtudioſiſſimis, non probatam. Petebant ab Orientalibus epiſtolam, cujus exemplum Evagrius afferebat, quodque Orientales de verbo ad verbum deſcriberent. Id quoque volebant, ut Orientales Delegatos ad ſe mitterent, viros Primarios, & ſic Occidentalibus anſam publice darent, ad eos quoque in Orientem proficiſcendi,

ciscendi; forte ideo S. Basilius scripsit, fieri non posse, ut multos Delegatos mitterent. Sæculum IV A. C. 374.

Evagrius ad unionem in Ecclesia Antiochena procurandam operam condixit, statimque S. Basilio promisit, se cum parte S. Meletii communicaturum; nihilominus ubi Antiochiæ fuit, mutato consilio, cum solis Paulinianistis communicavit, semper exinde Paulino adhæsit, ejusque in Episcopi Antiocheni titulo Successor fuit; S. Basilio tamen scripsit, rogans, ut ad reducendam unionem operam jungeret. S. Basilius respondit; quamvis hanc pacem summis votis expeteret, sibi tamen eandem procurare esse impossibile, *scis enim*, ait: *morbis inveteratis tempore opus esse, ut curentur, & forti remedio, ut radix mali evellatur. Quomodo vir unus una epistola uno momento amorem proprium, suspiciones, & simultates longis contentionibus accensas hominum animis eximat? est Episcopus, quem hujus Ecclesiæ cura præcipue respicit* (loquitur de S. Meletio, adhucdum in Armenia exule) *at isti*, subjungit: *impossibile est, ut ad nos veniat, nec ego ad ipsum ob viarum difficultatem, & infirmam valetudinem accedere possum. Non gravate quidem ad eum scribam, modicum autem litterarum fructum spero. Opus est ad persuadendum, ut quis multa verba*

Basil. epist. 342. p. 118.

Ep. 342. ad Evagr.

Sæculum IV. A. C. 374.

faciat, multa audienda, objectionibus respondendum, instandum; horum nihil inanimatæ litteræ in charta formatæ possunt. His adjicit, haud dubie de Paulino loquens: *veritatem dico, frater admodum venerande! nullam mihi per Dei gratiam cum homine ullo simultatem esse, nec quantum aliquis peccaverit, aut suspectus esse mereatur, sciendi cupidus sum, illud tamen non parum me afflixit, cum audivi, quod eorum conventibus interesse recusaveris. Non hoc est, si bene recordor, de quo inter nos convenerat.*

§. III.

S. Hieronymi initia.

Chr. Prosp. an. 420. Pagi. an. 370. n. 9. vit. Hier. per Victor. Bar. an. 372. Rosweid. init.

Idem Evagrius in Orientem adduxit S. Hieronymum, quem sua merita brevi illustrissimum reddidere. Natus erat S. Hieronymus Stridone in Dalmatia, patre divite, nomine Eusebio, quo jubente bonis litteris imbutus est. Romam deinde misit, ubi celeberrimum Grammaticum Donatum Magistrum habuit; at inter vastissimæ urbis corruptos mores a vitiis juvenilis ætatis immunis non fuit; emendavit autem vitam, jamque adultus baptizatur; exinde continentiam servavit inviolatam. Labor erat continuus studere, & libros describere, ex quibus Bibliothecam, usui suo accommodatam, composuit. Singulis Dominicis cum fa-

ciis

ciis ſuis reliquias Martyrum in ſubterraneis Catacumbarum cœmeteriis viſitabat. Poſt hæc iter ſuſcepit in Galliam, ſemper colligendorum librorum ſtudioſiſſimus, & cupidiſſimus, quippe Treviris ſua manu S. Hilarii tractatum de Synodis deſcripſit. Ex Gallia redux Aquilejam venit, ibique aliquamdiu manſit apud S. Valerianum Epiſcopum, qui Fortunatiano ſucceſſerat, & hanc Eccleſiam ab Ariana hæreſi, qua ſub ejus Prædeceſſore infecta fuerat, expurgavit. Is, multis viris ſcientia, & virtute præſtantibus ad ſuam Eccleſiam pertractis, Clerum Aquilejenſem ſuo tempore illuſtriſſimum reddidit. Inter hos Presbyter Chromatius, Valeriani Succeſſor, & duo fratres ejus, Jovinus Archidiaconus, & Euſebius ejusdem Eccleſiæ Diaconus numerabantur. Rurſus Heliodorus poſt hæc Epiſcopus, & Nepotianus nepos ejus, Nicæas Subdiaconus, Chryſogonus Monachus, Bonoſus S. Hieronymi popularis, & collactaneus, ſtudiorum, & itinerum ſocius, qui in Inſulam deſertam verſus Dalmatiam recedens, vitam Monaſticam duxit. Rufinus circa annum 370 baptizatus, in quodam Monaſterio, quo ſeceſſerat, cura Chromatii, & fratrum ejus inſtructus. Chromatius, initio inter intimos S. Hieronymi amicos adnumeratus, poſtea adverſariorum infenſiſſimus fuit.

Sæculum IV. A. C. 374.

Sup. XIII. §. 18. Hier. Chron. an. 376. 378.

Ruf. invect. 1. p. 160.

Sæculum IV. A. C. 374.

Inde S. Hieronymus profectus est in Orientem, Presbytero Evagrio, Innocente, & Heliodoro comitibus. Thracia, Ponto, Bithynia, Galatia peragrata Antiochiæ cum eo substitit. Ibi, quis esset Apollinaris, noscere cœpit, cujus hæresis necdum satis erat cognita. Sæpe eum prælegentem audivit, & Sacras Scripturas explicantem, at super privatis ejus opinionibus disputare noluit. Antiochia relicta, in Desertum Provinciæ, quam Calcidem vocabant, in confiniis Syriæ, & Arabiæ, seu Saracenorum se recepit; in hoc recessu socios habuit Innocentium, & Heliodorum, qui secum ex Occidente venerant, & Servum nomine Hylam, Presbytero Evagrio, viro opulento, iis omnia necessaria suppeditante; is amanuenses alebat, qui S. Hieronymo in studiis suis, quæ nunquam dimittebat, servirent, atque ex urbe Antiochia epistolas, diversis e locis ad eum datas, submittebat. Ibi S. Hieronymus duobus e sociis suis privatus est; Innocentius vita functus est, Heliodorus brevi recessit, promittens se rediturum; ipse frequentibus morbis vexabatur, & ipsis morbis gravius virum fatigabant vehementes carnis tentationes, quas deliciarum Romanarum excitabat memoria; ab his cum jejuniis, aliisque corporis macerationibus non liberaretur, improbum studii genus susce-

Ep. 41. *ad Ruf.*

Ep. 65. *ad Pamm.*

Ep. 43. *ad Chromat.*

Ep. 41. *ad Ruf.*

Ep. 22. *ad Eustach. c.* 3.

Ep. 4. *ad Rust.*

pit,

pit, ut rerum fœdarum imaginationem opprimeret, nempe Linguam Hebraicam addiscere, quodam Judæo converso Magistro, aggressus est. Viro, perlectis Ciceronis, aliorumque Scriptorum optimorum latinorum libris eloquentissimo, humile videbatur, & indecorum ad alphabetum se rursus demittere, atque discendis aspirationibus, & insuetis pronuntiationibus insudare, sæpe, laboris pertœsus, dimisit, sæpe resumpsit opus; tandem non mediocrem hujus linguæ peritiam adeptus est. Sæculum IV. A. C. 374.

Nihil vero gravius tulit in hoc deserto Hieronymus, quam aliorum Monachorum persecutionem, cujus Doctrina, & Schisma Antiochenum occasio erat; cum esset peregrinus, & ex Occidente advenisset, Catholicis Orientalibus ex parte Meletii stantibus suspecta erat ejus fides, nam magis ad partem Paulini propendebat, quocum amicus ejus Evagrius communicabat, & qui Romæ Episcopus Antiochenus agnoscebatur. Frustra erat, cum diceret, nulli se se parti addicere, urgebant tamen, ut potiores se habere Meletii partes enuntiaret. Etiam vehementer petebant, ut diceret, in Deo esse tres hypostases, sed ipse hanc expressionem adhibere timebat, quod hæreticos ea abuti sciret. His molestiis fatigatus Hieronymus, elapsis quibusdam annis, S. Da-

Ep. 57. ad Damas. S. Hieronymi vita.

Sæculum IV. A. C. 374. S. Damasum Papam consuluit, & illi Regioni valedixit.

§. IV.

Ruffinus, & S. Melania.

Epist. 41. ad Ruff. Rosweid. p. 425. & 439. Hier. Chron. ann. 375. Paul. ep. 10. ad Sever. Hier. ep. 25. ad Paul. c. 5.

In hoc Deserto Syriæ adhucdum moranti S. Hieronymo fama retulit, Ruffinum amicum suum, cujus eum sollicitudo tenebat, Monasteria Ægypti visitare, atque Nitriam adveniisse, ut videret S. Macarium. Is Macarius Ægyptius fuisse creditur. Eodem tempore S. Melania in Ægypto versabatur. Hæc fuit Matronarum Romanarum nobilissima, Neptis Marcellini, qui cum Probo anno 341. Consulatum gesserat. Uno anno gemina prole, & Marito orbata, viginti duorum annorum vidua, viva in Deum fide jacturam tulit, nec ullas fœminarum more lacrymas fudit. Ergo sui ipsius arbitra, relicto unico, qui sibi supererat, filio (is posterioribus annis urbis Romanæ Prætor fuit) conscendens navem in Ægyptum transmisit. Ubi Alexandriam attigit, ibi S. Isidorum Presbyterum, Nosocomii Rectorem, invenit, Romanis notissimum, ex illo tempore, quo cum S. Athanasio illuc peregrinatus fuerat. Is jam olim monstis Nitriensis incola, narrabat S. Melaniæ, quantæ virtutis viri ibi viverent, quos inter S. Pambo fulgeret. Mulierem in illud desertum eundi cupido incessit, atque

Pall. Laus. c. 117.

Sæculum IV. A. C. 374.

que illuc a S. Isidoro perducta est. S. Pamboni dono dedit vasa argentea, trecentas libras Romanas valentia, quæ quadringentas quinquaginta marcas exæquant. Ipse illa hora palmarum folia texens, vultu, ut erat, immoto, alta voce ait ad eam: *Deus tibi meritam meredem reddat;* tum ad suum œconomum; *accipe hoc, & inter omnes fratres Lybiæ, & Insularum distribue, quia illa Monasteria magis indigent; Monasteriis Ægypti nihil tribuas, nam sine his satis dives est Regio.* Exspectabat stans Melania, ut sibi suam Benedictionem impertiretur, aut saltem uno verbo laudaret tantam liberalitatem. Ipso tacente, ait: *Pater mi! ut scias, trecentæ libræ argenti hic sunt.* Ipse nullo signo dato, nec arcas, quibus argentum continebatur, aspectu dignatus, respondit: *Filia mea! non opus est, ut illi, cui hæc attulisti, dicas, quantum attuleris, ipse enim est, qui montes,* Isa. 11. 12. *& sylvas in statera ponderat. Si mihi hoc donares, causa esset, cur, quantum sit, doceres, si autem Deo offers, qui duo obola* Marc. 12. 42. *non despexit, de magnitudine muneris tace!* S. Pambo ferme viginti post hæc annos obiit septuagenarius; nullus eum morbus occidit, sed spiritum reddidit, cum manibus suis corbem conficeret, quem moriens, nam aliud nihil suppetebat, Palladio, tunc Discipulo suo, donavit.

Inter

Sæculum IV. A. C. 374.

Inter Discipulos Pambonis erant quatuor fratres, iisdem parentibus geniti, Dioscorus, Ammonius, Eusebius, & Euthymius, qui, quod essent longa corporis statura, fratres magni, seu alti vocabantur, sequenti tempore celeberrimi. Dioscorus primogenitus Episcopus Hermopolitanus fuit. Ammonius ille est, qui in profectione Romana S. Athanasio socium se præbuerat; is totam Scripturam memoriæ impresserat, eratque ex lectione librorum Origenis, Didymi, aliorumque auctorum Ecclesiasticorum doctissimus. Horum quatuor fratrum maxima fuit in illo Monasterio auctoritas. Tres quoque eis erant sorores, quæ in vicinia Monasterium Virginum condiderunt. In eodem monte Nitriæ S. Melania vidit S. Or, tunc nonagenarium, & mille Monachorum Patrem. Is, quando novitium suscipiebat, omnes fratres convocabat, quorum alius lateres, alius cœmentum, alius ligna secum ferebat, atque una die novello fratri cellulam ædificabant; quæ intus erant necessaria Sanctus Or providebat. Ecclesia Græca hujus Sancti memoriam colit septima Augusti. Sancta Melania ferme sex menses, montis Nitriæ Anachoretas visitans, explevit.

vita P. P. II. c. 25. Pall. c. 12. Sup. l. XII. §. 20.

II. vit. patr. c. 2. Pall. c. 9.

Menol. 7. Aug.

Pall. c. 117.

§. V.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. V.

Didymus cœcus.

Sancta Melania Alexandriæ quoque Didymum cœcum, virum percelebrem, vidit. Is quadrimus, cum litteras discere inciperet, lumen oculorum perdidit. Præcellenti erat ingenio, atque scientias acquirendi desiderio tenebatur ingenti, hinc peritos Doctores auscultans, etiam cœcus, artes Grammaticæ, & Rhetoricæ adeptus est, postea Dialecticam quoque assecutus est, Arithmeticam, Musicam, aliasque Mathematicæ partes, imo Geometriam, & Astronomiam. Philosophiæ quoque in operibus Platonis, & Aristotelis studuit. Erat itaque Didymus prodigium hominis; multi Alexandriam veniebant, ut viderent, & audirent eum, alii, ut scirent, an par esset nominis sui famæ; nam non mediocriter tantum his omnibus scientiis erat imbutus, sed alios, quibus perspicacissimi erant oculi, superabat. Præterea Doctrinam fidei, & Theologiam apprime comprehendit, jubens sibi non tantum S. Scripturam prælegi, sed opera Origenis, & aliorum interpretum; si lectores forte indormivissent, ipse diutissime vigilans, quæ audierat, meditabatur, sicque memoriæ, quasi inscripta, hærebant. Continuo studio Orationem junxit, petens a Deo interius

Hieron. de Script. & Chron. ann. 373. Socr. IV. cap. 25. Sozom. III. c. 15. Pall. Lauf. c. 3. Theod. IV. hist. c. 29. Cassiod. divin. instit. c. 5.

Ruff. II. hist. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 374.

terius illustrari. Cum igitur in Scientia Theologica esset profundissimus, ei schola Christianæ Alexandrinæ Regimen demandatum est, ipsius enim scientia S. Athanasio, aliisque viris maximis, qui tunc temporis Ecclesiam Alexandrinam ornabant, summopere probabatur. Sanctissimi ex Ægypto Monachi Didymum magni æstimabant, & Magnus S. Antonius ad eum invisit, quando, ut S. Athanasio testimonium redderet, Alexandriam venit; is ex Didymo percontatus est, an valde eum cœcitas affligeret? Didymus primo hanc animi infirmitatem fateri erubuit; tamen S. Antonio secundo, & tertio eandem quæstionem movente, simpliciter confessus est, se hoc malo affligi; tunc vero S. Antonius ait: *miror, virum sapientem jactura alicujus boni affligi, quo formicæ, & culices fruuntur, & non potius delectari, & gaudere, quod illam scientiam possideat, quæ Sanctos, & Apostolos beatos effecit. Præstat spiritu videre, quam illis oculis, quorum aspectus unicus causa esse potest, ut homo æternum pereat.* Didymus etiam Occidentalibus summo in pretio fuit, præsertim S. Eusebio Vercellensi, S. Hilario, & Lucifero, quod Arianis suæ ætatis, aliisque hæreticis nunquam non fortissime restiterit. Plura opera composuit, quæ amanuensibus, verba notis exprimentibus, dictabat;

III. vit. Patr. c. 218. Hier. ep. ad Castrut. 33.

bat; inter alia est tractatus de Spiritu S. contra Macedonianos, quem ex versione S. Hieronymi latine habemus. Aliquos in Scripturam composuit commentarios. Librum Origenis de Principiis explicavit, quem virum magnopere admirabatur, dicebatque ab iis reprehendi, qui hunc Scriptorem non intelligerent. Erat quoque Didymus natura facundissimus, ejusque eloquentiam sonus vocis auribus gratissimus commendabat. Illa tempestate, qua Ruffinus, & Melania in Ægypto agebant, sexagenario major erat, quippe circa annum 308. natus, annum vitæ octogesimum quintum attigit. Ruffinus annis sex Didymum docentem audiens Alexandriæ permansit, & persecutioni, quam Catholici, præcipue Monachi post S. Athanasii obitum passi sunt, implicitus, cum cœteris in carcerem, & inde in exilium missus est.

Sæculum IV. A. C. 374.

Hieron. de Script. Ruf. invect. 2. p. 176. id. II. hist. c. 7. Socr. IV. c. 24.

§. VI.

Rursus Ruffinus, & Melania.

Melania in hac persecutione SS. Confessoribus omnibus viribus subveniebat, suosque divitias, quas ingentes habebat, in hunc usum impendebat. Factum, ut aliquando ipsa sola eorum quinque millia tribus diebus aleret. Fugientes excipiebat, comitabatur captos; viros centum duodecim, in Palæstinam re-

Paul. ep. 10. ad Sever. Pall. Laus. c. 117.

Sæculum IV. A. C. 374.

Sup. l. XVI. §. 34.

legatos, sponte secuta, providebat, ex quo sustentarentur; quia autem arctissime custodiebantur, & nemini ad captivos patebat accessus, ipsa, sumpta mancipii veste, ad vesperum veniebat, vitæ necessaria portans. Id ubi ad Palæstinæ Consularem delatum, ignotam in carcerem conjici jubet, sperans, pecunias se ab ea accepturum, si terreret; illa missi, qui Consulari renuntiaret, cujus ipsa filia esset, & cujus fuisset uxor, jussitque, ut suis verbis adderet: *nunc vero JEsu Christi ancilla sum, ne ergo arbitreris me in isto statu impune contemni posse, quem mutare, ubi libuerit, in mea potestate est, nunquam me terrebis, nec quicquam de bonis meis aufferes! hinc monitum te volui, ne ignarus pecces, tibique ipsi periculum conscisces.* Consularis tantæ Dignitatis nomina reveritus, excusari errorem petiit, honores generi ejus competentes tribui jussit, & libertatem, quandocunque vellet ad Exules accedendi. Ruffinus in hoc itinere Melaniæ comes erat, veneruntque Jerosolymam, ubi viginti quinque annis versati, peregrinis, qui ex omnibus locis illuc adveniebant, præcipue Episcopis, Monachis, & Virginibus ministrabant. S. Hieronymus sciens, quod Jerosolymæ essent, ad Ruffinum scripsit, & epistolam ad quemdam optimæ famæ anachoretam, Florentium nomine, etiam Jerosoly-

rosolymæ tunc degentem, direxit, quocum ei per Epistolarum commercium amicitia nata erat. Dum in ea Epistola de Ruffino loquitur, ait: *Noli me ex istius viri virtutibus æstimare, in eo signa Sanctitatis evidentia deprehendes, ego vero cinis sum, & lutum.* Florentius vir liberalitate præcipuus, S. Hieronymum multum in suis studiis adjuvit, librosque ad describendum tradidit.

Sæculum IV. A. C. 374.

Ep. 5. ad Florent.

Ep. 6.

Jam tunc temporis in Palæstina, & in tota Syria magnus Monachorum numerus tam cœnobitarum, quam eremitarum conspiciebatur. Hesychius, seu Hesychas S. Hilarionis Monasterium, reductis ejus Reliquiis, restauraverat, ejusque festum ibi singulis annis solemniter agebatur. Aliis quoque tribus anachoretis Aurelio, Alexioni, & Alaphioni honor habebatur, qui tempore Imperatoris Constantii sua pietate ad propagationem fidei in ista Regione, ubi Idololatria regnabat, nempe circa urbem Gazam, plurimum contulerant. Alaphion S. Hilarionis precibus a Dæmonio liberatus, & cum quodam alio viro litterato, Historici Sozomeni avo, conversus est ad fidem; ambo orti erant ex oppido Bethelia prope Gazam, quod propter templum celebre, dictum Græce *Pantheon*, quia Diis omnibus erat consecratum, ita vocabatur; sicut Syriace Bethelia Domus Deo-

Vita Hilar. c. 38.

Sozom. VI. c. 32.

Socr. III. c. 14.

Id. V. c. 15.

Sæculum IV. A. C. 374.

rum dicebatur. Itaque hi duo viri illuc Christianam Religionem induxerunt, Ecclesias, & Monasteria fundarunt, singularia pietatis, hospitalitatis, & charitatis in Deum specimina dederunt. Circa hoc tempus, regnante Valente, haud procul Bethelia quatuor solitarii celebrabantur, Salamanes, Physcon, Malachion, & Crispion, S. Hilarionis fratres, & Discipuli. Abbas Sylvanus, in Palæstina natus, illo tempore in Ægypto erat, exinde in monte Sina domicilium fixit, post hæc grande Monasterium prope torrentem Gerare condidit. Juliano apostata imperante, Monasterium erat Jerosolymæ sub Philippi Abbatis Regimine. Aliud existebat in littore maris mortui, quod Laura de Pharan dicebatur, quippe vox hæc Laura significabat domicilium Monachorum, qui in cellulis, inter se aliquantum distantibus, vivebant sub uno Capite.

Soz. VI. c. 32.

Ruff. II. hist.

§. VII.

Monachi in Syria.

Montes prope urbem Antiochiam magno numero Anachoretarum repleti erant. Inter alios numerantur Macedonius, cognomine Critophagus, quia hordeo nutriebatur; Petrus ex Galatia, & Bassus ducentorum Monachorum Abbas. In monte Corypho inter urbes Antiochiam, & Beream sito Abbas Eusebius

Theod. Philoth. c. 13. c. 9. c. 26.

bius vivebat. Simeon Senior in monte Aman duo Monasteria regebat. Prope Cyrum plures Anachoretæ degebant, atque inter alios S. Maron, quorumdam Monasteriorum Fundator, quorum unum in Provincia Apamiensi, dicta secunda Syria, positum erat. Prope Zeugma in Euphratis littore S. Publius duplex Monasterium fundaverat, nempe unam domum Græcis, alteram Syris, sed unam tantum Ecclesiam, ubi vespere, & mane congregati, sua quique lingua patria Laudes divinas cantabant. In Mesopotamia, & Syria superiore, quæ Persidem respicit, vitæ Monasticæ Auctor habebatur Aones, qui tanta in Syria, quanta S. Antonius in Ægypto præstitisse dicebatur; Monasterium ejus positum erat Phadane, qui idem credebatur esse locus, quo Patriarcha Jacob Rachelem primo vidit. Discipulos habuit Gaddanam, & Azizium; Hi Monachi Sedes suas inter Edessam, & Nisibin, circum Sigoron montem dilatarunt. Deum jugiter laudabant, hymnos juxta usum Ecclesiæ cantantes; quando capiendi cibi necessitas urgebat, per montem tanquam ad pascua dispergebantur, quisque manu tenens falciculam, herbasque, quas occupassent, comedebant. Initio vocabantur pabulatores, quod semper in montibus errarent, sicut pecudes in pascuis, domos non habentes, nec pa-

Sæculum IV. A. C. 374.

Ibid. c. 16.

Ibid. c. 5.

Soz. VI. c. 33.

Gen. 29. 10.

Soz. VI. c. 34.

Sæculum IV. A. C. 374.

nem, aut quidquam igne lixatum comedentes. Tabernacula eorum erant potræ, & cavernæ; sepulchrum, ubicunque a morte fuissent occupati, seu id contingeret, dum Laudes Dei canerent, aut olera sua comederent, aut per montes ambularent. Ita de his Monachis S. Ephrem loquitur.

Ephr. Serm. in SS. PP. p. 771.

§. VIII.

S. Ephrem.

Soz. III. c. 16. Ephr. Conf. p. 605.

Et vero horum Monachorum vita S. Ephrem erat notissima, utpote eadem ætate, & in eadem Regione versanti; imo & ipse inter Anachoretas superioris Syriæ clarissimus fuit. Natus erat Nisibi, aut in vicinia, parentibus pauperibus, & suo labore victum parantibus, at Jesum Christum coram Judicibus confessi fuerant, atque Ephrem in sua familia, coram mundo quidam obscura, illustres Christi Martyres recensebat. Nomen ejus Ephrem, idem est, quod Ephraim, nam generatim Nomina hominibus veteris Testamenti communia in Syria, & in partibus Orientis remotissimis usurpabantur. Cum esset juvenis, eique dubia, an daretur Dei Providentia, in mentem veniissent, Deo ita disponente de hac veritate propria experientia convictus est. Aliquando in sylvis a semita aberravit, & ad quosdam Pastores se recepit

Ibid. p. 599.

ut noctem transigeret; eadem nocte lupi, gregem invadentes, non modicam intulerunt cladem; Domini juvenem Ephrem, quasi juxta sui pecoris custodes ejusdem culpæ reus esset, unacum eis in carcerem conjiciunt; postquam aliquamdiu in vinculis fuerat, in somnio monitus est, ut Providentiam agnosceret, & meminisset, quod facinus ipse olim commisisset. Ubi evigilavit, in memoriam reduxit, se ante aliquod tempus in Sylvis vaccam fœtam pauperis viri, sibi occurrentem, tamdiu injectis lapidibus fuisse insectatum, donec deficiens occubuerit; cum deinde ille, cujus pecus fuerat, in se incidisset, & quæreret, an pecus suum non vidisset, bono viro loco responsi convitia ingessisse; itaque pecus periisse, atque a bestiis fuisse devoratum. Hujus peccati memor Ephrem jam non aliam, cur se Deus innocentem in carcerem dari permisisset, causam inquirebat. Forte in eodem carcere cum eo viri duo detinebantur, ambo falsis conjecturis injuste, hic quidem homicidii, alter adulterii accusati, cæterum aliis titulis nocentissimi. Tres adhuc alii similis innocentiæ, & fortunæ in vincula dati; sed tandem horum quinque innocentia cognita; ii vero, qui rei erant, manifestati, & puniti sunt. Ephrem libertati restitutus est, quia notus erat judici, eum-

Sæculum IV. A. C. 374.

Sæculum IV. A. C. 374.

que innocentem esse comperit. Hoc conversionis ejus principium fuit, atque exinde vitam asceticam amplexus est, prater alios etiam S. Jacobo Nisibitano Magistro. Apud eum tunc Ephrem versabatur, quando Jacobus urbem a Persis obsessam liberavit.

Sup. l. XIII. §. 2.

Soz. III. c. 16. Greg. Nyss. Or. in S. Ephr. p. 1037 to. 2.

S. Ephrem litteris operam non dederat, & tamen in Philosophia, & Theologia derepente doctissimus evasit, quodipsum in visionibus prodigiosis quibusdam ejus consanguineis, virisque Sanctis de eo fuerat prænuntiatum. Patria sua lingua Syriaca eloquentissimus erat, sermones ejus fortes, & ad movendum aptissimi, quorum versiones, ipso S. Ephrem adhuc vivente, editæ, ab originali dictionis elegantia non multum abhorrebant. Hodieque multi ejus sermones supersunt, ex Græco in latinum translati, qui compunctionem cordis, & tenerrimam pietatem spirant. S. Hieronymi tempore, scilicet non multo post S. Ephrem obitum opera ejus in Ecclesia post S. Scripturam publice legebantur. Carmina quoque composuit, ut sua illis, quorum Harmonius Bardesanis filius Auctor erat, substitueret, nam Harmonius cantica concinnaverat amœnissimo cantu, sed errores contra fidem de anima, de formatione, & corruptione corporum, & de regeneratione inserti erant; S. Ephrem

S. Ephrem.

Hier. Script.

Sup. l. IV. §. 9.

serva-

servato eodem cantu hymnos ad Dei, Sanctorumque honorem (*) composuit, quibus canendis populus libentissime adsuevit. Diaconus Edessenus ordinatus est, at semper ei vita solitaria præplacuit. Sæculum IV. A. C. 374.

Inter S. Ephrem opera plura monita vitam solitariam ducentibus data leguntur. Monachi in tria genera divisi deprehenduntur; sunt alii suis cellulis inclusi, alii Eremicolæ in desertis dispersi, & alii Cœnobitæ in communitate viventes. Ex iis cognoscuntur diversi manuum labores, quibus occupabantur; funes, calathos, papyrum, storeas, telas conficiebant; libros describebant, in horto, in culina laborabant, molam agebant. Ait se vidisse solitarium, qui in columna habitabat, *Parœn. 47. p. 434.*

(*) En! antiquissimum morem Sanctos in Ecclesia publice decantatis Hymnis honorandi, quem Protestantes perperam rejecerunt.

Cœterum de S. Ephrem S. Hieronymus in Libro de Scriptoribus loquitur in hunc modum: *Ephraem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus multa Syro sermone composuit; & ad tantam venit claritudinem, ut post Lectionem Scripturarum, publice in quibusdam Ecclesiis ejus Scripta recitentur. Legi ejus de Spiritu Sancto Græcum volumen; quod quidam de Syriaca lingua verterat, & acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi.* Decessit sub Valente Principe.

Sæculum IV. A. C. 374.

bitabat, cujus exemplum plures alii deinde secuti, ideo Græce Stylites dicti sunt. Quamvis solitarios illos, quos viderat per montes errantes, & pabulatores dicebantur, magni feciſſet, Cœnobitas tamen monet, ne, si eos tentatio inceſſat, illos imitandi, imprudenter cedant, nec se locorum deſertorum horrori, famis, latronum, beſtiarum, Dæmonum periculis, & proprii animi inquietudini exponant. Imo nec ſuadet, ut quis inſtitutum Anachoretarum, qui in cellulis diſperſis longe majori rigore, quam Cœnobitæ, vivebant, facile amplectatur.

Paræn. 24. p. 24. p. 374. 375.

S. Ephrem venit Cæſaream, ut S. Baſilium videret; quem congreſſum ipſe narrat in hunc modum: *Cum Charitatis in proximum cauſa in quadam urbe eſſem, audivi vocem ad me dicentem: Surge, Ephrem! & manduca cogitationes. Valde turbatus, reſpondi: Et unde has accipiam, Domine? Tunc ait: Ecce eſt in domo mea vas Regale, quod tibi alimentum præbebit.* Alludit ad Nomen Baſilii, quod Regale ſignificat, & ſic proſequitur: *Hoc ſermone attonitus, ſurgo, & ad Templum Altiſſimi pervenio, aſcendo modeſte per veſtibulum, per portam avidiſſime intro-ſpicio, vidique in Sancto Sanctorum vas Electionis, Verbo divino ornatum, magnifice ante gregem poſitum, atque omnium oculos in ipſum defixos. Vidi Templum*

Orat. in Baſ. Coteler. Mon. Gr. to. 3. p. 58. Greg. Nyſſ. de vit. Ephr. to. 2. p. 1037.

S. Ephrem.

ab eo ſpirituali cibo refici: Vidi circa eum lacrymarum rivos fluere, dum ipſe ferventi Spiritu, quaſi duabus alis elevatus preces pro nobis in Cælum mitteret, & verba inde deduceret, ſcilicet S. Pauli Doctrinam, Evangelii legem, & Myſteria terribilia. Tandem vidi omnem hanc congregationem gratiæ ſplendoribus fulgentem, hinc laudavi Sapientiam, & Bonitatem Dei, honorantes ſe honorantis. S. Ephrem his laudibus publice S. Baſilium oneravit, quare non nulli ex Eccleſia dicebant: *Quis eſt iſte peregrinus, qui Epiſcopum noſtrum tantopere laudat? Certe adulatur, gratiam ab eo accepturus.* Soluto conventu, S. Baſilius, cognito per Spiritus S. revelationem, quis eſſet, vocari eum juſſit, & opera Interpretis, nam S. Ephrem Græcam ignorabat, (*) interroga-

Sæculum IV A. C. 374

Vita S. Eph. c. 6.

Ep. ib. p. 59.

(*) Ad hunc locum Anonymus I. dicit: *S. Ephrem, ſi Fleurio credimus, Græcæ linguæ ignarus erat, ſed ſolam linguam Patriæ ſuæ, quæ erat Meſopotamia, nempe Syriacam callebat. Opus fuit Interprete, cujus opera S. Baſilius hoſpiti loqueretur. Veriſimile eſt, populum Cæſarienſem in Lingua Syriaca Epiſcopo ſuo non fuiſſe doctiorem. Quomodo ergo S. Ephrem in mentem venire potuit, ut S. hunc Epiſcopum publice in Eccleſia ſua laudaret? & quis has Laudes, nam perceptæ fuere, intellexiſſet?*

Reſpon-

Sæculum IV. A. C. 374.

rogavit: *Tu es ille Ephrem, qui te generoſe jugo Salvatoris ſubmiſiſti?* Reſpondit: *Ego ſum Ephrem, qui in ſtadio ad Cælum ultimus curro.* S. Baſilius virum amplexus, dato ſancto oſculo, menſæ adhibuit; at optima hujus convivii fercula colloquia ſpiritualia fuere. Quærenti S. Baſilio, quid eum adeo moviſſet, ut ſe elata in populo voce laudaſſet? *Hoc ideo feci,* reſpondet S. Ephrem: *quod humero tuo dextro columbam miri candoris inſidere cernerem, quæ tibi omnia, ad populum prolata, ſuggerere videbatur.* S. Baſilius hoſpiti inter alia hiſtoriam quadraginta Martyrum narravit, nec ſatis ejus ingenium, & eruditionem mirari potuit. S. Ephrem econtra deinde orationem in S. Baſilii laudem conſcripſit, qua hujus inter ipſos colloquii circumſtantias enarrat.

Soz. VI. c. 16.

§. IX.

Monachi S. Baſilii.

Sancto Baſilio etiam Epiſcopo affectus ad vitam Monaſticam duravit. Cæſareæ Monachos apud ſe educabat, & Noſocomio, a ſe ædificato, Monaſterium junxit.

Reſpondeo; non eſſe credibile, neminem ex omni populo Cæſarienſi ſermonis Syriaci peritum fuiſſe, & vel pauciſſimos ſuffeciſſe, ut aliis explicarent, quid S. Ephrem loqueretur.

junxit. Virginum quoque Cœnobium Cæsareæ erat, quibus aliqua S. Basilii neptis præerat, in illa Ecclesia, quadraginta Martyribus consecrata, eorum Reliquiæ servabantur. Hujus Monasterii Sancti-Moniales, aliæque, quarum curam gerebat, in Scriptis ejus Canonicæ nominantur, quasi Regulariter viventes, idem quoque Nomen Cœnobitis Monachis tribuebatur. In ejus Regulis plures articuli leguntur, quæ Virgines tangunt, atque particulares pœnitentiæ Monialium, ferme omnes pro delictis linguæ injunctæ. Inter S. Basilii Epistolas ad Moniales notari meretur illa, quam ad Theodoram dedit, nam præcipuas vitæ asceticæ exercitationes compendio continet, & eas maxime, quæ vix alicujus momenti esse videbantur, donec ipsa experientia earum docuit utilitatem.

Sæculum IV. A. C. 374.

Gaudent. Serm. 17. Const. Mon. Rev. brev. art. 108. 109. 110. 111.

Ep. 302.

Itaque S. Basilius Monasteria, haud procul ab hominum commercio sita, ædificavit, ut qui vi officii ad vitam activam tenerentur, non penitus solitudinis solatio essent privati, & Solitarii in suo secessu vana gloria non inflarentur. Ita hac de re loquitur S. Gregorius Nazianzenus, atque innuit, S. Basilii Clericos ex Monachorum exemplo, & conversatione multum fructum hausisse. Et sane S. Basilii Clerici, etiam Presbyteri in extrema paupertate vivebant, & suis manibus labora-

Or. 20. p. 359

Sæculum IV. A. C. 374.

borabant. Quidam Episcopus amplæ Diœcesis petiit ab eo Virum idoneum, qui sibi succederet, ipse petenti designat, quem inter suos Presbyteros dignissimum æstimabat, virum a multo tempore meritis inclytum, moribus maturum, in Canonibus Ecclesiasticis doctum, in vera fide firmum, in operibus vitæ ascetice exercitatissimum, corpus trahentem, monastico rigore attenuatum, pauperem, nihil in hoc mundo possidentem, ita ut panem non haberet, nisi quem labore manuum suarum, sicut & fratres, qui cum ipso erant, fuisset lucratus. In alia Epistola ad S. Eusebium Samosatenum excusat, quod jam diu neminem habuisset, quem ad eum mitteret, *Quamvis enim*, inquit: *Clerus noster magno numero esse videatur, non sunt viri longis profectionibus apti, quod nullam mercaturam exerceant, sed plerique opere sedentario occupentur, quo panem quotidianum sibi comparant.* Hic obiter notari potest, eundem fuisse in Cappadocia usum, qui & in Africa apud S. Cyprianum, ut Epistolæ Ecclesiasticæ nemini, nisi Clericis, ferendæ committerentur.

Ep. 319. *Innocent.*

Ep. 263. *p.* 1035.

Sup. l. VI. §. 24. *Cypr. ep.* 29. *Presby.*

§. X.

Cura Ordinationum.

Epist. 181. Nullibi clarius dispicitur, quanta cura suos Clericos eligeret S. Basilius, quam

Sæculum IV. A. C. 374.

quam in Epistola ad Chor-Episcopos, ubi de eo conqueritur, quod antiqua Disciplina accurate non observetur. Dicit, morem antiquum fuisse, ut nullus inferior Minister reciperetur, nisi post examen, quo curiose in omnem eorum vitæ rationem inquirebatur, an non sint obtrectatores, ebriosi, rixatores; an in juventute sanctis moribus fuissent; tunc Presbyteri, & Diaconi eorum convictores de eorum moribus ad Chorepiscopos referebant, qui postquam rem ad Episcopum detulissent, Ministrum Ordini Clericorum adscribebant. *Hodie vero*, ad Chorepiscopos inquit: *vobismet ipsis totam auctoritatem arrogatis, nostrum consilium non exquiritis, hanc electionem Presbyteris, & Diaconis faciendam relinquitis, qui suo arbitrio homines indignos, propinquitatis, aut amicitiæ causa in Ecclesiam inducunt. Hinc quamvis plures Ministri in quolibet vico numerentur, nulli tamen digni sunt, qui Altari serviant, idque vos ipsi testatum facitis, dum fatemini, in Electionibus viros vobis deesse. Igitur ne malum remedio majus evadat, hoc præsertim tempore, quo multi Ministerium suscipiunt, ne militare cogantur, necessitatis esse credidi, veteres Canones renovare. Præcipio, ut mihi Catalogos Ministrorum cujusque vici submittatis, a quo quisque receptus fuerit, indice-*

Sæculum IV. A. C. 374.

indicetis, & quibus moribus sit; hujus Catalogi exemplum apud vos servate, ut cum nostro conferri possit, & nemo se ipsum inserat. Si qui a Presbyteris post primam Indictionem recepti fuerunt, ad statum Laicorum rejiciantur, hos de novo examinabitis, & si vestro suffragio digni inventi fuerint, tunc recipiantur. Ergo Ecclesiam purgate, eos qui indigni sunt, ejiciendo! & imposterum examinate eos, qui digni sunt, & recipite; sed Clericis non annumerabitis, nobis inconsultis; alias scitote, eum, qui ad Ministerium susceptus fuerit absque nostro mandato, simplicem Laicum futurum. Hic est tenor S. Basilius Epistolæ.

v. Suiter. Thesaur.

Ministros, & inferiores voco, qui sub Græco Vocabulo *hyperetes* veniunt, nempe omnes, Presbyteris, & Diaconis inferiores, quales sunt Lectores, & Ostiarii, & sæpe speciatim Subdiaconi. Hic distinctius illam ipsam Disciplinam cernimus, quæ in quibusdam S. Cypriani Epistolis traditur; Episcopus cum suis Presbyteris illos examinabat, qui ad Clericatum suscipi digni erant, & ad ordines destinabat, (*) tum Lectores, aut Subdiaconos ordinabat, rursus in his inferioribus ordinibus probatos, ad Diaconatum, tandemque cum Cleri sui consilio ad Pres-

Sup. l. VI. §. 44. Cypr. ep. 29. Presbyt. & Diacon.

(*) Hic primæ Tonsuræ vestigium appa-

Presbyteratum admittebat; atque hoc est, quod S. Basilius hic vocat electionem. S. Basilius nihil novi statuit, sed antiquam Disciplinam, ex Patrum Traditione acceptam, reduxit. Scimus etiam S. Paulum præcipere, ut Diaconi probentur, antequam eis Ministerium committatur. Sæculum IV. A. C. 374. 1. *Tim.* 3. 10.

Nectarius, spectabilis vir, S. Basilio quemdam commendaverat, ad Parochiam promovendum. S. Basilius initio Epistolæ responsoriæ eum peramice, & reverenter habet, deinde tamen insinuat, se in ista materia nihil ejus precibus posse concedere; *Non essem*, inquit: *dispensator fidelis, sed mercator, si donum Dei pro hominum amicitia venderem. Auditis testimoniis de vita exteriori hominis, suffragia nostra damus, illi autem, qui secreta cordium novit, relinquimus judicium, quinam dignissimi sint. Optime ergo facit, qui simpliciter bonum testimonium alteri dat, servata mentis indifferentia; oret, ut id, quod utilissimum futurum est, manifestet, & Deo gratias agat, quodcunque evenerit. Econtra res plena periculi est, tenaciter velle vincere, sic enim pro eo, cujus, forte in multis peccaturi, Patrocinium suscipit, Patronus se vadem reddit. Si ordinationes ab humano dependent arbitrio, nihil sunt, nisi veritatis simulacrum. Si hominum est, hanc potestatem dare, quid opus est a no-* *Ep.* 323.

Sæculum IV. A.C. 374.

bis petere, quod ipsi occupare potestis? Si autem a Deo accipitur, humiliter petenda est, nec insistendum, ut nostra voluntas fiat, sed Dei Providentiæ omnia committenda.

S. Basilii Epistolæ. *Ep.* 30.

In Materia Simoniæ S. Basilius ad Episcopos suæ Provinciæ scribit in hunc modum: *Causa, propter quam hodie ad vos scribo, ita singularis est, ut anima mea dolore obruatur, quod vel tanti criminis suspicio in vos cadere potuerit! dicuntur liqui ex vobis pecuniam accipere ab iis, quos ordinant, atque, quod pejus malum, suo sceleri pietatis speciem obtendere; qui malum facit sub specie boni, dupliciter reus est. Si quis pecuniam accepit, illi terribiles pœnæ, a S. Petro intentatæ, denuntiandæ sunt; pereat pecunia tua tecum! qui per ignorantiam donum Dei emere vult, minus peccat, quam qui vendit. Si, quod gratis accepistis, pretio venditis, gratia a vobis aufferetur, et quod Sathanæ traditi sitis. Quæstum inducitis in causas spirituales, & Ecclesiam Dei, in qua nobis JEsu Christi Corpus, & Sanguis commissa sunt.* (*) *Sed bene*

Simonia. *Act.* 8. 20.

astu-

(*) Hæc verba: *In qua nobis JEsu Christi Corpus, & Sanguis commissa sunt.* nisi ne sere detorqueantur, in sensu Catholico de presentia Corporis Christi per Transubstantiationem accipienda sunt, & in iis insigne Veritatis Catho-

astutiam! peccare se non putant, si non nisi ordinatione peracta pecunias accipiant; at nihil interest, quando accipiatur! obtestor vos igitur! ne contaminetis manus vestras! nec vos indignos, qui sacra Mysteria celebretis, efficiatis! ignoscite, si graviores minas ingero, primum enim tantum malum non credidi, jam vero credo; si quis post acceptam hanc Epistolam meam rem turpissimam commiserit, ab altari nostro abscindetur; quærat alibi locum, ubi Gratiam Dei vendere, & emere liceat! Vult dicere, talem Episcopum Simoniacum, si Cæsaream veniret, (*) nec ad celebrationem, nec ad participationem Sanctorum Mysteriorum admittendum.

Sæculum IV. A. C. 374.

Catholicæ Testimonium ab antiquissimo S. Patre habemus. Multum sane Interpretis Protestantis sinceritati debemus, quod hæc non corruperit, & temeraria Critica, quam impense deperit, non addiderit, sicut in alio loco, *nobis JEsu Christi Corpus, & Sanguis in Cruce commissa.* Cæterum in hoc Libro usque ad Numerum XI. ter valde inepte interpretatus est Fleurium.

(*) Non videtur hic esse S. Basilii sensus, sed potius, talem esse simpliciter excommunicandum.

Sæculum IV. A. C. 374.

§. XI.

Clericorum S. Basilii integritas.

Quidam Presbyter, nomine Gregorius, seu Paregorius, vir septuagenarius, habebat in domo sua mulierem, quæ ei serviebat; rem Chorepiscopus ad S. Basilium defert, qui Gregorio scripta Epistola mandat, ut secundum Concilii Nicæni Canonem hanc mulierem dimittat; at Paregorius obedire detrectavit, & S. Basilio rescripsit, Chorepiscopum obtrectationis, & S. Basilium nimiæ facilitatis, qua obtrectatoribus fidem haberet, insimulans. Respondit Basilius: *Legi Epistolam tuam magna patientia, & miratus sum, te, cum innocentiam tuam ipso facto probare debuisses (hoc enim facillimum fuisset, & brevissimum) maluisse in errore perseverare, eumque inutilibus verborum ambagibus defendere.* Et inferius: *Quo magis alienum te ab omni pravo affectu esse affirmas, eo promptius monitis meis parere oportebat: id enim crediderim virum, annos ætatis septuaginta numerantem, non multum amore mulieris teneri, & quod præcepi, non ideo factum, quod credam aliquid criminis inter vos admissum; sed ex Apostolo didicimus, maximopere esse cavendum, ne fratribus nostris scandalo simus.* Tum post alia: *Ejice ergo mulierem hanc ex domo tua, eamque*

Can. 3.

Ep. 198.

eamque in quoddam Monasterium inter Virgines colloca; famulos conduc, qui tibi serviant. Quamdiu hoc non feceris, quidquid mihi scribas, nihil tibi proderit, in interdicto morieris, & ob hanc censuram rationem Deo tuo reddes. Si ante emendationem officio Sacerdotali fungi ausus fueris, totius populi anathema eris, & qui te receperint, a totius Ecclesiæ Communione excludentur. Hic pœnarum canonicarum ordo dispicitur; suspensio, seu interdictio, excommunicatio Presbyteri, qui eam violat, & eorum, qui cum ipso communicant.

Sæculum IV. A. C. 374.

Ex Epistola S. Basilii ad Chorepiscopum Timotheum cognoscitur, quantum alienus a mundi negotiis esse debeat, qui Dei servitio alligatus est. *An is ipse Timotheus es*, inquit: *quem a puero ad perfectionem tendere vidimus tanto fervore, quem aliqui immodicum esse judicarent? jam vitam tuam ex aliorum hominum opinione æstimas, & sollicite pensas, quomodo nec amicis inutilis, nec inimicis vilis esse possis. Interim non cogitas, quod his omnibus distentus, veram hominis Religiosi vitam negligas. Impossibile est, ut gerendis mundi negotiis, & vitæ Ecclesiasticæ, quam amplexi sumus, instituto sufficiamus; recedamus a tumultu, nobis ipsis vivamus, tandem pietatis operibus, quod tamdiu jam facere nobis*

Ep. 340.

Sæculum IV. A. C. 374.

proposuimus, nos totos demus, nec adversariis nostris quidquam in nobis juste carpendi ansam præbeamus.

Non ita tamen S. Basilius negotiis renuntiandum esse volebat, ut quis proximo suo nequidem Patrocinio, aut precibus utilis esse posset, hoc enim colligitur ex magno Epistolarum ejus numero, quas ad Magistratus, & viros præpotentes in favorem privatorum, maxime pauperum, dedit. Plures etiam scripsit, ut viduas, aliosve afflictos solaretur. Certe Clericorum suorum immemor non fuit; exstat Epistola ad Præfectum Modestum, qua rogat, ut eorum immunitas ab oneribus publicis, a multis annis eisdem concessa, illæsa servetur; quam ministri inferiores non ea, qua par erat, reverentia observabant. Dum illum, cui fundorum Ecclesiæ cura commissa erat, commendat, ait: *Ea est bonorum, quæ pauperibus alendis destinata sunt, natura, ut quemquam exquirere semper debeamus, qui hoc onus benevole in se suscipiat, nam tantum abest, ut Ecclesia exinde aliquid lucri percipiat, ut potius de suo aliquid adjiciat.*

S. Basilius. *Ep.* 279.

Ep. 229. *p.* 1008.

Quamvis S. Basilius pauperrime ipse viveret, res tamen pauperum magnifice administrabat; prope Cæsaream in loco, antea inhabitabili, Nosocomium ædificavit, totius exinde Provin-

Bas. ep. 372. *p.* 1147. *Ep.* 392. *p.* 1179. *Ep.* 394. *p.* 1179.

cia

ciæ ornamentum, & novæ Civitati non abſimile. Ibi peregrini excipiebantur, & omnis generis alii, quibus Chriſtianæ charitatis auxilium erat neceſſarium, præſertim leproſi, qui, antea per urbem diſperſi, omnibus horrorem, & nauſeam creabant. In illo vaſto hoſpitio, omnibus miniſtris, qui pauperibus ſerviebant, ſuæ erant habitationes, nempe Medicis, famulis, bajulis, opificibus, & quibuscunque hujus communitatis artificibus officinæ. Ex fundis, quos Imperator Conſtans Eccleſiæ Cæſarienſi donaverat, ſumptus ſuppeditabantur ad hoc hoſpitium ſuſtentandum, quod longo tempore ſub nomine Baſiliadis fuit celeberrimum. Sæpe illuc ſe conferebat S. Baſilius, ut pauperes doceret, & conſolaretur; nec etiam leproſos contrectare gravabatur, ut ſuis exemplum daret. Eccleſiam quoque ſpecioſiſſimam extruxit, habitaculis circumdatam, nempe domum altiorem, & ſeparatam Epiſcopo, & inferiorem Dei Servis, id eſt Clericis.

Sæculum IV. A. C. 374.

Gregor. Naz. or. 16. or. 20. p. 359. 360.

Soz. VI. c. 34. Greg. Nyſſ. in Baſ. p. 925. Ep. 372.

§. XII.

S. Amphilochus Epiſcopus Iconienſis.

Circa illud tempus, quo Evagrius Antiochiam rediit, Eccleſia Iconienſi per obitum Epiſcopi Fauſtini vacante, vocatus eſt S. Baſilius, ut illam Eccleſiam inviſeret, & Epiſcopum ſufficeret; ſed

Baſ. p. 8. ad Euſ. Sam.

Sæculum IV. A. C. 374.

hæsit dubius, an ordinationibus extra suam Provinciam se immiscere vellet; nam urbs Iconium in Pisidia sita erat, antiquitus dicta urbs secunda, & tunc unius partis, quæ jam Provinciam censebatur, nomine secundæ Pisidiæ, alias Lycaoniæ, Metropolis. Huic Ecclesiæ datus est Episcopus Amphilochus S. Basilii & S. Gregorii Nazianzeni amicus, sed ætate multo junior. Is quoque ex Cappadocia familia nobili ortus, Eloquentiæ studuerat, causas in judicio dixerat, & judicaverat, & quamvis esset juvenis, ingens tamen de ejus probitate erat opinio. Deinde in solitudinem secessit, in quadam regione Cappadociæ, quæ *Oziza* dicebatur; commercium ei erat cum S. Gregorio Nazianzeno, at apud S. Basilium commorari non audebat, ne se in Ecclesiastici Ministerii partem traheret, qua ordinatione se indignissimum arbitrabatur. Tandem Dei Providentia in mediam Pisidiam delatus est, ubi invitus Episcopus Iconii eligitur. Ipse Parens ejus id magnopere dolebat, quod sibi senectutis suæ fulcrum eriperetur, cujus mali culpam in S. Gregorium Nazianzenum conjiciebat. S. Basilius ad S. Amphilochum scripsit super ejus ordinatione, ut eum consolaretur, & animum adderet; hortabatur, ut hæreticis resisteret, malas consuetudines, quæ irrepserant,

Theod. IV. hist. c. 2.

Hier. ep. 84. ad Mag. Greg. Naz. ep. 140. ed. Them. 159. 160. id. ep. 106. ad Cæs. 110. ad Soph.

Basil. ep. 393.

Greg. ep. 161 ep. 393. ad Amphil.

p. 1178.

rant, aboleret, & ne se ab aliis duci si- Sæculum IV.
neret, cum ipse Pastoris officio fungere- A. C. 374.
tur, cujus esset alios ducere, & pascere. Cœterum propter infirmitates suas S. Basilius ad eum invisere non valens, ut ad se veniret, invitavit.

Venit S. Amphilochus, & pro more tunc vigente, si quis alienus Episcopus in alterius Ecclesiam venisset, coram populo Cæsariensi dixit, cujus oratio populum magis, quam cujuscunque antea auditi, cepit. Ex eo tempore frequentissimas sibi litteras scribebant, cum S. Amphilochus S. Basilium tanquam Magistrum veneraretur, sæpe super diversis Doctrinæ, & Disciplinæ quæstionibus eum consulebat, S. Basilius ejusmodi quæstionibus valde delectabatur, utque eum instrueret, exactissime ad singula respondebat, modestissime tamen, quasi & ipse per has quæstiones discendi occasionem nanciscereturMagnam habemus Epistolam, qua plures quæstiones resolvuntur; prima super illis Evangelii verbis, quibus Anomei abutebantur; *Nemo scit diem, & horam finis Mundi, nisi solus Pater.* S. Basilius ostendit, aliunde ex Sacra Scriptura constare, Filium Dei hanc diem nosse; quod dicatur solus Pater illam cognoscere, id dici respectu Angelorum; quod autem dicatur ipsum Filium illam nescire, solum significari, quod non aliter nisi per

Ep. 394.

Ep. can. 1. *Præf.*

Ep. 391.

Matt. 24. 36. *Marc.* 13. 32.

Sæculum IV. A. C. 374.

Patrem sciat. Tres aliæ superſunt Epiſtolæ S. Baſilii ad Amphilochum de quæſtionibus puræ Theologiæ ſpeculativæ

Ep. 399. 400. 401.

tractantes, quibus Aetii Sophiſmatis reſpondetur, de natura intellectus humani, de diſtinctione inter fidem, & cognitiones naturales, de modo, quo Deum cognoſcimus, de Dei eſſentia, & attributis

§. XIII.

S. Baſilii Liber de Spiritu Sancto.

C. 1. *p.* 114.

Sanctus Baſilius librum quoque de Spiritu S. a S. Amphilocho rogatus, ſcripſit. Scribendi occaſio hæc fuit. S. Baſilius cum populo orans, & Gloriam Deo reddens, modo dicebat: Gloria Patri cum Filio, & cum Spiritu Sancto, modo: Gloria Patri, per Filium, in Spiritu Sancto. Hæc variatio quosdam ex adſtantibus offendit, dicebantque, quod novas voces adhiberet, & ſibi ipſis contrarias; S. Amphilochus hujus rei explicationem poſtulat; in hoc ergo libro S. Baſilius dicit, quod Aetius probare intenderet inæqualitatem Perſonarum divinarum ex illo S. Pauli textu: *Eſt Deus Pater, ex quo ſunt omnia, & Dominus JEſus Chriſtus, per quem ſunt omnia, & Spiritus S. in quo ſunt omnia;* Atque Aetium erroris damnat, dum particulas ex quo, per quem, & in quo juxta Philoſophorum diſtinctiones explicat; econtra S. Baſilius aſſerit, Philoſo-

Cap. 2.

1. *Cor.* 8. 6.

Rom. 9. 36.

c. 34.

losophorum Doctrinam humanam cum Doctrina spirituali nullatenus posse componi, eo quod S. Scriptura has distinctiones nesciat; tum ea omnia a Personis divinis removet, quæ aliquam inæqualitatis Ideam generare intellectui humano possent; S. Ecclesiæ Doctrinam de Sancto Spiritu explanat, objectiones hæreticorum diluit, præcipue ex S. Baptismi forma demonstrans, eodem, quo Pater, & Filius ordine habendum esse. Naturam, & effectus hujus Sacramenti exponit, & trium immersionum, quæ tunc temporis in usu erant, significationem mysticam. Statuit Processionem Spiritus Sancti, procedentis a Deo, non sicut Creaturæ per creationem, nec sicut Filius per generationem, sed quasi per spirationem oris sui, modo ineffabili. Ulterius demonstrat S. Spiritum cum Patre, & Filio æqualiter glorificandum. Spiritum Sanctum in Scriptura induci loquentem, ut Deum, & Dominum; eumque in Scripturis Dominum appellari.

Ut S. Basilius formæ Doxologiæ, seu Glorificationis originem ostenderet, eam enim novitatis incusabant, ita differit: *duo sunt Dogmatum genera, quæ in Ecclesia conservantur institutione, & prædicatione; aliqua ex Scriptura nobis adveniunt, alia ex Apostolorum traditione, a quibus secreto accepimus, utraque ejusdem in Religione*

sunt

Sæculum IV. A. C. 374.

c. 6.

c. 9.

c. 10.

c. 13. 14. 15.

p. 177.

c. 18. *p.* 189.

c. 19. 24. *p.* 193.

c. 27. *c.* 29.

Sæculum IV. A. C. 374.

sunt auctoritatis. Hæc quidem nemo negat, vel leviter in rebus Ecclesiasticis tinctus. Si moliremur consuetudines non scriptas rejicere, tanquam nullius auctoritatis, non cogitantes etiam auctoritatem Evangelii damnaremus, (*) *aut potius nullam, nisi nomine tenus prædicationem agnosceremus. Ponamus exemplum, & incipiamus ab iis, quæ sunt magis nota, & communia; quis scripto nobis reliquit, ut in signo crucis notentur, qui sperant in nomine Domini nostri JEsu Christi?* Hic de Catechumenis loquitur. *In qua Scriptura legimus, quod orantes ad Orientem faciem vertere oporteat? quis Sanctorum Scripto nobis reliquit preces, quas in consecratione panis Evcharistici, & Benedictionis calicis adjungimus?* (**) *nam illis verbis*

(*) Istud S. Basilii argumentum; damnatis Traditionibus ipsam S. Scripturæ Auctoritatem defendi non posse, contra Protestantes est murus inexpugnabilis; si enim Romanæ Ecclesiæ Testimonium rejiciant, nihil ipsis superest, quo suam in Sacra Scriptura contentam, ut ipsi putant, Doctrinam tueantur, quod non omnes Heterodoxi afferre possint.

(**) In diesem einzigen Abschnitt hat unser Uebersetzer dreymal gefehlet, denn zween vorhergehende Fehler verschweige ich Kürze halber. Erstlich giebt er die Worte: *duo sunt Dogmatum genera, quæ in Ecclesia conservantur &c.* Entre les Dogmes,

verbis, quæ apud S. Paulum, & in Evan- Sæculum IV.
gelio invenimus, non contenti, alia ante A. C. 374.
consecrationem, & post Consecrationem
adjicimus, quæ Sacramentum comitantia
magna

Dogmes, que l'on conserve dans l'Eglise &c. Die Glaubens-Lehren, so in der Kirche aufbehalten werden. Und gleich darunter: Beyderseitige Glaubens-Lehren. Er hätte sollen übersetzen: die Lehren, und nicht die Glaubens-lehren; denn nicht alles, was uns, zum Exempel, der H. Paulus in seinen Sendschreiben hinterlassen, ist eigentlich eine Glaubens-Lehre. Dieser Fehler ist bey unserem Uebersetzer darum erheblich, weil er in der beygesetzten Anmerkung, wie wir gleich sehen werden, sich anmasset, den Heil. Basilius zu beschuldigen; er habe in diesem Briefe den Unterschied zwischen eigentlichen Glaubens-Wahrheiten, und zwischen Gebräuchen in der Kirche nicht beobachtet.

Zweytens hat er die Worte: *a quibus secreto accepimus. par laquelle nous les avons receus en secret.* also gegeben: die sie uns als Geheimnisse hinterlassen. Ein anders ist, jemand etwas in geheim hinterlassen, und ein anders, als ein Glaubens-Geheimniß.

Der dritte Fehler ist eine offenbare Verfälschung. Denn es heisset hier: *Quis Sanctorum scripto nobis reliquit preces, quas in Consecratione &c. &c.* *Fleury pag.* 291. Qui des Saints nous a laissé par ecrit les prieres, qui accompagnent la Consecration du pain de l'Eucharistie & du Calice de Benediction? Car

nous

Sæculum IV. A. C. 374.

magnæ virtutis sunt. Hanc autem Doctrinam non scriptam, sed traditam habemus. Etiam aquam Baptismi benedictionis

nous ne nous contentons pas de ce qui est mentionné dans S. Paul ou dans l'Evangile: mais nous disons d'autres paroles devant & aprés, comme ayant une grande force pour le Sacrement. Der Uebersetzer giebt die letzten Worte, auf seiner zur Seite, sondern wir setzen noch so wol vor als nach genossenem Abendmale viele Gebete hinzu, die wir zur würdigen Geniessung des Sacramentes vor sehr kräftig halten. Es ist ja hier die Rede nicht vom Gebete vor und nach der Geniessung des Heil. Leibes und Bluts Christi, sondern vor und nach der Consecration, oder Transsubstantiation. Weil aber diese Wahrheit dem Uebersetzer nicht in den Kopf will, so mußten die Worte des H. Vatters Basilius, und des Fleury verfälscht werden.

Ceterum bene hic notat Anonymus l. verba S. Basilii sequentia: *quæ Sacramentum comitantia magnæ Virtutis sunt.* non favere errori Græcorum, dicentium, quod Invocatio a JEsu Christi verbis distincta ad Consecrationis Efficaciam pertineat. Nam observandum, tam de precibus, quæ JEsu Christi verba præcedunt, quam de iis, quæ subsequuntur, ipsum loqui, cum econtra Invocatio, de qua Græci id affirmant, tantum subsequatur. Ergo dicendum, has preces, tam ante, quam post Consecrationem, adjunctas, ad elevandam mentem, aut ad alios effectus a Consecratione distinctos, magnam virtutem habere.

mus, & oleum unctionis, & ipsum baptizatum; ubi quæso, ut hæc faciamus, scriptum? nempe facimus ex traditione tacita, & secreta. Imo ipsam olei unctionem, in quo scripto hanc didicimus? iterum, ut baptizandum ter immergamus, unde hoc accepimus? unde tot alias cæremonias, dum baptizamus? quod renuntiemus Satanæ, (*) *& Angelis ejus, ubi hæc facienda legimus? nempe sunt illæ instructiones secretæ, quas Patres nostri, ab omni curiositate alieni, reverenti silentio custodierunt.* Fusius deinde de causa, cur Mysteria adeo secreto fuerint tractata, habetque sibi persuasum, hunc usum cum ipsa Ecclesia esse natum. Sæculum IV. A. C. 374.

Tandem, ut traditionem Doxologiæ probet, ejusdem testes adducit; primo eum, a quo ipse S. Basilius fuerat baptizatus, & inter Clericos admissus, id est, Eusebium Cappadociæ, deinde Doctores antiquissimos, S. Clementem Romanum, S. Irenæum, S. Dionysium Romanum, S. Dionysium Alexandrinum, Eusebium Palæstinæ, Origenem Africanum, Athenogenem veterem Martyrem, S. Gregorium Thavmaturgum, in cujus laudes excurrit, Firmilianum, Meletium, non quidem Episcopum Antiochenum, tunc luce c. 29. *Eus. VII. hist. c. ult. Sup. VIII. §. 13.*

(*) Testimonium antiquissimum de Ceremoniis in Baptismo adhibendis.

Sæculum IV. A. C. 374.

ce fruentem, sed illum, qui aliquo tempore prior in Ponto vixerat, & quem Eusebius impense laudat; S. Basilius adjungit eundem apud Orientales vigere usum, idque se ex viro Maximo Mesopotamiæ didicisse; is S. Ephrem fuisse creditur. Dicit eundem in toto Occidente usurpari, nempe, ubique dici, sicut hodieque dicitur; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. (*)

§. XIV.

(*) Nun kömmt die schöne Anmerkung des Deutschen Uebersetzers. Er saget: Es hat Basilius in diesem Briefe den Unterschied zwischen eigentlichen Glaubens-Wahrheiten und zwischen Gebräuchen in der Kirche nicht gehörig beobachtet. Daher hat er auch von der mündlichen Ueberlieferung in der Kirche unrichtig gelehret.

Das ist ja eine unverschämte Mißhandlung! in der vorigen Anmerkung haben wir gesehen, daß er das Wort: Glaubens-Wahrheit zweymal unrichtig übersetzet; jetzt aber beschuldiget er den H. Basilius, daß solcher die Glaubens-Wahrheiten, und Gebräuch nicht gehörig unterscheidet. Der H. Basilius hat die Glaubens-Wahrheiten von den Gebräuchen gar eigentlich unterschieden, und von der mündlichen Ueberlieferung auf eine bestimmte Art unrichtig gelehret. Dieser Heil. Vatter, wie es ein aufmerksamer Leser beobachten kann, hat in diesem Buch wider den Ketzer Aetius erweisen wollen, daß GOtt dem H. Geiste gleiche Ehre mit GOtt dem Vatter

§. XIV.

Sæculum IV.
A. C. 374.

Epistolæ Canonicæ ad S. Amphilochum.

Sanctus Basilius ad S. Amphilochum tres epistolas Canonicas scripsit, celeberrima antiquitatis monumenta. Canones numerando continuantur, ac si unius essent operis, itaque epistola prima sedecim canones continet, secunda triginta quatuor

---

Vater, und dem Sohne gebühre, welches eine Glaubens-Wahrheit ist, und erweiset solches aus der Heil. Schrift. Alsdenn kömmt der Abschnitt, in welchem er den uralten Gebrauch der *Doxologie* darthut, bedienet sich hierzu der mündlichen *Tradition*, und bringet kein anders Exempel, als alte Kirchen-Gebräuche. Wo ist nun eine Vermischung? Wo ist eine Unrichtigkeit in der Lehre? Dieser Uebersetzer bey seinem Sächsischen Bier will einen bessern Gottesgelehrten vorstellen, als der H. Basilius gewesen ist, welcher durch Fasten und Lesung der H. Schrift seinen Leib so ausgemergelt, daß er vielmehr dem Schatten eines menschlichen Cörpers, als einem Menschen selbst ähnlich war. Aber er saget ferner in seiner Anmerkung: Es ist unstreitig, daß die Gebräuche in der Kirche von einer Gemeinde und von einer Zeit zur andern fortgetragen, und daher auch bald hie bald da mit Zusätzen vermehret worden; aber ein gleiches läßt sich nicht von den Glaubens-Wahrheiten sagen. Denn diese mußten ihren Grund in dem geschriebenen Worte GOttes haben, sonst wur-

Sæculum IV. A. C. 374.

quatuor usque ad quinquagesimum, tertia triginta quinque usque ad octogesimum quintum. Sunt autem hi canones responsa ad quæstiones, quas ei S. Amphilochus in diversis Disciplinæ punctis proposuerat, maxime de pœnitentia pro nata in variis casibus particularibus occasione; S. Basilius omnes quæstiones resolvit secundum Regulas antiquas, & consuetudinem in sua Ecclesia stabilitam. Primus canon de baptismo hæreticorum, & speciatim Catharorum, seu Novatianorum

---

den sie nicht aufgenommen, und die *Tradition* konnte ihnen keinen *Credit* verschaffen. Was hier der Uebersetzer saget, ist alles wahr; nur hätte er den Heil. Basilius nicht beschuldigen sollen, als wenn der Heil. Vater diese Regel nicht recht verstanden hätte. Eines muß der Uebersetzer noch lernen: Daß zwar alle Glaubens-Wahrheiten ihren Grund in dem geschriebenen Worte GOttes haben müssen. Allein um zu erkennen, ob es ein richtiger Grund, oder nur ein Scheingrund sey, ist die Auctorität der Römisch-Katholischen Kirche nothwendig; denn alle Ketzer haben vorgegeben, ihre Lehre hätte in der Schrift ihren Grund. Also haben die Lehren, daß der Sohn dem Vater consubstantial sey, und die Transubstantiation im Heil. Sacrament, ihren unbeweglichen Grund in der heiligen Schrift; weil aber Irrlehren entstanden, so hat die Römische Universal-Kirche darüber aussprechen müssen, so wird ein solcher Ausspruch das ungeschriebene Wort GOttes genennet.

norum agit. S. Basilius docet, antiquos diversitatem agnovisse inter hæresin, Schisma, & Conventum illicitum; hæresin appellasse separationem ob articulum fidei, schisma separationem in aliquo puncto Disciplinæ, Conventum illicitum, quem forte Presbyter inobediens, ob crimen damnatus, celebraret, nullo admixto fidei errore. Itaque Hæreticos dicebant Manichæos, Valentinianos, Marcionitas, Pepuzenianos, seu Montanistas; Catharos vero, seu Novatianos tantum schismaticos æstimabant, quibus accensebant Encratitas, Apotactitas, Hydroparastatas, seu Aquarios. His ita suppositis antiqui Baptismum hæreticorum ex toto rejiciebant, & Schismaticorum recipiebant. Dicit tamen S. Basilius, cujuslibet Provinciæ consuetudinem esse servandam, quia usus erant diversi; scilicet præprimis examinandum, quo modo illud hæreticorum genus in illa Regione, de qua quæstio mota esset, Baptismum conferat; quoniam ille Baptismus, qui non secundum formam, quam JEsus Christus suæ Ecclesiæ dedit, confertur, est rejiciendus. Itaque definit, Baptismum Pepuzenianorum esse nullum, quia in Nomine Patris, & Filii, & Montani, aut Priscillæ baptizabant; hinc usum esse considerandum dicit, quia hæretici, cum certam, & fixam Regulam non haberent, di-

Sæculum IV. A. C. 374.

Sæculum IV. A. C. 374.

verſe in diverſis locis Baptismum conferre poterant. Statuit quoque, baptizandos eſſe Encratitas, eo quod, ne reconciliari Eccleſiæ unquam poſſent, formam Baptismi corrupiſſent; iterum tamen ad conſuetudinem eorum eſſe attendendum, ait, quod ſemper ad probandum factum intelligendum, an nempe Baptismus ab his ſpeciatim hæreticis ſecundum formam, aut contra ab Eccleſia obſervatam, conferatur. Hæc in iſto S. Baſilii Canone clariſſima videntur. In ſecunda epiſtola Canonica addit; Encratitas, & Apotactitas eſſe rebaptizandos, quod ſint Marcionitarum progenies, qui Matrimonium, & uſum vini in odium Creatoris damnent; ex hoc conjicitur, diverſi generis Encratitas fuiſſe, quosdam proprie hæreticos, alios tantum Schismaticos. Certe hæc Diſciplina cum eo conſentit, quod in Concilio Arelatenſi decretum eſt, nempe ut antequam de valore Baptismi, ab Hæretico collati, ſententia præcipitetur, Baptizatus jubeatur Symbolum recitare, & ſi ſecundum fidem Catholicam de Trinitate non reſpondeat, tunc rebaptizetur. S. Baſilius Hæreticos, qui ſe in mortis articulo convertunt, ſi prius probati fuerint, an ſincere id exoptent, dicit eſſe recipiendos.

Maxima Canonum pars in his ad Amphilochum epiſtolis agit de Homicidiis

v. infr. lib. XVIII. §. 8. Cant. 47. & Innoc. 1. ep. 2. c. 5.

Conc. Arel. 1. c. 8. Sup. lib. X. §. 15.

can. 5.

can. 2.

Sæculum IV.
A. C. 374.

aut de iis, qui in leges Matrimonii peccarunt. Homicidii rea habenda est mulier, quæ causam posuit, ut fœtus suus, sive fuerit formatus, sive non formatus, perierit. Pœnitentiam aget annis decem. Eadem pœnitentia injungitur mulieri, quæ in via peperit, & dereliquit infantem suum. Homicida est, qui ita percussit proximum suum, ut mortuus sit, sive aggrediendo, sive defendendo. At voluntarium a non voluntario sollicite est distinguendum. Hæ distinctiones hic videri possunt clarissime in exemplis, quæ per omnes voluntarii gradus deducuntur. Pœnitentia pro homicidio voluntario est viginti annorum; homicida quatuor annis extra Ecclesiam erit inter flentes, annos quinque inter auditores, annis septem orationis tempore prostratus, annis quatuor consistens, seu stando orans. Pœnitentia homicidii non voluntarii est decem annorum; reus annis duobus flebit, tribus erit auditor, quatuor prostratus, & uno anno consistens. Si quis prædones se aggredientes & ipse aggressus fuerit, si laicus est, Communione privabitur, si Clericus deponetur. Homicidium in bello commissum, quamvis voluntarium, non vertitur crimini, quia fuit defensio legitima, at forte salutare erit, inquit S. Basilius, talibus suadere, ut tribus annis a Communione abstineant,

can. 33. 52.
c. 43.
c. 8.
c. 56.
Sup. l. VII. §. 58. *X.* §. 16.
c. 57.
c. 55.
c. 13.

Sæculum IV. A. C. 374.

quod manus videantur habere pollutas. Idem de veneficio, & Magia, quod de Homicidio ſtatuitur. Qui ſepulchrum effregerit, decem annis pœnitentiam agat, ſicut ille, qui homicidium non voluntarium commiſit.

c. 65.
c. 66.

§. XV.

Canones de Matrimonio.

Pro adulterio quindecim annorum pœnitentia præſcribitur; reus erit annis quatuor inter flentes, quinque inter auditores, quatuor inter proſtratos, duobus inter ſtantes. Mulieres adulteræ pœnitentiam publicam non ſubeant, propter periculum ne pœna capitis puniantur, (*) ſed Communione privabuntur, donec tempus ſuæ pœnitentiæ completum fuerit, & tempore orationis ſtabunt. Maritus peccans cum fœmina ſoluta, non punitur, ut adulter. Itaque hoc crimen in viro, & in muliere non æqualiter punitur. Mulier maritum adulterum dimittere non poteſt, Maritus uxorem dimittat. *Nemo facile*, inquit S. Baſilius: *hujus diverſitatis rationem reddet, ſed ita more introductum eſt.* Pro fornicatione quatuor annorum pœnitentia injungitur, nempe

c. 58.
c. 34.
c. 21.
c. 22. 80.

(*) Interpres Proteſtans hoc reddidit: aus Furcht, ſie möchten von dem Volke getödtet werden. Qualis verſio! alios errores prætereo.

Sæculum IV. A. C. 374.

nempe in singulis pœnitentiæ gradibus uno anno sint. Non licebat mulieri a Marito discedere nec propter ejus crudelitatem, aut dissipationem bonorum, aut adulterium, aut Religionis diversitatem, saltem alteri nubere prohibebatur; at Marito derelicto indulgebatur aliam accipere, & quam duxisset, non censebatur adultera; imo si ignorans ei nupsisset, & ipse secunda dimissa, primæ fuisset reconciliatus, hæc alium maritum accipere poterat. Ecclesia Orientalis hodieque hunc morem servat, atque marito, qui uxorem ob adulterium dimisit, alteram, ea vivente, ducere indulget; Ecclesia Occidentalis semper strictiorem Disciplinam servavit, tenetque vinculum conjugale sola morte solvi posse; interim usum Orientalium tolerat, & non condemnat. Maritus, qui uxorem legitimam dimiserit, & aliam duxerit, adulter judicabatur, tamen pœnitentia non ultra septem annos imponebatur. Mulier, quæ Marito absente nubit, antequam certum testimonium de ejus morte acceperit, adultera est. Hæc regula uxores militum tangit, quæ tamen eo magis indulgentiam merentur, quo pronius credere est, milites fuisse in bello occisos.

c. 9.
c. 48.
c. 351.
c. 46.
Pallav. hist. Conc. Trid. lib. XXII. c. 4. n. 27.
c. 77.
c. 31.
c. 36.

Secundas nuptias ineuntes ad pœnitentiam tenebantur, secundum aliquos unius anni, secundum alios annorum

c. 4.
c. 2. 53.

Sæculum IV. A. C. 374.

duorum; tertio nubentes tribus aut quatuor annis pœnitere jubebantur; *apud nos*, inquit S. Basilius: *mos est, ut tertio nubentes quinque annis separemus.* Hac separatio tamen non erat proprie pœnitentia publica. Quod pertinet ad Polygamiam, crimen belluinum, & humano generi probrosum videbatur; qui illud commiserant, uno anno inter flentes & tribus inter prostratos esse tenebantur; sub hac Polygamia aliqui quartas nuptias & ultra intelligunt. Fornicationes ne quidem matrimonii initium sunt; hinc præstat, tales, qui ita coierunt, separare; tamen si affectus sit sincerus, & vehemens, ad evitandum majus malum, videtur esse indulgendum, ut matrimonium ineant; pœnitentiam autem fornicationi præscriptam subeant. Matrimonia incestuosa eo modo, quo adulteria, puniuntur; at S. Basilius incestum reputat, si quis duas sorores unam post alteram ducat; de hac materia scripsit epistolam ad Diodorum Presbyterum Antiochenum, postea Episcopum Tarsensem, ubi dicit, consuetudinem, cui inest vis legis, invaluisse, ut qui ejusmodi matrimonium iniissent, separentur, & nisi obediverint, in Ecclesiam non esse admittendos. Deinde explicat legem Mosaicam, cujus auctoritate aliqui ejusmodi matrimonium licitum dicere contendebant. Jam antea Concilium Neo-

v. Theod. stud. lib. 1. ep. 50.
can. 50.
c. 80.
c. 26.
c. 25.
c. 68.
Epist. 197. ad Diod. c. 40. 42.
Deut. 25. 5.
Conc. Neoc. c. 2.

Neocæsarienſe matrimonium mulieris, duobus fratribus nubentis, condemnaverat. Hic poteſtas Eccleſiæ de valore matrimonii disponentis diſpicitur. Matrimonium hominum, qui ſui juris non ſunt, id eſt, mancipii, filii familias, absque Domini, vel Patris conſenſu nullum eſt. Raptor, antequam raptam libertati reddat, ad pœnitentiam non admittatur; poſtea eam ducere poterit, ſi accedat conſenſus eorum, quorum arbitrio ſubeſt. Puella, quæ ſeduci ſe paſſa eſt, obtento Parentum conſenſu, tribus annis pœnitentiam aget. Quæ vim paſſa eſt, nulli pœnæ ſubditur.

Sæculum IV. A. C. 374.

S. Baſilii Canones. c. 22.

c. 38.

Presbyter, qui ante ſuam ordinationem per ignorantiam matrimonium illegitimum contraxit, non niſi honore ſeſſionis præcedet, omnes autem functiones ei interdicantur, cum alios jam ſanctificare non poſſit. Si Diaconus poſt ſuſceptum ordinem fornicetur, ſuis functionibus prohibebitur, & ad ſtatum laicorum redigetur, nulla alia impoſita pœna. Hæc regula antiqua obſervabatur, ut Clerici depoſiti non ſubirent publicam pœnitentiam, ne bis puniri viderentur; præterea laici poſt peractam pœnitentiam reſtituebantur, at in Clericis depoſitionis pœna erat perpetua. Attamen qui peccata carnis commiſit, laboret, & carnem ſuam mortificet, ſi ſerio malo ſuo remedium quæ-

c. 27.

c. 3.

c. 32. 51. 69. 70. *Can. Apoſt.* 25.

Sæculum IV. A. C. 374.

rat, quamvis consuetudine ad pœnitentiam canonicam non obligetur. *Utrumque*, inquit S. Basilius: *nos scire oportet, quid perfectionis sit, & quid consuetudinis, & ea solum, quæ consuetudinis sunt, illis adhibere, qui perfectionem attingere non possunt.* Diaconissis, quæ corpus suum Deo consecraverant, non ultra licebat habere cum viro commercium. Si cum Pagano peccassent, excommunicabantur, & non nisi post septem annorum pœnitentiam recipiebantur. Virgines post professionem lapsæ pro more antiquo post unum annum, sicut bigami, recipiebantur; at S. Basilio videtur, jam postquam Ecclesia aucta est, & numerus Virginum crevit, majori rigore utendum, & Virginem lapsam eo loco, quo adulteras, esse habendam. Requirit autem, ut talis lapsa plena libertate, & ætate matura professionem Virginitatis ediderit, (*) id est, decimo sexto, vel decimo septimo anno completo, postquam diu exspectasset, suscipi petiisset, & fuisset examinata; *plures enim sunt*, inquit, *quæ ante ætatem requisitam ob causas temporales a parentibus præsentantur.* Hæc S. Basilii opinio omnio notatu digna est, partim ob ætatem requisitam puellarum pro-

c. 44.

c. 18.

(*) Quid ad hæc Protestantes, damnantes Vota?

profitentium, partim quod dicat, Fide- Sæculum IV.
lium numerum in Eccleſia a ſuo principio A. C. 374.
illuc usque excreviſſe, & longiſſime ab-
ſit, ut credat, ob Chriſtianorum multi- c. 19.
tudinem quidquam de veteri Diſciplina
eſſe relaxandum. Monachi tunc tempo-
ris necdum expreſſe continentiam profi-
tebantur, at S. Baſilius exiſtimat, expedi-
re, ut ad eam profeſſionem edendam ob-
ligentur impoſterum, (*) & ſic, ſi eam
violaverint, ad ſubeundam fornicationis
pœnam ſubjiciantur. Puellæ, quæ pro- c. 20.
feſſionem Virginitatis emiſerant, cum es-
ſent hæreticæ, & deinde matrimonium
inierant, non puniebantur, & generatim
pro peccatis, ante ſuſceptum baptismum
commiſſis, etiam Catechumenorum, pœ-
nitentia Canonica non imponebatur;
nam

(*) Anonymus I. ad hunc locum dicit; ſecun-
dam partem aſſertionis clare in Canone conti-
neri, nempe S. Baſilium ſentire, Monachos ad
profeſſionem Caſtitatis eſſe obligandos, at non
primam, nempe viros non expreſſe ſicut fæmi-
nas continentiam fuiſſe profeſſos, & adjungit idem
Anonymus, ſe non videre, quod Aſſertio prima
ex ſecunda poſſit inferri. Mihi autem videtur
omnino eſſe inferenda. Ut quid enim S. Baſilius
hanc Profeſſionem credidiſſet eſſe inducendam,
niſi quod prius non exiſteret. Hodieque Profeſ-
ſio Religioſa in Ordine S. P. Benedicti promiſſio-
nem ſervandæ Caſtitatis tantum tacite comple-
ctitur; ſed aliunde inducta eſt obligatio.

Sæculum IV. A. C. 374.

nam hic sermo est de hæreticis, quorum baptismus, ut ante dictum est, erat nullus. Conjunctiones personarum Deo consecratarum pro fornicariis habebantur, & separari jubebantur; S. Basilius has personas vocat canonicas, quæ vox Clericos, & Monachos comprehendit.

c. 6.

c. 62. 63. Peccata contra naturam puniuntur sicut

c. 67. 75. adulterium. Incestus fratris, & sororis undecim annorum pœnitentia expiabitur; nempe reus tribus annis erit in ordine flentium, tribus aliis in ordine audientium, tribus prostratorum, & duobus stantium, universim annis undecim.

c. 79. 76. Idem pro peccato cum privigna statuitur.

§. XVI.

Alii Canones.

c. 73. Apostata, qui JEsu Christo renuntiavit, tota vita sua in ordine flentium deplorabit; at ante mortem pœnitentia ei concedetur, (*) & cum fiducia in Dei Misericordiam Communio præbebitur.

c. 81. Qui in Barbarorum incursione, per Deos juraverint, aut carnes immolatas manducaverint, pœnitentiam agent temporis breviori, aut longiori, nempe pro mensura

(*) Hic sub voce Pœnitentiæ Absolutio secreta videtur accipienda; quæ enim alia Pœnitentia ei fuisset ante mortem tribuenda, qui tota vita sua inter Flentes pœnitentiam sustinuerat?

sura pugnæ, qua persecutoribus restite- Sæculum IV.
rint. Qui Magicam artem exercuit, si- A. C. 374.
milem cum homicida pœnitentiam aget; *c. 72.*
qui Divinationibus, & sortilegiis fidem, *c. 83.*
more Gentilium, adhibent, aut magos in
domos suas inducunt, ut Dæmonis pacta
pactis solvant, sex annis pœnitebunt.
Perjurus pœnitebit annis decem, aut sex, *c. 64.*
si vi ad juramentum violandum adactus *c. 72.*
est. Qui juravit, se proximo suo noci- *c. 29.*
turum, non tantum juramento stare non
tenetur, sed etiam in ordinem pœniten-
tium redigatur, quod jurare ausus fuerit.
Eandem Doctrinam S. Basilius viro nobi- *ep. 388.*
li, nomine Callistheni perscripsit, qui ju- *p. 1164.*
raverat, severissime mancipia sua puniturum; monet hunc Dominum, pœnitentiam Ecclesiasticam non minus utilem ad castigandos servos suos futuram, quam si vindicta publica in eos animadvertat.
Sed redeamus ad Canones ad S. Amphilochum missos. Non nulli jurabant, se
non permissuros, ut Presbyteri, vel Epis-
copi ordinarentur; S. Basilii sententia *c. 10. & ep.*
est, tales non esse contra suum juramen- *3. init. p.*
tum cogendos, dicens, experientiam do- *774.*
cuisse, id male successisse; sed vult, ut *c. 27.*
forma juramenti examinetur, verba, &
mens jurantis. Votum ridiculum, quale
est vovere abstinentiam a carne porcina,
ad nihil obligat.

De

Sæculum IV. A. C. 374.

De Furibus dicit: *Si quis furatus fuerit & se ipsum accusat, uno anno Communione privabitur, si ab aliis convinci debuerit, annis duobus, quos partim prostratus, partim stans explebit. Usurarius potest admitti ad Sacerdotium, si animum ab avaritia purgaverit, & acquisita per usuram, criminis sui fructum, distribuerit in pauperes. Criminis complex, qui se ipsum non accusaverit, sed convictus fuerit, tanto tempore pœnitentiam aget, quanto quis facinus commisit. Regula generalis ejus ut, si peccator magno fervore pœnitentiam suam adimplere studeat, de tempore aliquid remitti possit; si vero ægerrime malos habitus emendat, tempus solum ei nihil proderit, cujus concedendi finis alius non est, quam ut digni fructus pœnitentiæ probentur. Summopere ergo caveamus, inquit S. Basilius, ne peccatores nos quoque secum in ruinam trahant; terribilem judicii diem quotidie cogitemus.* (*) Arguamus

c. 61.
c. 14.
c. 71.
c. 74.
c. 84.
c. 85.

(*) Pathetica, illisque, qui hodie audiendis Pœnitentium Confessionibus fatigantur, utilissima est hæc S. Basilii exhortatio; nam Pœnitentia publica, & secreta, quia eundem finem habent, nempe Pœnitentis emendationem, & absolutionem peccatorum, si modum publici, & secreti excipias, ejusdem rationis sunt.

S. Pater dicit; Si peccatoris in adimplenda Pœnitentia magnus fervor appareat, de tempore aliquid

guamus eos diu noctuque, publice, & privatim; ante omnia Deum rogemus, ut eos lucrari possimus, & si non possumus, saltem nostras animas ab æterna damnatione eripere satagamus! His verbis S. Basilii epistola tertia Canonica ad S. Amphilochum clauditur. Sæculum IV. A. C. 374.

Quædam aliæ superstunt litteræ S. Basilii in materia Disciplinæ observatu dignæ, quæ ad Censuras generales pertinent.

Epistola

---

aliquid remitti posse. Sequitur, si hodie non magnus in Confitente dolor dispiciatur, oportere, ut saltem Sacerdos mature perpendat, an statim concedenda sit Absolutio. Rursus S. Pater dicit: Si Pœnitens ægerrime pravos habitus emendet, solum tempus ei non profuturum. Itaque si Confitens frequenter relabatur, non solum differenda Absolutio, sed etiam necesse erit, ut absolvendus ad destruendum malum habitum preces, jejunia, eleemosynas adhibeat, occasionem fugiat, & præcipue actibus virtutis vitio, cui adsuevit, contrariæ pravum affectum comprimat. Non leve negotium facessunt Confessario Peccatores consuetudine mala impliciti, & quid cum ipsis agendum, sæpe viri prudentissimi hæsitant.

Sed etiam alii sæpe Tribunal secretum accedunt, multa, & mortalia peccata confitentur, nulla autem intensioris doloris nota cognoscitur, propositum sibi esse non peccandi quidem affirmant, & fidem faciunt Confessario, si is in specula-

Sæculum IV. A. C. 374.

Epistola prima contra raptorem scripta est, videturque at aliquem Episcoporum S. Basilio subjectorum autad aliquem Chorepiscopum, data. Reprehendit, quod parum iis omnibus curæ sit, tam pernicioſum usum reprimere, & singulatim huic Episcopo præcipit, ut raptorem cogat, puellam parentibus suis reddere, ipsum a precibus excludat, atque cum conscíis, & tota ejus domo excommunicatum declaret ad trien-

culatione sistat, si rem practice consideret, spes emendationis evanescit. Tamen confitenti dictatur pœnitentia non adeo gravis, statim absolvitur & e Confessionali ad Sacri Corporis Domini Nostri Mensam transit. An tum secura sit Pœnitentis conscientia? an muneri suo satisfecit Confessarius?

Quamvis vero hæc Quæstio pro casibus singulis definiri non possit, tamen optandum videtur, ut in nostra Germania, quando Pœnitentes plura mortalia, & non nunquam intra breve tempus commissa, confitentur, magis ad antiquum Ecclesiæ Catholicæ rigorem respiceretur, & absolutio differretur, donec ex Pœnitentis sincero conatu, & secuta, saltem ex parte emendatione, Confessario constaret, ad recipiendum Sacramentum esse dispositos. Juxta Ecclesiæ antiquæ morem in Tribunali publico non tantum emendatio, sed etiam Pœnitentia Absolutionem semper præcedebat. Cur non hodie Sacerdos in Pœnitentia secreta saltem partem emendationis ante Absolutionem exigat, ut securus sit, se eam non indigno conferre?

triennium. Populum quoque illius vici, qui raptam puellam recepit, retinuit, & ne redderetur, impediit, precibus excludi jubet. Altera epistola est contra captiosum litigatorem, qui ea, quæ in judicio contra se afferebantur, fraudulenter in suam defensionem vertebat. S. Basilius jubet, ut cum tota sua familia precibus excludatur, & omni cum Clericis communicatione privetur. In his duabus epistolis censurarum generalium exempla videmus. Tertia agit de quodam, qui juxta Regulam Evangelii sæpius monitus, vitam non emendaverat; S. Basilius mandat, ut excommunicetur, toti oppido denuntietur, omnesque qualicunque vitæ commercio cum eo abstineant. Hic dispicitur, jam tunc excommunicationem aliquatenus in temporalia influxisse. S. Basilius in hoc puncto S. Athanasii exemplum sequebatur. Sæculum IV. A. C. 374.

Epistola ad Cæsariam (*) de frequenti communione majoris momenti est, quam ut hic omitti possit. In hac Basilius ista edicit: *Bonum est, & utile quotidie communicare, & participem fieri Corporis, & Sanguinis JEsu Christi.* *Ep.* 389.

Nos

(*) Interpres Protestans istud reddit: der Brief an die von Cæsarea. belle! In sequentibus Lineis semper vocem: Sacrificium, permutat. Sileo alios errores.

Sæculum IV. A. C. 374.

Nos quidem quater in Septimana Diebus Dominica, Mercurii, Veneris, & Sabbati, atque aliis diebus, quando alicujus Martyris (*) memoriam celebramus, Communionem accipimus. Quod autem tempore persecutionis Christianus, cui Presbyteri, aut Ministri copia non est, propria manu Communionem sumere absque ulla dubitatione teneatur, nulla alia demonstratione opus est, quam quod id ipsum usu constanti, & antiqua consuetudine stabilitum sit. Omnes Monachi, qui deserta habitant, ubi Presbyteri non sunt, Communionem apud se servant, & suis manibus communicant. Alexandriæ, & in Ægypto plerique Laici domi suæ Communionem asservant; postquam enim semel Sacerdos sacrificium celebravit, & hostiam distribuit, qui simul totam accepit, & deinde sæpius de ea sumit, credat, quod ex manu Sacerdotis, a quo accepit, communicet. Qui in ipsa Ecclesia communicat, acceptam a Sacerdote particulam in sua potestate habet, antequam manu ad os deferat; idem ergo est in effectu, sive quis a Sacerdote unam particulam, aut plures simul particulas accipiat. S. Basilius hic loquitur de more sui temporis, quo Presbyter, distribuens Eucha-

S. Basilius. de frequenti Communione.

(*) Similes modi Sanctos Martyres honorandi, toti Antiquitati & Ecclesiæ probati, hodie a Protestantibus exploduntur. Quo fundamento?

Evchariſtiam, eam manu porrigebat, quam quisque ſibimet ipſi in os immitteret. Clariſſime hic notat, Evchariſtiam fuiſſe aſſervatam, (*) ut Chriſtiani etiam communicare poſſent extra tempus Sacrificii, extra Eccleſiam, imo in locis longe diſſitis, qualia erant Monaſteria in deſertis; id tamen etiam ſub ſpecie vini factum fuiſſe haud ita facile credi poteſt. Sæculum IV. A. C. 374.

§. XVII.

Exilium S. Euſebii Samoſateni.

Tandem perſecutio in Catholicos etiam S. Euſebium Samoſatenum corripuit, cujus zeli ardorem Ariani ultra ferre non poterant. Sciens, plures Eccleſias ſuis Paſtoribus orbatas, Syriam, Phœniciam, Palæſtinam peragrabat, Tiaram Perſicam capite geſtans, & more militari veſtitus; Presbyteros, Diaconos, aliosque Clericos ordinabat in Eccleſiis, ubi opus erat, & ſi Epiſcopi Catholici alicubi occurriſſent, etiam novos ordinabat Epiſcopos. In eum ergo lata eſt ſententia, ut in Thraciam relegaretur. Illi, qui proſcriptionis mandatum ferebat, ſub veſperum ad *Theod. IV. c. 13. 14.*

(*) Quid huic exemplo Proteſtantes opponant, qui dicunt, non licere S. Evchariſtiam aſſervare? imo omnia adjuncta perſuadent, illos Chriſtianos tantum ſub Panis ſpecie ſacrum Chriſti Corpus, & Sanguinem accepiſſe.

Sæculum IV. A. C. 374

se ingredienti, ait: *Amice! cave ne frustra pitum edas, causam adventus tui sile! quae si populo suboleat, in profluentem te dejiciet, & ego mortis tuæ auctor dicar.* Hæc elocutus, pro more officium nocturnum celebravit, tunc cum omnes prima quiete gravarentur, pedes egressus est cum domesticorum fidissimo, nihil præter pulvinar, & librum portante; ubi ad ripam Euphratis, urbis muros alluentis, pervenit, navigium conscendens, Zeugma, aliam urbem septuaginta duobus milliariis, seu 24. leucis, secundo flumine, devectus est. Altero sole oriente magna consternatio cives Samosatenos turbavit, nam qui Episcopum comitatus fuerat, ad ejus amicos abeuntis mandata ediderat, quos vellet, ut se sequerentur, & quos libros sibi afferrent. Omnes simul Pastoris sui jacturam deflere; jam cymbarum multitudine flumen tegebatur, atque plurimi Zeugma delati, ubi adhuc dum hærebat, suspiriis, & lacrymarum torrentibus perorabant, ne se luporum rapacitati derelinqueret; loco respondeis verba Apostoli prælegit, potestatibus obedire jubentis. Cum reditum persuaderi non posse viderent, in tam longi tineris usum aurum, argentum, vestes, servos offerebant; ipse contentus paucis, quæ ab amicorum familiarissimis accepit, præsentes omnes sua instructione, &

Rom. 14.

& precibus confirmavit, hortatus, ut pro Doctrina Apostolica strenue decertarent. His viam ad Danubium capessit, in locum sui exilii concessurus. Sæculum IV. A. C. 374.

In S. Eusebii locum Ariani Samosatam miserunt virum mitem, & modestum, Eunomium nomine; sed nemo, cujuscunque conditionis esset, eum ad Ecclesiam euntem sequebatur, ibi relinquebatur solus, nemo ejus alloquium, nemo aspectum ferebat. Quadam die in balneo existens, advertit, famulos suos clausisse januas, & multos foris exspectare, tunc jussit aperiri, omnesque, ut libere lavarentur, invitabat, vidensque, quod ii, qui intraverant, subsisterent, nec aquas ingrederentur, rogavit, ut non obstante, quod ipse adesset, facerent; omnibus silentibus, credidit, id sui reverentia fieri, & nolens esse incommodus, abscessit. Tunc fecerunt, ut aqua, qua ipse lotus fuerat, efflueret, quod putarent ipsius hæresi infectam, & alia, qua ipsi lavarentur, influeret. Id ubi Eunomius cognovit, urbe excessit, hominis non satis sani esse ratus, inter cives ita affectos velle persistere. Isti suffecerunt Ariani hominem animo audaci, & turbulento, Lucium nomine; dum aliquando per plateam vehitur, pila, quam colludentes pueri jaciebant, sub pedibus asini, cui Lucius insidebat, devoluta transiit; illico puerili *Ibid. c. 15.*

Sæculum IV. A. C. 374. clamore pronuntiant, jam maledictam esse hanc pilam; hoc audiens Lucius, quemdam suorum observare jussit, quid essent facturi. Pueri ignem suscitant, pilamque suam per flammas traducunt, ut pollutam mundarent. Tantum populus Samosatenus Lucium aversabatur; ipse, his nihil motus, multos Ecclesiasticos viros relegari curavit, atque inter alios Evolcium Diaconum in urbem Oasin desertam ultra Ægyptum, & Presbyterum Antiochum S. Eusebii ex fratre nepotem in quemdam Armeniæ angulum. Hæc autem omnia non uno tempore facta, nam Antiochus aliquo tempore cum Eusebio Patruo suo, fuit, & S. Basilius, ad Eusebium scribens, eidem gratulatur, quod occasione exilii nepote suo quietius frui posset, quam dum in gubernatione Ecclesiæ adjuvabat. *Ep.* 269.

§. XVIII.

S. Basilii pro Ecclesiis sollicitudo.

Greg. ep. 28. Sanctus Eusebius, in locum exilii sui migrans, per Cappadociam transiit, non eum tamen videre S. Gregorio Nazianzeno per morbum licuit, quo graviter decumbebat, scripsit autem, seque in ejus tanquam Martyris preces enixe commendat. S. Basilius quoque hujus exilii tempore multas ad S. Eusebium Epistolas dedit, accepitque, & quæ Samosata afferebant-

rebantur, ei submittebat. Commercium litterarum S. Basilio erat cum Otreo Episcopo Melitinensi in minore Armenia, & verosimiliter Uranii successore; ad hunc scripsit, ambos sibimetipsis in S. Eusebii absentia solatium laturos; *Tu quidem*, inquit: *dum ea, quæ Samosatæ geruntur, mihi perscribes, & ego, dum quæ ex Thracia cognovero, ad te referam.* Scripsit etiam ad Senatum Samosatenum, ut cives solaretur, & forti animo esse juberet, cui civitati testimonium dat, nullam aliam Syriæ in hac persecutione præclarum magis fortitudinis specimen edidisse. At aliqua inter Clericos Samosatenos divisione exorta, S. Basilius eisdem S. Eusebii Epistolam transmittit, aliamque adjungit, suo nomine scriptam, qua vehementer hortatur, ne partam Ecclesiæ suæ laudem factis contrariis obfuscent.

Sæculum IV. A. C. 374.

Ep. 316.

Epist. 294.

Ep. 280.

Ita S. Basilius Ecclesiarum Pastoribus suis destitutarum curam gerebat, quamvis cum gravissimis, & frequentissimis morbis conflictaretur, quibus non aliud remedium, quam mortem proximam sperabat. Scripsit ad eum S. Amphilochus de rebus Provinciæ Isauricæ sibi vicinæ, in qua tunc nullus erat Episcopus, cum antea plures illos fideles populos rexissent; *Magis utile futurum, credidissem*, rescripsit S. Basilius: *si illius Ecclesiæ cu-*

Sæculum IV. A. C. 374.

ra pluribus fuisset commissa, quia autem ita facile non est, viros dignos invenire, cavendum est, ne, dum Ecclesiæ Auctoritati Pastorum multitudine volumus consulere hac spe, ut diligentius administretur, Religionem & ipsos Episcopos imprudenter viles reddamus, si parum digni ad tantum Ministerium vocentur; forte igitur magis expediet, in Metropoli virum meritum instituere, ejusque conscientiam omnium reliquarum Ecclesiarum Regimine onerare, ea conditione, ut si laborem supra suas vires esse judicet, cooperarios assumat. Si vir tantus haberi non possit, invigilemus primo, ut parvis civitatibus, & oppidis, ubi aliquando Pastores habuerunt, Episcopos demus, antequam creemus Metropolitanum, ne is, quem in Cathedra Metropolitana imposuerimus, nobis ipsis deinde resistat, suam Auctoritatem extendere velit, & aliorum Episcoporum ordinationem probare nolit. Si id ipsum his rerum articulis efficere difficile sit, istud satage, ut certi Metropolitanæ Ecclesiæ limites ponantur, & ipse aliquos Episcopos vicinos ordinet; reliqua vero, ut tempore congruo in omnibus aliis locis Episcopos, qui magis idoneis visi fuerint, ponamus, nobis reservamus.

Ep. 303. Haud multo post per Epistolam S. Amphilocho mandavit, ut notæ fidei virum in Lyciam mitteret, eos, qui fidem Orthodo-

thodoxam sequerentur, exploraturum, *Audivi enim*, inquit a viro pio, *eos ab Arianorum erroribus esse alienos, & nostram Communionem lubenter recepturos.* Tum singulatim Episcopos, & Presbyteros nominat, ad quos in Lyciæ urbes mittere oporteret, & subjungit: *Eos antequam scribamus, si fieri potest, visitemus, & quando de eorum fide constabit, Epistolam mittemus, & quibusdam, ut ad nos veniant, persuadere conabimur, ut consilia conferamus.* Quos hic S. Basilius Asianos vocat, sunt illius Regionis in Asia minore habitatores, quæ proprie Diœcesis Asiæ dicebatur, & plerique hæresi infecti. Est nobis S. Amphilochi Epistola, quæ hujus Consilii, a S. Basilio dati, effectum continere videtur; est enim Responsum Synodale ad quosdam Episcopos, quos S. Amphilochus ad unionem, & constantiam in fide de Spiritus Sancti divinitate hortatus, quam divinitatem ut demonstret, nihil aliud affert, quam Symbolum Nicænum, & illa JEsu Christi verba: *Ite, docete omnes nationes &c.* Dicit etiam S. Basilium, ne huic Concilio assisteret, gravi morbo fuisse prohibitum, & ut ea suppleat, quæ scribere potuisset, ejusdem librum de Spiritu S. submittit.

Sæculum IV. A. C. 374.

Coteler. Mon. eccl. Greg. to. 2. p. 99.

Sæculum IV.
A. C. 374.

§. XIX.

S. Basilii ad propriam Defensionem Epistola.

IPSE S. Basilius pluribus Episcopis, præcipue ob Eustathium Sebastenum, cujus amicitiæ necdum publice renuntiaverat, in fide suspectus habebatur. Cum Episcoporum maritimorum, qui Episcopi in Ponto esse creduntur, (*) erga S. Basilium amicitia refriguisset, & satis longo tempore nullas litteras ad eum dedissent, ipse prior ad eos dedit Epistolam, rarum charitatis, & humilitatis specimen. In primis excusat, quod ad eos non invisisset, allegans causam, quod esset infirmis viribus, sollicitudinem Ecclesiarum, & persecutionem, quam ii, ad quos scriberet, non paterentur. Dicit, ipsorum charitati conveniens futurum fuisse, ut ad se scriberent, consolarentur, & si erraret, corrigerent. Velle se defendere dicit, dummodo id coram suis adversariis fieret. *Si convincimur*, inquit: *errorem nostrum agnoscemus, vos coram Domino innocentes eritis, quod a nostra Communione abstinueritis, & qui nos convincerint, mercedem accipient, quod malitiam nostram occultam manifestaverint. Si*

Ep. 77.

(*) Sunt, qui putent, non Episcopos de Ponto, sed Papam, & Episcopos Italiæ fuisse.

nos non convictos damnatis, non fidei quidem, sed jacturam amicitiæ vestræ patiemur, quam fateor inter cætera nostra esse pretiosissimam. Inferius, ut demonstret, unionem necessario conservandam esse, dicit: *Filii eorum sumus, qui Legem constituerunt, ut minutis litteris communionis nostræ signa usque ad orbis terrarum fines transmitterentur.* Hic de Epistolis formatis seu Ecclesiasticis loquitur. Proponit deinde conventum, & colloquium, sive apud eos, sive in Cappadocia, ut omnia in charitate componantur. Additque, quamvis solus scribat, id se tamen omnium fratrum in Cappadocia consilio facere. Hac super re scripsit quoque ad Elpidium, nempe unum ex illis Episcopis maritimis, rogans eum, ut sibi præcise tempus, & locum colloquii indicaret, *Sic enim*, ait: *quisque sciet, quando sibi, quæ præ manibus habet negotia, ad tempus sint dimittenda.*

Sæculum IV. A. C. 374.

Ep. 322. *p.* 1095.

§. XX.

Epistola ad Ecclesiam Neo-Cæsarienſem.

At contra alias quoque calumnias, quæ Neocæsareæ, Patria sua, spargebantur, necessarium fuit, ut S. Basilius se defenderet. In Epistola ad Neo-Cæsarienses, dicit: *Si peccatis meis supereſt remedium,*

Ep. 75. *ad Neo-Cæs.* *p.* 880.

Sæculum IV. A. C. 374.

medium, Apostoli præceptum sequimini: corripite, reprehendite, consolamini. Si tantum malum meum sit, ut corrigi non

2. Timoth. 4. *possit, manifestetur, ut Ecclesiæ ab hac peste caveant. Sunt Episcopi, convocentur, & de hac causa cognoscant; sunt in qualibet Ecclesia Clerici, spectatissimi eorum congregentur; audacter, quiscumque voluerit, in hoc judicio dicat, si modo examen judiciale sit, non autem convitiantium jurgia. Si in fide erro, producatur, quod manu mea scripsi, positis prajudiciis examinetur, an non accusatori ignorantiæ tribuendum, si quidquam minus*

p. 882. *Catholicum appareat.* In fidei suæ testimonium adducit multitudinem Ecclesiarum, quæ secum communicant, nempe Ecclesias Pisidiæ, Lycaoniæ, Isauriæ,

p. 883. primæ, & secundæ Phrygiæ, Armeniæ proximæ; Macedoniæ, Achaiæ, Illyrici, Galliæ, Hispaniæ, totius Italiæ, Siciliæ, Africæ, & omnes, quicunque in Ægypto & Syria Catholici supererant. *Scitote igitur*, subjungit: *omnes, qui nostram Communionem fugiunt, a tota Ecclesia separari; & cavete, ne invitum me cogatis, gravius quidquam statuere in Ecclesiam vestram, alias mihi charissimam. Interrogate Patres vestros, & dicent vobis, omnes Ecclesias, quantumcunque locorum distantia a se remotas, tamen fuisse in eadem sententia unitas, & eodem Spiritu*

guber-

gubernatas; populus ad populum invisere non cessabat, semper aliqui Clericorum proficiscebantur, mutua Pastorum charitas ita erat abundans, ut quisque Confratrem suum, tanquam Magistrum, suumque in rebus divinis Ducem coluerit. Sæculum IV. A. C. 374.

Post hæc S. Basilius alias duas Epistolas ad Neo-Cæsarienses dedit, prioribus vehementiores; unam, ut vanos a se aversionis prætextus, quos fingebant, refutet, alteram, ut instruat, & muniat contra errores, qui inter eos serpebant, & causa erant, cur se aversarentur. *Accusamur*, inquit: *quod viros habeamus, qui postquam mundo renuntiaverint, in pietate se exercent; talis criminis reum esse, vita charius mihi est. Fama ad me detulit, tantæ virtutis viros in Ægypto versari. Sunt aliqui in Palæstina, alii in Mesopotamia esse feruntur: Virtus nostra cum illorum virorum pietate comparata puerilis est. Si dantur mulieres, quæ sequentes consilium Evangelii, Virginitatem matrimonio præponunt, felices sunt, in quocunque mundi angulo existant. Apud nos non nisi levia tantorum virtutum exordia videmus.* Illud quoque S. Basilio mali vertebant, quod Psalmodiam, & formam precum ab usu Neo-Cæsariensium distinctam induxisset. Ad hoc respondet; Ecclesiæ suæ usum cum usu omnium aliarum Ecclesiarum concordare.

Ep. 63. & 64.

Ep. 63. *p.* 842

p. 483.

Apud

Sæculum IV. A. C. 374.

Apud nos, inquit: *populus noctu surgit, in Ecclesiam se confert, & postquam Deum cum lacrymis confessi sunt, finitis precibus, ad Psalmodiam considunt, in duos choros divisi, in cantu alternantes, ut se mutuo sublevent; tum unus cantum incipit, & alii respondent. Nocte ita inter diversos Psalmodiæ modos, & interpositas quandoque preces, exacta, ubi illucescere cœpit, Deo unanimi voce Psalmum Confessionis offerunt. Si ideo nos fugitis, etiam fugere vobis necesse erit Ægyptios, Christianos utriusque Lybiæ, Thebaidis, Palæstinæ, fugite quoque Arabes, Phœnices, Syros, hosque qui oras Eupbratis incolunt, verbo, omnes illos, quibus vigilia communes, preces, & Psalmodia cordi sunt.*

v. Horolo. Græc. Ritus Græcorum in suis precibus nocturnis hodieque ab isto haud multum abhorrentibus est, a Psalmo quinquagesimo. *Miserere.* Incipiunt, & adjungunt centesimum decimum octavum. *Beati immaculati.* Quod spectat ad preces nostras matutinas, quas *laudes* dicimus, Ecclesiæ Latinæ consuetudo S. Basilii usui similior est.

Ep. 64. p. 847 Errores in fide, qui Neo-Cæsareæ docebantur, vera nempe causa, cur Neo-Cæsarienses S. Basilio detraherent, erant errores Sabellii. S. Basilius in sua Epistola affirmat, Sabellianismum nihil aliud esse, quam Judaismum larvatum, quo Doctrina

Sæculum IV. A. C. 374.

ctrina sana de Verbi præexistentia ante omnia Sæcula, de Incarnatione, ejusque effectibus, & operationibus Spiritui Sancto propriis destrueretur. Dicit etiam, *p.* 848. frustra Personis divinis tribui diversa Nomina, nisi Ideæ distinctæ dentur his Nominibus conformes. Sabellius admitte- *p.* 850. bat vocem, Personas, Græce *Prosopa*, di- *p.* 849. cens, Deum pro nata occasione plures Personas produxisse; at S. Basilius non sufficere dicit, si quis Personas distinctas numeret, sed vult, ut confiteamur, quamlibet in vera hypostasi subsistere. Sabelliani Textu S. Gregorii Thavmaturgi abutebantur, non attendentes, quod in illo loco non Dogmatice fuerit locutus, sed tantum contra Gentilem disputaverit, ut eum ad fidem adduceret.

§. XXI.

S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis.

Inter tot conflictationes S. Basilius magnum solatium percepit ex nuntio, quod S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis fuerit ordinatus in locum Auxentii ex Cappadocia, Ariani notissimi, qui tandem obierat, postquam hanc Sedem annis viginti occupasset, ab anno 355. & S. Dionysii Exilio usque ad annum 374. In populo Mediolanensi contentio super eligendum Episcopum fervebat, Catholicis Catholicum, Arianis Arianum expetentibus, com-

Sup. l. XIII. §. 18. *Hier. Chron an.* 376. *Ruff. II. hist. c.* 11. *Paul. in vita Ambr. n.* 6.

Sæculum IV A. C. 374.

commovetur Seditio, haud procul a devastatione civitas aberat. Ambrosius illius Provinciæ Rector fuerat creatus, utpote Consularis Liguriæ, & Æmiliæ. Is filius erat Ambrosii Galliarum Prætorii Præfecti, cum Romæ, ubi post obitum Patris educabatur, litteris operam dedisset, deinde in Prætorio Probi, Italiæ Præfecti, ingenio, & facundia super omnes eminuit; ipsum ergo Præfectus in ordinem Senatorum susceptum, ad gerendam Præfecturam Mediolanensem misit, inter alia monita his verbis eum allocutus: *Vade! age! non ut Judex, sed ut Episcopus.* Ubi itaque Ambrosius omnia ad ditionem spectare intellexit, celeriter in Ecclesiam se contulit, ut populi motus compesceret, ibique diu multumque de pace, & tranquillitate Reipublicæ ex argumentis Politicis disseruit. Et ecce! subito universus populus conclamat, ipsum Ambrosium in Episcopum expetens; ajunt, infantem primo omnium ter clamasse: *Ambrosius Episcopus!* secutumque populum cum gaudio eadem verba repetiisse. De hoc certe constat, miraculo proximum fuisse, quod animi omnium fuerint reconciliati, & omnes Ariani, Catholicive in Episcopum exoptaverint, quamvis esset tantum Catechumenus.

Paul. n. 7. Ambrosius inexspectatis clamoribus atto-

attonitus, Ecclesia se proripuit, jubens- Sæculum IV.
que, ut sibi tribunal erigeretur, publice A. C. 374.
de quibusdam accusatis quæstionem habuit, ut severi Judicis, & crudelis viri speciem populo exhiberet; non tamen fefellit populum, clamantem: *Super nos sit peccatum tuum!* perturbato animo in domum suam rediit, placebatque vitam Philosophorum profiteri; sed fuere, qui ejus mentem ab hoc proposito dimoverunt; ne tamen Episcopus esse cogeretur, voluit lasciviæ simulationem induere, & necdum Christianas leges satis edoctus, usque adeo imprudenti zelo agi se passus est, ut meretrices, inspectante populo, in domum suam induci jusserit; sed multo fortius clamabat populus: *Super nos sit peccatum tuum!* Videns ergo, quod nihil proficeret, fugiendi consilium cepit. Intempesta nocte Mediolanum egressus, Ticinum pervenire cogitabat, ecce autem redeunte luce ante urbis Mediolanensis portam, quæ Romana voca- *n.* 8.
batur, consistere se obstupuit; tum a *Ambr. ep.* 21.
populo iterum inventus, diligentius cu- *n.* 7. *ad Val.*
stodiebatur. Mittuntur, qui totius Electionis ordinem ad Imperatorem Valentinianum referrent, & rogarent, ut in ipsius ordinationem consentiret, nam ob officium, quod Ambrosius gerebat, consensus Cæsaris erat necessarius; Imperator, qui tunc Treviris agebat, inquit, gra- *Amm. lib. XXX. c. 4.*

Sæculum IV. A. C. 374.

tissimum sibi accidere, quod, quem ipse Judicem misisset, in Episcopum fuisset electus, jussitque, ut sine mora ordinaretur, dicens, hanc subitam animorum conspirationem solius Dei opus esse posse. Dum Imperatoris responsum exspectatur, Ambrosius iterum fugæ intentus, in prædio cujusdam, Leontii Nomine, ex ordine Clarissimorum, se occuluit, at ubi responsum allatum est, nec ipsi Leontio, si etiam voluisset, eum ultra occultare licuit, nam Italiæ Vicarius, cui hujus Cæsarei Rescripti executio, commissa est, mandatum affigi jussit, quo intentatis gravibus pœnis, præcipiebatur, ut, quicunque sciret, ubi Ambrosius lateat, indicaret. Itaque e latebris erutus, & Mediolanum reductus, tandem cognovit voluntatem Dei esse, ut ordinaretur Episcopus, nec sibi licitum ultra reluctari.

Cum esset adhuc Catechumenus, ab Episcopo Catholico baptizari petiit, timens ne in Arianorum manus incideret. Baptizatus rursus omnem conatum adhibuit, ut saltem suam ordinationem retardaret, ne regula violaretur, qua Neophyti ordinari prohibentur; cum autem hoc solum ideo S. Paulus præcipiat, ne Neophytus superbia infletur, nota S. Ambrosii humilitas, & urgens Ecclesiæ necessitas omnibus suaserunt, hic, & nunc in hoc præcepto esse dispensandum. Om-

S. Ambrosius *Ep.* 63. *n.* 6. 1. *Tim.* 3. 6.

nes

nes tamen functiones Ecclesiasticas exercuit, & die octavo post suum baptismum in Episcopum ordinatus est, ut creditur, septima Dec. anno 374. Hæc ordinatio totum populum magno lætitiæ sensu affecit, eamque omnes tam Occidentis, quam Orientis Episcopi approbarunt. Tunc Ambrosius annos ætatis forte triginta quatuor numerabat. Sæculum IV. A. C. 374.

Quamprimum Episcopus fuit, omne aurum, & argentum, quod habebat, Ecclesiæ, & pauperibus dedit. Agros suos Ecclesiæ donavit, reservato usufructu sorori suæ Marcellinæ, quæ Romæ versabatur, & inter manus Liberii Papæ votum Virginitatis deposuerat. Curam rei domesticæ fratri suo Satyro, qui eum invisurus Mediolanum venerat, demandavit. Itaque omni rerum temporalium sollicitudine liberatus, totum quantum se suo Ministerio dedit. Præprimis assidue SS. Scripturarum studio incumbebat, hactenus enim vix quidquam aliud, quam Scriptores profanos legerat. Omnes temporis particulas, quas negotiis subtrahere poterat, atque aliquam noctis partem Lectioni dabat. Præter S. Scripturam Auctores Ecclesiasticos legebat, & inter alios Origenem, & S. Basilium, cujus opera omnium maxime manibus terebat. Pro mensura eorum, quæ legendo didicerat, alios docebat; omnibus diebus Dominicis

Paul. n. 38.

Ambr. III. de Virg. c. 1.

De excess. Satyri. n. 20.

1. off. 1. n. 1. IV.

Aug. Conf. VI. c. 3.

Ambr. ep. 29. Iren. Hier. 1. in Ruff. Aug. ibid.

Ambr. ep. 20. n. 15.

Sæculum IV. A. C. 374.

minicis pro Concione dicebat. S. Sacrificium quotidie offerebat. (*) Prædicationis ejus adeo felix succeſſus fuit, ut totam Italiam, proſcripto Arianiſmo, ad fidem Orthodoxam reduxerit. Haud multo poſt ordinationem ſuam querelas ad Imperatorem Valentinianum detulit, quod Magiſtratus in quadam cauſa contra leges egiſſent; reſpondit Imperator: *Jam dudum mihi tua in dicendo libertas nota eſt, quo non obſtante in tuam ordinationem conſenſi, perge igitur peccatis noſtris illa remedia, quæ Lex divina præcipit, applicare.* Circa idem tempus S. Ambroſius ſcripſit ad S. Baſilium, qui in litteris reſponſoriis ſignificavit, quantum gaudium percipiat, quod ſibi tantum virorum cognoſcere detur; & videre, quod Deus gregem ſuum commiſerit viro, ut ipſe loquitur, ex urbe Dominante orto Provinciæ regendæ olim deſtinato, gene-

S. Ambroſii Vita.

Hier. Chron. an. 376.

Theod. IV. hiſt. VI. VII

Baſ. ep. 55.

ris

(*) Opportuniſſima eſt hic loci Annotatio Anonymi I. Ecce exemplum notatu dignum Miſſæ quotidianæ, & privatæ! non enim eſt verosimile, S. Ambroſium quotidie ſolemniter, & multis Clericis miniſtrantibus Sacrificium obtuliſſe. Vel hoc ſolo Antiquitatis teſtimonio fatuus confunditur Interpretis Proteſtantis garrulitas dicentis, non fuiſſe uſum Miſſarum privatarum, in welchen man etwas murmelt, das niemand verſteht,

ris splendore, vita illustrissima, eloquen- Sæculum IV.
tiæ vi summa, & rerum gerendarum ex- A. C. 374.
perientia spectatissimo, qui omnes hujus mundi honores dimiserit, & vilipenderit, ut JEsum Christum lucraretur. Tum sic prosequitur: *Macte animo! vir Dei! cum Evangelium acceperis non ab hominibus, sed ab ipso Domino, qui te ex hujus mundi judicibus elegit, ut te in Cathedram Apostolorum poneret, bonum certamen certa, populi morbis medicinam affer, si quos Arianorum venenum infecit, & nobis frequentes Epistolas in solamen ob locorum distantiam, & in perpetuæ charitatis alimentum mitte.*

§. XXII.

Concilium Valentinum.

Sanctus Ambrosius illa tempestate non solus fuit, qui simulatione vitiorum famam suam apud populos labefactare tentavit, ut Episcopatum effugeret. Tanta sed inordinata humilitas reprimi debuit in quodam Concilio in Gallia eodem anno, quo ipse ordinatus est, celebrato, nempe in Concilio Valentiæ, quorum acta quarto Idus Julii, Imperatore Gratiano, & Equitio Consulibus, id est, duodecima Julii anno 374. data sunt. Ad minimum viginti Episcopi adfuerant, nempe novemdecim, quorum Nomina in subscriptionibus leguntur, inter quos Flo- *to. 2. Conc. p. 409.*

Sæculum IV. A C. 374.

rentius Viennenſis primum locum tenet, & præterea Fegadius, cujus Nomen in fronte Epiſtolarum ponitur, & S. Febadius Agennenſis eſſe videtur. Ibi etiam leguntur Concordius Epiſcopus Arelatenſis, Artemius Epiſcopus Embrodunenſis, Vincentius Epiſcopus Dinienſis, Eortius, quem S. Evortium, aut Euvertum Aurelianenſem eſſe putant; aliorum Cathedræ ignorantur. Ex hoc Concilio Epiſtolæ duæ, & quatuor Canones nobis ſuperſunt. Prima ad Epiſcopos Galliæ, & quinque Provinciarum data eſt; hæ quinque Provinciæ, a reliquo corpore ſeparatæ, illæ eſſe creduntur, quæ ante Julii Cæſaris victorias antiquam Galliæ Provinciam conſtituebant, nempe Viennenſis, duæ Narbonenſes, & duæ Alpinæ. In primo Canone ſtatuitur, ne impoſterum bigami in Clericos ordinentur, ſive ante, ſive poſt baptiſmum in hunc caſum incurrerint. Quod ad præteritum pertinet, nihil de ordinationibus jam factis decitur. Virgines, quæ, poſtquam ſe Deo conſecraverunt, tamen nupſerint, non ſtatim ad pœnitentiam recipiantur, & poſtquam receptæ fuerint, Communionis collatio differatur, donec plene Deo ſatisfecerint. Qui poſt Baptiſmum Dæmonibus ſacrificaverint, aut ab Hæreticis baptizari ſe permiſerint, juxta Decretum Concilii Nicæni ad pœnitentiam recipiantur,

v. Pagi. an. 374. n. 17.

Can. 2.

Can. 3.

Conc Nic. n. 12. 13. can. 4.

piantur, ne agantur in desperationem, sed usque ad mortem pœniteant. Illi, qui se, dum eos Episcopi in Diaconos, Presbyteros, aut Episcopos ordinare volunt, mortalis criminis reos dixerint, non ordinentur, revera enim rei sunt, vel illius criminis, quod se admisisse fatentur, aut certe mendacii, si non admiserunt, quia tam parum contra se ipsum, quam contra alium falsum testimonium dicere licet. Sæculum IV. A. C. 374.

Secunda Concilii Valentini Epistola ad Clericos, & populum Ecclesiæ Fori Julienſis data est, propter Acceptum, quem omnes Episcopum exoptabant, & qui se criminis reum dixerat, ut evitaret ordinationem. In ea Patres Concilii dicunt, postquam statuissent, ejusmodi ordinationes rejicere, hunc virum a lege eximere non potuisse, & subjungunt: *Quamvis non ignoremus, aliquos se ipsos accusasse, ad id faciendum permotos ex reverentia, & timore suscipiendi Sacerdotii, atque in istis fuisse Sanctitatis signum, tamen ne cuiquam occasio male de Episcopis judicandi, aut loquendi præbeatur, decrevimus, testimonio, quod quisque de se ferret, fidem esse habendam.*

§. XXIII.

Valentiniani obitus. Valentinianus junior Imperator.

Imperator Valentinianus transacta Tre- *Amm. XXX*

Sæculum IV A. C. 375.

viris hieme inde movit ineunte vere anni 375. qui post Consulatum Gratiani & Equitii numerabatur, quia hoc anno per bellorum turbas novos Consules creare non licuerat; in Pannoniam duxit exercitum, Sarmatarum, & Quadorum insolentiam repressurus, incursionibus Romanorum agros infestantium. In illa Provincia majori hujus anni parte permansit, cumque moraretur in loco, quem Brigition appellabant, Quadorum Legati ad eum venerunt, rogantes, ut præteritorum nollet esse memor, simulque pacis conditiones Imperio utiles acceptandas afferebant; vix Imperator permoveri potuit, ut in conspectum admitteret, tandem ubi admisit, nihil supplicum precibus mitigatus, irascentis voce toti eorum nationi animi ingrati notam exprobravit; jamque mansuescere videbatur, cum derepente apoplexia tangitur, inflammatur vultus, vox, & spiritus cessant, in cubiculum defertur, imponitur lecto, venam secant, sed nihil sanguinis elicere potuere, atque post atrocem luctam exspiravit decimo quinto Calendas Decembris, id est, decimo septimo Novembris anno 375. annum ætatis agens quinquagesimum quintum, postquam annos undecim, & menses novem imperasset. Reprehendunt in Valentiniano, quod nunquam iram satis tenuisset; at Gentiles quoque faten-

Idac. fast. an. 375.

fatentur, magnis eum claruisse virtutibus; præprimis eximia animi fortitudo, & Belli peritia, prudentia, & in tuendis adversus Barbarorum insultus Imperii finibus indefessa vigilantia virum commendaverunt. Idoneos summis muneribus seligere viros noverat, nativa facundia pollebat, quamvis parce loqueretur; ad mensam munditiem amabat, accumbentibus humanissimus, superflua inferri non patiebatur; cæterum moribus castissimus suo exemplo proceres continebat. Ammianus ante omnia in eo laudat indulgentiam, qua quemlibet Religionem, quam vellet, sequi sinebat, nec cæteros, ut suam amplecterentur, cogebat; & quod omnino hac super re nemini esset molestus. Corpus defuncti conditum, & Constantinopolim translatum est. Sæculum IV. A. C. 375. *Hier. Chron. an.* 376. *Amm. XXX c.* 9.

Copiarum Duces timentes, ne quid novi Legiones Gallicæ molirentur, quas scirent Imperii arbitrium affectare; mox defuncti filium Valentinianum puerum quadrimum accersunt, is enim in loco a castris centum milliariis, seu triginta leucis distante cum Matre sua Justina remanserat; Lectica advectum in castra, Imperatorem solemniter proclamant, sexto post Parentis obitum die, id est, vigesima secunda Nov. idque non exspectato consensu Imperatoris Gratiani fratris ejus Senioris, qui Treviris, jussu Patris, remanserat. *Amm. c.* 10. *Idac. fast. an.* 375. Valentinianus Puer.

Sæculum IV. A. C. 375.

ſerat. Sed tanta erat Gratiani lenitas, ut id factum fuiſſe nunquam conquerentem auditus ſit, ſemperque fratrem ſuum juniorem habuerit, ut filium. Itaque Imperium Occidentis inter ſe diviſerunt, Valentiniano Italia, Illyricum, & Africa ceſſerunt, Gratiano Galliæ, Hiſpania, & Britannia, qui autem, quamdiu vixit, totum Occidentem gubernavit, & omnes leges, quæ in Occidente usque ad Valentis mortem emanarunt, ex urbibus, ubi Gratianus reſidebat, nempe Treviris, aut Moguntia, datæ ſunt, tanquam ipſo ſolo ferente, quamvis, uſu ita poſcente, trium Imperatorum Valentis, Gratiani, & Valentiniani nomina præponantur.

§. XXIV.

Gratiani Leges.

L. IV. Cod. Theod. de hær.

Duas Gratiani Leges habemus, quæ Bonum Eccleſiæ reſpiciunt, Treviris anno ſequente 376. Valente quinto, & Valentiniano juniore primo Conſulibus, datæ. Prima eſt contra Hæreticos, & iterato eorum Conventus prohibet, atque præcipit, ut loca omnia, ubicunque ſive in urbibus, ſive ruri, Religionis cauſa altaria erexerint, Fiſco adjudicentur. Altera Gratiani lex ad judicia Eccleſiaſtica ſpectat, & ſtatuit, cauſas leviores, ad Religionem pertinentes in ipſis locis a cujuslibet Diœceſis Conciliis judicari debere,

L. 22. Cod. Theod. de Epiſc. & ibi Gothof.

bere, at causas criminales judicibus Sæcularibus esse reservandas. Lex ista ad plures Episcopos directa est, quorum aliqui nominantur, ex quo colligitur, tunc quoddam Concilium in Galliis fuisse congregatum. Cœterum Diœcesis nomine non est accipiendum sicut hodie unius urbis Episcopalis jurisdictio, sed magna Regio plures Provincias continens, uno Primate seu Patriarcha Præsidente. Creditur itaque illud, quod lex vocat judicium in ipsis locis, esse judicium Episcopi cum suis Clericis, & quod Concilium cujusque Diœcesis dicitur, esse judicium multarum Provinciarum congregatarum, cujus rei in Gallia, Hispania, & Africa habemus exempla diversa. Sæculum IV. A. C. 375.

Interim Valens post fratris mortem liberius Catholicos persecutus est, & in odium Monachorum, quos Doctrinæ Catholicæ fortissimos Defensores sciebat, legem promulgavit, qua præcipiebatur, ut Monachi militiæ nomen dare cogerentur. Mittuntur Tribuni cum copiis in Ægypti deserta, ubi Sancti Eremicolæ non modico numero fuere interfecti; in alias provincias quoque progressus est furor, præsertim in Syriam, ibi enim statim post festa Paschalia, verosimiliter anni 376. Monachorum cellulas hostiliter invaserunt, opera exusserunt, ipsos in fugam dispersérunt. *Hier. Chr. an.* 376. *Oros. VII. c.* 33. *v. Pagi. an.* 375. *n.* 10. *&c.* *Bas. ep.* 200.

Gratia-

Sæculum IV. A. C. 375.

Gratianus, Gentilibus veſtes Summi Pontificis afferentibus, accipere noluit, dicens, non licere Chriſtiano has gerere; hunc titulum tamen ei, ſicut & aliis Imperatoribus etiam poſt Conſtantinum, dederunt, quod in inſcriptionibus viſitur, necdum enim Imperatoribus Chriſtianis maturum videbatur, omnes Ethnicorum uſus ſupprimere. Sub initium tamen Regni Gratiani Gracchus, urbis Romanæ Præfectus, ad Idololatriæ ruinam omnes vires contulit, cavernam Mithræ everſit, Idolorum monſtra, quæ ibi tegebantur, confregit, & combuſſit.

Zoſ. lib. 4. p. 761. l. 30. v. Pag. ann. 312. n. 15. 16. &c.

Hier. epiſt. 7. ad Læt. Prud. adv. Symm. l. V. 562.

§. XXV.

Apollinaris damnatio.

Petrus Episcopus Alexandrinus Arianorum violentia Sede ſua pulſus, & exinde Romæ moratus, circa id temporis Concilio interfuit, a Damaſo Papa celebrato, in quo Apollinarem, & Timotheum Diſcipulum ejus, qui ſe Epiſcopum Alexandrinum dicebat, damnavit, & depoſuit. Tunc primo Hæreſis Apollinaris damnata, qui in hoc maxime errabat, quod diceret, JEſum Chriſtum non habuiſſe humanum intellectum, nempe id, quod apud Græcos *Noos*, & Latinis Mens dicitur, ſed tantum carnem, nempe corpus, & animam ſenſitivam, Brutis communem; ei vero pro intellectu Divinitatem

v. Pag. ann. 373. n. 2. Theoph. an. 366. p. 53 Hier. Chron. an. 376. Sozom. VI. c. 25. Ep. Damaſi. II. to. 2. Conc. p. 866. ex Theod. V. hiſt. c. 10. Epiph. hær. 77. Dimær. Greg. Naz. 1. ad Cled. orat. 51. p. 749.

Sæculum IV. A. C. 375.

nitatem fuisse. His potissimum Verbis insistebat: *Verbum caro factum est.* Docebatque, cum anima rationalis principium peccati fuisset, non decuisse, ut eam Salvator assumeret. Illos, qui in JEsu Christo totam naturam humanam confitebantur, incusabat, quod eum in duo dividerent, & contendebat, duo, quorum quodlibet per se totum esset, vere uniri non posse. Dicebat, JEsu Christi corpus de Cœlo descendisse, atque ex eo sequi, alterius fuisse naturæ, quam nostrum; illud post Resurrectionem fuisse dissipatum, ita ut Christus homo esse magis videretur, quam revera esset. Apollinaris errabat quoque in Doctrina Trinitatis, quam ex uno Magno, Majori, & Maximo componebat, dicens, Spiritum S. esse quasi splendorem, Filium quasi radium, & Patrem quasi solem. Accusabatur etiam a non nullis, quod cum Sabellio diceret, diversa solummodo esse Nomina, atque eundem esse Patrem, Filium & Spiritum S. Præterea antiquum errorem Millenariorum fovebat, docens, JEsum Christum mille annis regnaturum in terra, & adhuc totam legem cæremonialem esse observandam, Circumcisionem, Sabbatum, escarum distinctionem, Sacrificia cruenta, & omnia reliqua; sicque figuras post realem veritatis consummationem reducebat.

Epiph. ib. 2. c. 14. Greg. ibid. p. 744.

Basil. epist. 293. p. 1060.

ibid. & ep. 74. p. 876.

Greg. Naz. 2. ad Cled. p. 747.

Apol-

Sæculum IV. A. C. 375.

Apollinaris errores diu dissimulati fuere, quod Sanctissimi Orientis Episcopi eum magni æstimarent; nam vir erat castigatis moribus, quondam S. Athanasio, S. Epiphanio, ipsi S. Basilio, & S. Gregorio Nazianzeno amicitia junctus. Initio, inquit S. Epiphanius: *quando ex ejus Discipulis quemquam talia proferre audiebamus, a tanto viro hæc proficisci posse non credebamus, & respondebamus, quod ipse Doctrinæ ejus altitudinem non caperent, hinc Doctrinam fingerent, quam ab eo non accepissent.* Ideo Concilium Antiochenum, & Epistola S. Athanasii ad Epictetum, quam deinde S. Epiphanius refert, hos errores damnant, at Apollinarem non nominant. Circa hoc vero tempus, nempe annum 375. & 376. ista hæresis ita palam erupit, ut tolerari non potuerit. Episcopi Ægyptii, in Palæstina pro fide exules, ei fortiter resistebant. Ad eos S. Basilius scripsit, hos errores explicans, monensque, ut ab erroribus quoque Marcelli Ancyrani, cui Paulinus Antiochenus favere dicebatur, caverent.

Hær. 77.

Sup. XVI. § 25. Apollinaris Hæreticus.

Basil. epist. 293. Id. ep. 74.

Sectatores Apollinaris ausi sunt ab Ecclesia se separare, & ipse eis proprium dare Episcopum; is fuit Vitalis Presbyter, cum S. Meletio communicans, morum, & vitæ puritate insignis, super populum curæ suæ commissum vigilantissimus; hinc tanta viro auctoritas! ferunt, ipsum

Soz. VI. c. 25.

suspi-

Sæculum IV. A. C. 376.

suspicionem torsisse, a Presbytero Flavia-
no se contemni, ejusque invidia fieri, ut
sibi ad Episcopum suum Meletium non
ita, sicut antea, accessus pateret; ut ut
autem hoc se habeat, Vitalis quartæ Di-
visionis caput Antiochiæ evasit; duæ
enim jam diu erant Catholicorum Sectæ,
nempe Meletii, & Paulini; alia ex parte
semper etiam Arianorum aderat Episco-
pus. Euzoius Arianorum Princeps circa
id tempus fatis cessit, in cujus locum
Episcopum agnoverunt suum, Doro-
theum, quem alii Theodorum dicunt;
hæc contigerunt Valente, & Valentinia-
no juniore Consulatum gerentibus, nem-
pe anno 376. Vitalis, & ipse Apollina-
ris nihilominus pro Catholicis haberi vo-
lebant, & jactabant se cum S. Damaso
communicare. Doctrinam suam illos,
qui suæ Sectæ non erant, solertissime ce-
labant, & cum Ecclesia loqui videbantur;
dicit S. Epiphanius, seipsum hac dissimu-
latione fuisse deceptum.

Socr. IV. c. 35.

Theod. V. hist. c. 3.

Greg. Naz. ad Cled. p. 738. Hær. 77. n. 20. 22. 23. &c.

Cum essem Antiochiæ, inquit S. Epi-
phanius: *Apollinaristarum Principibus,
quos inter erat Vitalis Episcopus, collocu-
tus sum. Vitalis a Paulino erat divisus,
quamvis uterque fidem Orthodoxam doce-
re videretur. Vitalis Paulinum Sabellia-
nismi incusabat; ideo nullatenus cum Pau-
lino communicavi, donec mihi fidei suæ
Confessionem dedisset, cujus Prototypum
habe-*

Sæculum IV. A. C 376.

Sup. XVI. §. 7.

habebat, Beati Patris nostri Athanasii manu scriptum. Qui Paulinum sequebatur, Vitali objecerunt, quod diceret, JEsum Christum non fuisse perfectum hominem; illico Vitalis respondit; confitemur, JEsum Christum assumpsisse hominem perfectum. Ad hæc verba adstantes omnes admiratio rapuit, atque gaudium animos subibat. Ego vero, qui artes eorum, & fraudes noveram, urgebam, ut confiteretur, utrum JEsus Christus assumpsisset carnem naturalem? respondit, assumpsisse. Inquisivi utrum ex Virgine Maria sine viri cooperatione, Spiritus S. virtute? etiam in hoc consensit. Ergo, inquam: Verbum Deus, Dei Filius venit, ut assumeret ex Virgine carnem naturalem? & hoc vultu serio affirmavit. Tum gaudium perfundebat cor meum; venerant enim ad me ex Cyprum, qui dixerant, eum bis contra defendere. Ulterius interrogavi, an Verbum etiam animam assumpsisset? eadem gravitate, qua prius, id affirmavit, ad fidem id negari non posse. Postquam tam de anima, quam de carne quæstiones posuerant, tandem interrogo, utrum JEsus Christus intellectum habuerit? illico negavit. Ego dico: quomodo ergo affirmas, quod fuerit homo perfectus? tunc recondita mentis sua aperuit his verbis: dicimus, JEsum Christum esse hominem perfectum, & pro intellectu ponimus Divinitatem cum carne, & anima

anima. Ulterius aliquamdiu duravit disputatio, sed frustra, & S. Epiphanius mœrens recessit, quod videret tantæ virtutis viros, hæresi corruptos. Sæculum IV. A. C. 376.

§. XXVI.

Hæreses circa Sanctam Virginem.

Ex Sectatoribus Apollinaris nati sunt Antidico-Marianitæ, id est, Mariæ adversarii, dicentes, non permansisse semper Virginem, sed post JEsu Christi Nativitatem liberos ex S. Joseph genuisse. Cum S. Epiphanius audivisset, hunc errorem per Arabiam spargi, scripsit prolixiorem epistolam, ut eum refutaret, ad omnes Fideles hujus Provinciæ, Episcopos æque, ac Laicos, imo & Catechumenos directam. Refert aliquas traditiones, ad S. Josephum spectantes, quæ ex libris apocryphis desumptæ creduntur; at vero ad objectiones, quas Hæretici contra Virginitatem perpetuam Mariæ ex Scriptura erui debere putabant, solide respondet. Eodem tempore, & in eadem Regione alius error, isti directe oppositus, invaluit, cum aliqui Sanctam Virginem tanquam Numen venerarentur. Qui hanc sectam sequerentur, Collyridiani dicti sunt, quia cultus, quo Virginem prosequebantur, in eo potissimum consistebat, quod eidem Placentas, Græce Collyrides dictas, offerrent. Hæc su- *Epiph. hær. 77. n. 26.* *hær. 78.* *Id. hær. 79.*

Sæculum IV. A. C. 376.

perſtitio, ex Thracia, & Scythia ſuperiore advecta, usque in Arabiam penetravit; maxime fæminas, ſi pauciſſimas exceperis, hæc inſania corripuerat; currum ornabant, & Sedem in eo quadratam, quam linteo tegebant, & certo anni tempore per dies aliquot panem præſentabant, & offerebant Mariæ Nomini, quo facto, ſingulæ ſuam panis partem accipiebant. S. Epiphanius huic ſuperſtitioni bellum indicit, & monſtrat, in vera Religione fæminas nunquam vel aliquatenus Sacerdotii fuiſſe participes; hunc cultum eſſe Idololatriam, quia ad Mariam unice referretur, quæ quamvis perfectiſſima, ſimplex tamen eſſet creatura, ex Anna, & Joachimo communi naturæ ordine nata. S. Epiphanius in iſta Hæreſi, & præcedenti aliquas de Parentibus, & nativitate S. Virginis traditiones narrat, & concludit, eam eſſe honorandam, ſolum vero Deum adorandum.

§. XXVII.

S. Epiphanii initia.

Soz. VI. c. 32. Synops. Ancor.

Sanctus Epiphanius ſemper in Communione Paulini permanſit, cujus in Oriente firmiſſimum fulcrum fuit, tunc ad minimum ſexagenarius; locus, quo natus erat, ab accolis Beſanduc vocabatur, Palæſtinæ oppidum in agro Eleutheropolitano. Adhuc juvenis vitam Monaſti-

cam

cam secutus, Magistros habuit excellentes, quos inter S. Hilarion fuit. Postquam partim prope locum ortus sui, partim in Ægypto diu moratus est, ut doceretur, celeberrimus Disciplinæ Monasticæ Doctor tam in Ægypto, quam in Palæstina evasit. Cum juvenis in Ægypto ageret, cum Gnosticis conversatus, eorum abominanda Mysteria ex ipsorum ore didicit; illius Sectæ mulieres eum pellicere conatæ sunt; cumque castissimum juvenem seducere non potuissent, suo loquendi modo dicerunt: *hunc juvenem salvare non potuimus.* Gratia Dei singulari hoc periculum effugit, & rem locorum illorum Episcopis indicavit, quibus auctoribus deinde factum, ut ferme octoginta turpissimæ sectæ homines in exilium ejicerentur. Monasterium deinde, quod in Patria sua fundaverat, rexit, & Episcopus Metropolis Insulæ Cypri, quæ prius Salamina, & tunc Constantia dicebatur, sub Valente Principe invitus ordinatus est; erat hæc urbs maritima, & navigantium adventu celeberrima, hinc facilius in rebus gerendis solertia, & pietas brevi tempore Epiphanium ubique notissimum reddidere. An. 374. suum Ancoratum composuit, ut quorumdam Presbyterorum, & piorum Laicorum Ecclesiæ Suedrensis in Pamphilia precibus satisfaceret, qui eum rogaverant, ut sibi fidem Ecclesiæ

Sæculum IV. A. C. 376.

Epiph. hær. 26. n. 17.

Epiph. init. hær.

Sæculum IV. A. C. 376.

de Trinitate, præsertim de articulo Spiritus S. explicaret; hunc Tractatum vocavit Ancoratum, Græce *Ancyrotos*, id est, quasi Ancoram, Christianorum menti, dubiis fluctuanti, firmandæ aptissimam. Fusius agit de Mysterio Trinitatis, & Incarnationis contra novas hæreses, & non nunquam ad alia digreditur, inest enim etiam Chronologiæ compendium ab initio Mundi usque ad sua tempora, quod sic finit: *Hic annus est a Diocletiano nonagesimus, Valentiniani, & Valentis decimus, Gratiani sextus, Gratiano tertio, & Equitio Consulibus, Indictione secunda.* Hæ autem sunt anni 374. notæ.

Ancor. init.

Anc. n. 60.

Post duos exinde annos magnum suum opus contra hæreses rogatu Acacii, & Pauli Presbyterorum, & Archimandritarum, id est, Monasteriis Carchedonensi, & Bereensi in Syria Præpositorum permotus, scribere cœpit; eorum epistola data est anno Diocletiani 92. Valentiniani, & Valentis duodecimo, Gratiani octavo, id est, anno 375. Huic operi S. Epiphanius nomen dedit, *Panarion*, quod significat, prout ipse dicit, arculam medicamentis, & remediis contra venenum plenam. In hoc opere ad octoginta hæreses enumerat, earum historiam narrat, & singulas refutat, finiens in Messalianis. In fine expositionem Dogmatum Ecclesiæ Catholicæ ponit, & præcipuorum articulorum circa

circa ſuam Diſciplinam deſcriptionem, quæ in hac noſtra hiſtoria locum meretur. Sæculum IV. A. C. 376.

§. XXVIII.

Diſciplina Eccleſiæ.

Primo, inquit S. Epiphanius, a multis ſervatur Virginitas, & honoratur, tum Celibatus, continentia, ſtatus viduitatis, tum Matrimonium, præprimis ſi fuerit unicum. Licet tamen viro mortua uxore aliam ducere, & mulieri mortuo marito nubere. Horum omnium Bonorum fons eſt Sacerdotium, quod plerumque Virginitatem ſervantibus tribuitur, aut iis, qui in Celibatu vixerunt, aut ab uxorum commercio abſtinent, (*) aut poſt primum matrimonium vidui ſunt; qui autem alteram duxerit, ad Sacerdotium ſuſcipi non poteſt, neque ad ordinem Epiſcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, vel Subdiaconorum. Poſt Sacerdotium venit ordo Lectorum, qui ex omnibus conditionibus aſſumi poſſunt, ex Virginibus, ex

(*) Teſtimonium convincens contra Interpretem Proteſtantem dicentem, poſterioribus temporibus jugum continentiæ Clericis fuiſſe impoſitum, cum tamen totam Hiſtoriam Eccleſiaſticam pervolventi perſpicuum fiat, ab Apoſtolorum tempore ad noſtram usque ætatem nunquam licuiſſe Diacono, Presbytero, vel Epiſcopo poſt ordinationem ſuam ducere uxorem.

Sæculum IV. A. C. 376.

celibatu, ex continentibus, ex viduis, ex conjugio, & si necessitas postulet, ex bigamis, quia Lector Sacerdotii particeps non est. Dantur etiam Diaconissæ, constitutæ ad obsequium solarum fæminarum propter honestatem, in baptismo, & aliis ejusmodi functionibus; hæ quoque in continentia tenentur vivere, aut post primum matrimonium viduæ sint, aut perpetuo Virgines. Sequuntur Exorcistæ, Interpretes, qui lectiones, seu sermones, prolatos una lingua, alia explicent. Adsunt quoque Copiates, qui mortuos sepeliunt; Ostiarii, & quæcunque ad bonum Ecclesiæ ordinem spectant.

Conventus, ab Apostolis instituti, diebus Mercurii, Veneris, & Dominicis habentur; in quibusdam locis etiam diebus Sabbati convenitur. Diebus Mercurii & Veneris jejunatur usque ad Nonam, quia die Mercurii Dominus traditus fuit, & die Veneris crucifixus. Jejunium nostrum est grati animi pignus, quod Dominus pro nobis passus fuerit, & satisfactio pro peccatis nostris. (*) Jejunium diei Mercurii, & Veneris usque ad Nonam

(*) Hic habemus Testem S. Epiphanium, Fidelis in Sæculo IV, idem sensisse, & eodem modo, ac hodie Romano-Catholici loquuntur, de bonis operibus, & satisfactione pro peccatis fusis locutos. Interpres Protestans hanc Doctrinam vocat

nam toto anno in Ecclesia Catholica ob- Sæculum VI
servatur, exceptis quinquaginta diebus A. C. 376.
tempore Paschali, quo genua flectere, aut jejunare non licet; illo tempore conventus diebus Mercurii, & Veneris mane, & non post Nonam sicut reliquo anni tempore celebrantur. In die Epiphaniæ, quæ est Nativitas Salvatoris secundum carnem, non licet jejunare, quamvis in diem Mercurii, aut Veneris incidat. Ascetæ voluntarie jejunant toto anno, exceptis Dominicis, & tempore Paschali, & semper Vigilias observant. Ecclesia Catholica omnes Dominicas dies S. Epiphanius.
lætitiæ censet, mane convenitur, & non jejunatur. Quadraginta dies ante septem dies Paschæ continuo jejunat, sed Die Dominica non jejunat, etiam in quadragesima. Sex dies ante Pascham omnes populi observant Xerophagiam, id est, nihil comedunt nisi panem, sal, & aquam ad vesperum. Ferventissimi duobus, tribus, aut quatuor diebus ab omni cibo abstinent, aliqui tota hebdomada, donec Die Dominica mane gallus cantet. His sex diebus vigilatur, & quotidie convenitur,

vocat: das Verderben im Christenthum. At contra S. Scripturam, quam semper crepat, loquitur: *Quam ob rem Rex Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas Misericordiis pauperum; forsitan ignoscet delictis tuis.* Dan. c. 4.

Sæculum IV. A. C. 376.

etiam tota quadrageſima convenitur a Nona usque ad Veſperam. In quibusdam locis noctes duas a Die Jovis ad diem Veneris, & ad diem Dominicam tantum vigilatur. In quibusdam locis Sacrificium in Cœna Domini offertur, & Xerophagia continuatur, in aliis Sacrificium celebratur tantum nocte præcedente Diem Dominicam, ita ut officium in Die Paſchæ ad Galli cantum finiatur. Baptismus, & alia arcana Myſteria juxta traditionem Evangelii, & Apoſtolorum celebrantur.

Defunctorum memoria fit, eorumque nomina pronuntiantur, dum celebrantur preces, & Sacrificium. Preces matutinæ cum Canticis, & Laudibus, & Veſpertinæ cum Pſalmis aſſidue in Eccleſia obſervantur. Sunt Monachi, qui in urbibus habitant, alii in Monaſteriis diſſitis. Sunt, qui capillos prolixos gerunt devotionis cauſa, quod tamen S. Pauli præcepto conforme non eſt. Plures aliæ obſervationes piæ in Eccleſia dantur; aliqui a carnibus omnis generis animalium,

(*) Teſtimonium contra Proteſtantes, jam tum in Sacrificio Miſſæ, ſicut hodieque fit, nomina defunctorum fuiſſe recitata. Hunc locum Interpres Proteſtans corrupit vertendo: man feyert das Gedächtniß der Verſtorbenen, indem man ſie bey Namen nennet, und bey dieſer Gele-

lium, ab ovis, & caseo abstinent. Ali- Sæculum IV.
qui tantum ab animalibus quadrupedi- A. C. 376.
bus abstinent, alii volucres quoque non comedunt, alii neque pisces. Sunt qui etiam ab ovis abstineant, alii a caseo; sunt qui abstinent ab ipso pane, & fructibus, & omni eo, quod coctum est. Multi humi dormiunt, multi nudipedes incedunt. Aliqui sacco induuntur secreto, & pœnitentiæ causa; palam vero eum ostendere, aut collum catenis gravari, quales aliquos videre est, minime decet. Plerique balneo non utuntur. Quidam, postquam Mundo vale dixerunt, operum quorumdam simplicium, & facilium inventores extiterunt, ut otium fugerent, & aliis non essent oneri. Plurimi continuo Psalmodia, oratione, lectione, & SS. Scripturarum recitatione exercentur.

Ecclesia Catholica omnes docet, quan- S. Epiphanii opera.
ta sit hospitalitatis, Eleemosinæ, & omnium operum Charitatis erga quoscunque utilitas. Ab omnium Hæreticorum communione abstinet. Fornicationem,

Gelegenheit Gebete und Opfer verrichtet. S. Epiphanius non dicit, quod occasione Defunctorum preces, & Sacrificia qualiacunque peragantur, sed quod in precibus, & Missæ Sacrificio (illo nempe Sacrificio, quod Interpres noster crassa, & affectata ignorantia toties dissimulat) Memoria eorum nominatim fiat.

Sæculum IV. A. C. 376.

adulterium, impudicitiam, Idololatriam, homicidium, & crimina omnia proscribit. Magiam, veneficium, Astrologiam, Augures, Sortilegos, incantationes, scripturas arcanas execratur. Theatra, equorum cursus, Bestiarum pugnas, Spectacula musica, detractiones, rixas, contentiones, injurias, injustitiam, avaritiam, usuras prohibet. Negotiis sæcularibus impliciti Ecclesiæ non probantur, sed omnium ultimo ponuntur. A nemine, nisi justitiam colat, oblationem recipit. Talis erat juxta S. Epiphanium Ecclesiæ Catholicæ Disciplina. In fine Libri de Hæresibus Anatolium, qui totum notis conscripserat, & Hypatium, qui correcte in chartaceis codicillis exaraverat, dilaudat.

§. XXIX.

Quæstio. Utrum una Hypostasis, vel tres dici debeant?

Basil. epist. 349. ad Terent.

Illo tempore Paulini Sectatoribus litteræ Roma allatæ animos addiderunt, quod Paulinum Episcopum Antiochenum appellarent, & S. Meletium rejicerent. Tunc ergo Paulinistæ Comitem Terentium, cui Antiochiæ magna erat Auctoritas, & par in Ecclesiam propensio, adeunt, rogantque, ut inter se, & Sectatores S. Meletii, adhucdum exulis, unionem procuraret. Id ubi S. Basilius resci-

vit,

vit, scripsit ad Terentium, rogans, ut huic negotio se non implicaret. *Non miror,* inquit: *Occidentalium factum, nempe, quæ hic gerantur, simpliciter nesciunt, & qui scire videntur, eis res nostras ita narrant, ut plus pravo affectui indulgeant, quam veritati studeant. Nesciunt, aut dissimulant causam, propter quam beatus Episcopus Athanasius scribere Paulino decrevit, at tibi non desunt, qui tibi narrare possunt, quæ inter Episcopos sub Imperatore Joviano acta sint, & rogo te, ut hæc edoceri velis. Cæterum cum illis lætamur, qui has litteras Roma acceperunt, & si testimonium, quod ipsis faveat, continent, optamus, ut veritati sit consentaneum. Nobis vero nemo persuadebit, ut a Meletio deficiamus aut credamus, quæstiones, hujus divisionis originem, parvi esse momenti; a mea sententia nullatenus discedendum puto, eo quod aliquis acceperit epistolam, ob quam inflatur, & si de Cælo veniret, nisi secundum sanctam Doctrinam ambulet, ad meam communionem admittere non possum.*

Sæculum IV. A. C. 376.

ep. 722. ad Melet.

Sup. l. XV. §. 55.

ep. 349. p. 1129.

Rogo te, ut perpendas, nullum alium Arianis prætextum esse, cur Patrum nostrorum Doctrinam non recipiant, quam quod sensum perversum voci, consubstantialis, tribuant, dicentes, nos Filium Consubstantialem agnoscere secundum hypostasin. Occasionem hoc dicendi iis præbemus, si

S. Basilius.

illis

Sæculum IV. A. C. 376.

illis cedimus, qui prope eadem, ac Ariani, simplicitate magis, quam nequitia dicunt, nam noſtram Doctrinam traducere ſummopere contendunt, cum potius ſuam deberent probare. Quid Arianorum calumnia aptius dici poſſet, quam quod aliqui ex noſtris dicunt, Patris, & Filii, & Spiritus S. unam eſſe hypoſtaſin? fruſtra agunt, dum deinde expreſſe affirmant Perſonarum diſtinctionem, nam idem Sabellius dicit, Deum eſſe in Hypoſtaſi unum, ſed ei in Scriptura pro nata occaſione diverſas Perſonas attribui, dum jam inducit loquentem, ut Patrem, jam ut Spiritum Sanctum. Si ergo videant adverſarii, quod quidam ex noſtris dicant, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eſſe unum in ſubjecto, & tres in Perſonis, an non videbimur in hoc ipſo convinci, in quo accuſamur? Cæterum hypoſtaſin, & Eſſentiam eſſe diſtincta, ut mihi videtur, ipſi fratres noſtri Occidentales tenent, cum ob linguæ ſuæ paupertatem coacti ſunt recipere vocem Græcam usia, ut vocabulorum diverſitate diſtinctionem, quæ in ſenſu eſſe poſſet, ſalvarent. S. Baſilius deinde explicat, quomodo per ſubſtantiam, *Uſia*, illud intelligat, quod tribus Perſonis commune eſt, & per hypoſtaſin cujuslibet Perſonæ proprietates. Tum finit, Comitem Terentium orans, ut curam reconciliandi diſſidentes Præſulibus, præſertim relegatis, & pro Religione pugnan-

pugnantibus relinquat; quibus verbis Meletium, & Eusebium Samosatenum denotat. Sæculum IV. A. C. 376.

Ex hac S. Basilii epistola dispicitur, quid causæ subfuerit, cur Orientales cum Paulino communicare noluerint, & ex aliqua S. Hieronymi epistola cognoscimus, quare Occidentales communionem Meletii recusarent. Quippe S. Hieronymi quietem in ultimis Syriæ desertis hoc schisma turbavit. Erant, qui ex eo quærerent, utrum ex parte Vitalis, Meletii, vel Paulini staret? Episcopus Arianorum, & Catholici Meletiani quærebant, an in Trinitate tres esse Hypostases diceret? Tot quæstionibus fatigatus scripsit ad S. Damasum Pontificem in hunc modum: *Cum nullum alium Ducem sequar, quam JEsum Christum, vestræ Sanctitatis Communioni inhæreo, id est, Petri Cathedræ.* (*) *Scio Ecclesiam super hanc Petram fuisse ædificatam; quisquis agnum extra* S. Hieronymi Epistolæ. *Hier. ep. 57.* Matth. 16.

(*) Quot hic S. Hieronymi verba, tot fulmina sunt omnibus extra Ecclesiam Romanam versantibus. Ex Sancti Doctoris verbis sequitur, illos JEsum Christum Ducem sequi, qui Papæ Communioni inhærent, id est, Petri Cathedræ, super quam Ecclesia ædificata est. Quid ad hoc respondeat Interpres Protestans, qui non modico Ecclesiæ suæ probro Historiarum Scriptorem Romano-Catholicum, & irrefragabilia contra

Sæculum IV A. C. 376.

Exod. XII.

extra hanc Domum manducat, profanus est. Quisquis in Arca Noe non est, perit diluvio. Cum te consulendi non semper mihi copia sit, Confessoribus Ægyptiis me jungo, Confratribus tuis, non secus ac cymba, ut sub validæ navis præsidio tuta sit. Vitalem non novi, Meletium rejicio, quis Paulinus sit, nescio. Qui non colligit tecum, dispergit, nempe, qui cum JEsu Christo non est, cum Anti-Christo pugnat. Interrogor, an admittam tres Hypostases? quæro ego, quid hæ voces significent? Respondent, significari tres Personas subsistentes. Respondeo, me ita credere. Instant, hoc non sufficere, & volunt, ut voce Hypostasis utar; timeo, ne per hypostasin substantia intelligatur, quia in scholis secularibus Hypostasis nihil aliud significat, quam vox USIA. *Timeo itaque, ne affirmando tres Hypostases, cum Arianis tres naturas admittam, & quo magis urgent, ac*

---

contra seipsum testimonia in vernaculam transtulit? Num dicat, S. Hieronymum fuisse Hæreticum? Papista certe fuit. At si S. Hieronymus & omnes illi, qui credebant, se JEsum Christum sequi, si Ecclesiæ Romanæ Communioni inhærerent, Hæretici fuere, ubi illa ætate erat vera Ecclesia, ubi Orthodoxi, nisi forte turpissimus alius quis Vigilantius, qui Interpreti nostro placet, quamvis eum totus orbis Christianus pro Hæretico habuerit?

ut hanc vocem adhibeam, ego magis mihi Sæculum IV.
crescit suspicio. Hinc obtestor te! ut da- A. C. 376.
tis ad me litteris auctor sis, an has voces Hypostases recipere debeam, vel rejicere? rogo etiam, ut indices, quocum mihi Antiochiæ communicandum sit? nam Campenses, juncti hæreticis Tarsensibus (*) Communionis tuæ auctoritatem obtendunt, ut tres Hypostases in antiquo eorum sensu propugnent. Sub Nomine Campensium S. Hieronymus sectatores S. Meletii intelligit, prout dictum est, & sub Hæreticis Tarsensibus Discipulos Silvani Semi-Ariani, qui Tarsi Episcopus fuerat, aut forte Diodorum, qui tunc ibi erat Episcopus, postquam diu Presbyter Ecclesiæ Antiochenæ fuerat, cum S. Meletio communicans; contra hos S. Hieronymi animum occupaverant Presbyter Evagrius, & alii de Paulini Communione, cui semper inhæsit. Cum ad hanc epistolam non accepisset responsum, alteram scripsit ad S. Damasum, in qua dicit: *inde furunt Ariani, potestate Sæculari armati. Hinc Ecclesia, in tres partes scissa, quarum quælibet me conatur ad se rapere. Monachi, qui circa me sunt, antiqua sua in me auctoritate utuntur. Interim clamo: quicunque*

Sup. XVII. §. 3.

epist. 58.

(*) Ecce! Hæretici quoque Communione cum Ecclesia Romana Auctoritatis aliquid sibi conciliare volebant.

Sæculum IV. A. C. 376.

que Cathedræ Petri (*) *junctus est, mu*
est! Meletius, Vitalis, Paulinus dicun
se tibi unitos; sed duo mentiuntur, &
forte omnes tres. Ideo tuam Sanctita-
tem obsecro, ut mihi per epistolas tuas re-
nunties, quibuscum in Syria communicare
me oporteat. Ne spernas ani[illegible]*nam, pro qua*
JEsus Christus mortuus est. Ex his S. Ba-
silii, & S. Hieronymi epistolis perspicuum
fit, in quo punctum difficultatis fuerit
situm, admittendo unam, vel tres hypo-
stases. Orientales timebant, ne Sabellia-
nistæ viderentur, si unam affirmarent hy-
postasin, & tres Personas, tria Prosopa,
Personarum distinctione non contenti,
volebant, ut Christiani confiterentur,
unamquemque Personam in vera Hypo-
stasi subsistere. Occidentales non aude-
bant, dicere tres Hypostases, ne cum Aria-
nis loquerentur, qui vocem, Hypostasis,
per vocem latinam, substantia, explica-
bant, & vox Persona, quæ Orientalibus
non satisfaciebat, Occidentalibus suffi-
cere videbatur, cum sibi magis apta non
suppeteret. S. Athanasio, cum de sensu
constaret, nulla cura verborum fuerat,
sed posteriori tempore, suspiciones, &
contentiones invaserant animos, hinc
tanto tempore Schisma Antiochenum re-
nuit.

Greg. Naz. orat. 21. p. 395.

§. XXX.

(*) Quæ semel Cathedra Petri fuit, talis esse
stante Christi Domini promisso cessare non potest.

§. XXX.

Sæculum IV. A. C. 376.

Epistola S. Basilii ad S. Epiphanium.

Quamvis S. Basilius S. Meletii amicus esset apertus, tamen S. Epiphanio non erat inimicus, sed magnam ei habebat reverentiam, & tanquam sui temporis rarum Charitatis exemplum venerabatur. Dum in sua epistola de divisione Ecclesiæ Antiochenæ loquitur, cur Meletio adhæreat, ita rationem reddit: *cum Venerabilis Meletius Constantii tempore pro veritate primus pugnaverit, & mea Ecclesia cum ipso communicarit, in hac Communione permanendum duxi, speroque cum Divina Gratia usque in finem perseveraturum. Nam Beatus Papa Athanasius, cum Alexandria Antiochiam venisset, communionem ejus recipere firmiter statuerat, nisi malignum quorumdam consilium obstitisset, suadentium, ut hanc unionem in aliud tempus differret; quod magno Ecclesiæ malo factum. Eorum, qui posterius advenerunt, adhucdum neminem ad nostram Communionem recepimus, non quod eos credamus indignos, sed quod nihil sit, cur sic Meletium damnemus. Multa quidem contra eos fama ad nos attulit, sed non credimus famæ, quia utramque partem præsentes non audivimus, secundum id quod scriptum est; nunquid Lex nostra judicat ho-*

Bas. ep. 325.

P. 1100.

Jo. 7. 51.

Sæculum IV. A. C. 376.

minem, nisi prius audierit. Rem animo tuo pacifico dignam faceres, Frater admodum venerabilis! si non hinc congreges, & inde separes, sed separatos ad eos, qui ante conjuncti erant, reduceres. Cæterum maximo mihi solatio fuit, quod scripseris, nempe ut bonum, & exactum Theologum decet, necessarium esse, tres Hypostases confiteri. Idem ergo fratres nostros Antiochenos doce, imo jam factum hoc esse non dubito, non enim eorum recepisses Communionem, nisi fuisses de eorum fide, præsertim circa hunc articulum, certus. Sub fratribus Antiochenis, qui posterius venerunt, S. Basilius Paulinum, & forte Vitalem denotat.

Deinde S. Epiphanio respondet circa quemdam populum, de cujus rebus edoceri petierat, verosimiliter in hunc finem, ut ejus in suo Tractatu de Hæresibus mentionem faceret, prout etiam paucis verbis fecit. Hi erant Magi, seu Magusii, quod nomen adhucdum in Oriente retinent; *Hos magno numero habemus,* inquit S. Basilius: *in tota nostra patria dispersos, qui olim ex locis Babyloni vicinis ad nos delati. Aliis vivunt moribus, ab cæteris hominibus separati. Tam arcte Dæmonis captivitate tenentur, ut ullo colloquendi nulla pateat via. Non libros non Doctores habent, sed consuetudine contra rationem sanam educantur, quam de*

Epiph. expos. fid. n. 13.

pro-

progenie in progeniem servant. Hoc omnium oculis patet, quod animalia occidere exhorrescant, quippe ea in usum suum ab aliis, quam suæ Religionis, hominibus, occidi procurant. Eorum matrimonia bonis moribus adversantur. Ignem, & quidquid igni haud multum absimile est, pro Deo habent. Hucusque necdum dixerunt nobis, quod Abrahami genus sint, sed quemdam ZARNUA *Gentis suæ auctorem credunt. Plura tibi de his referre non possum.* Qui hodie in illis Regionibus peregrinati sunt, referunt, adhucdum in Persia ignis adoratores inveniri, qui suum Legislatorem ZERDUST appellant. Hi Gaures, seu Parses dicuntur. Sæculum IV. A. C. 376. *Piet. Val. let. 18. dec. 1617.*

§. XXXI.

S. Basilii contra Occidentales querelæ.

Sanctus Basilius ferre non poterat, quod S. Meletii, & S. Eusebii Samosateni fama apud Pontificem proscinderetur. Hac super re ad Petrum Alexandrinum, adhuc dum Romæ existentem, scripsit in hunc modum: *vehementer doleo, quod frater noster Dorotheus non ea, qua par fuit, animi moderatione tibi locutus fuerit. Ubi rediit, narravit mihi, quæ tecum colloquia, præsente Admodum Venerabili Damaso Episcopo, miscuerit, & non parum me afflixit, dum retulit, quod admodum Sancti Confratres nostri Meletius, & Eusebius Arianorum* *Ep. 321. p. 1094.*

Sæculum IV. A. C. 374.

rum censui annumerentur. Si nullum aliud purissimæ eorum fidei argumentum suppeteret, bellum quod eis Ariani inferunt, sufficere debet, æquis rerum judicibus. Te vero multo firmiori Charitatis vinculo cum iis adstrictum esse orportet, quod cum iis pro JEsu Christo patiaris. Persuasissimum tibi habeas, nullum esse fidei Orthodoxæ apicem, quem Meletius, & Eusebius, me audiente, non liberrime docuerint; ita Deus me adjuvet! & nisi sanæ eorum fides nobis fuisset explorata, nec unus die in eorum Communione mansissemus.

Multo vehementius iterum, ad S. Eu-

Ep. 10. *p.* 795. sebium Samosatenum in locum exilii ejus scribens, conqueritur. *Postquam fratrem nostrum Dorotheum*, inquit: *narrantem audivisti, Occidentalibus te locutum fuisse, puta! nescio profecto! quales reditturo epistolæ dandæ sint? mihi vero Di-*

Id. IX. 694. *v. medis verba in mentem veniunt: imprudentem te! qui rogando Achillem flectere speraſti; superbia non exoratur! experientia teste, si homini superbia elato adulatus fueris, insolentior fit. Si Dominus iram suam a nobis aufferat, nullius auxilio indigemus, si ultra nobis irascitur, quid opis ab Occidentalium fastu exspectemus?* (*) *Falsis suspicionibus moventur,* &

(*) Anonymus I. alias Fleurio subiratus Reflexionem paulopost sequentem, qua Fleurius hæ-

& idem modo agunt, quod in causa Marcelli egerunt. In illos, qui sibi veritatem dicunt, irritantur, & hæresin fovent. (*) *Ego cuperem ad eorum Caput scribere epistolam privatam, & totius Ecclesiæ res non attingerem, sed hoc solum ingererem, quod ea, quæ apud nos vere agantur, nesciant, & media, quibus hæc edoceri possent, non arripiant. Viris, qui in tempore malo premuntur, non esse insultandum, nec Dignitatem obtendendam superbiæ, quod peccatum solum Deo inimicum hominem valet reddere.* Dum hic S. Basilius dicit, quod Occidentales hæresin foveant, non sic accipi potest, ac si de veritate Doctrinæ, quam Occidentales tradunt, dubitaret, quippe hanc sanam esse sæpe testatus est, sed hoc tantum dicit, quod eo-

Sæculum IV. A.C. 376.

hæc S. Basilii asperius dicta excusat, & Summi Pontificis Auctoritatem tuetur, omnino approbat. Discat ex hac S. Basilii Epistola Interpres Protestans S. Petri Cathedram venerari, etiamsi Episcopis Romanis vitia vel vera, vel ficta (nam hic ficta fuere) ut humana fert infirmitas, inhærere putentur.

(*) Diese Worte: & Hæresin fovent. hat der Protestantische Uebersetzer auf seiner 372. Seite gegeben: Und lassen die Ketzerey nimmermehr zu Kräften kommen. Das ist ungeschickt genug, Herr Uebersetzer! und gerad das Gegentheil, was der Heil. Basilius saget. Ich verschweige 5. andere Fehler.

Sæculum IV. A. C. 376.

rum præjudicium contra fidei Catholicæ Defensores, quales S. Meletius, & S. Eusebius erant, multum res hæreticorum promoveret. Ignorantia, cujus eos accusat, non est alia, quam ignorantia facti, nempe eorum, quæ in Oriente agebantur. Quod asperius in Papam invehatur, id solam tangit S. Damasi Personam, a cujus consortio ob locorum distantiam semper fuerat remotissimus, Auctoritatem vero S. Sedis, & necessitatem ad eam recurrendi in suis ad S. Athanasium, & Occidentales epistolis satis agnoscit. (*)

Sup. XVI. §. 19. XV. 1. 1.

§. XXXII.

Persecutio in Cappadocia sub Demosthene.

Ep. 10. p. 794. Ep. 264. p. 2036.

In eadem ad S. Eusebium Samosatenum epistola S. Basilius queritur, quod Episcopi, tanta Dignitate indigni, ab Arianorum factione constituantur, cujus rei origo altius repetenda. Demosthenes Præfecti Prætorio Vicarius hæreticos defendebat. Erat quidem Christianus, sed tam Doctrina, quam Disciplina parum tinctus; in omnibus Ecclesiæ causis suprema potestate volebat pronuntiare. Con-

(*) Ex hac sola Fleurii Reflexione Anonymus II. & P. Balduinus dicentes, Fleurium Auctoritatem S. Pontificis velle deprimere, abundantissime refutantur.

Conciliabulum Hæreticorum ſumma hieme Ancyram, Galatiæ Metropolim, congregari juſſit. Ibi Hypſius Succeſſor Athanaſii depoſitus eſt, & in ejus locum ſuffectus Ecdicius, qui ſtatim communionem Baſilidis, Epiſcopi Gangrenſis in Paphlagonia, aperti Ariani, amplexus eſt. Demoſthenes deinde S. Gregorium Nyſſenum, S. Baſilii fratrem, perſecutus eſt, juſſitque, ut ſibi captivus adduceretur; id jubendi prætextus fuit, quod pecunias Eccleſiæ ſuæ diſſipaſſe accuſaretur; verum ipſe demonſtrabat, in quos uſus Prædeceſſor ſuus has pecunias expendiſſet, & Epiſcopi illius Provinciæ teſtabantur, ærario Eccleſiæ præfectos ad rationem reddendam eſſe paratos. S. Gregorius Nyſſenus comprehenſus non fuit, ſed Provincia exceſſit; in ejus locum ſuffecerunt miſerum mancipium, cujus Doctrina non minus erat corrupta, quam eorum, qui ordinarunt. S. Gregorius Nazianzenus ex ſuo receſſu Seleucienſi plures ad S. Gregorium Nyſſenum dedit epiſtolas, quibus eum in perſecutione conſolabatur; nec ullo vitæ ejus tempore clarius apparuit, quantum ab Eccleſiis Gregorii Nyſſeni prudentia, & Charitas ſuſpiceretur, quippe a vicinis Eccleſiis vocabatur, ut diſſidentes componeret, &, quæ in futurum obſervanda eſſent, ſtatueret.

Sæculum IV. A. C. 376.

Ep. 10. *p.* 794. *ep.* 73. *p.* 870. *ep.* 72. *p.* 867. *ep.* 264.

Ap. Baſil. ep. 385.

Greg. ep. 142. 34. 35. 36.

Sæculum IV. A. C. 376.

Demosthenes post hæc Cæsaream venit, ubi omnes Clericos, non obstantibus eorum Privilegiis, oneribus publicis subjecit. Inde Sebasten profectus, eos, qui de S. Basilii Communione erant, iisdem oneribus pressit. Magna crudelitate in hos Clericos actum. Unus eorum, Asclepius nomine, tam dire verberatus, ut animam reddiderit. Demosthenes deinde Concilium Episcoporum Arianorum ex Galatia, & Ponto Nyssam convocavit; Nyssa Sebasten transierunt, ut Eustathio jungerentur, qui eos Legatione solemni invitaverat, & advenientibus, maximos, quos potuit, honores exhibuit. Ibi conventus celebrarunt, concionati sunt, S. Sacrificium obtulerunt, & Eucharistiam distribuerunt; nihilominus, quamvis Eustathius omnia signa daret, quod eorum esset Communionis, obtinere non potuit, ut eum velut Episcopum haberent, quia a factionis Ducibus in Concilio Constantinopolitano anno 360. fuerat depositus. Ecclesiam quoque oppidi, quod dicebatur Doares in Cappadocia, Demosthenes turbavit, licentia facta Arianis, ut ibi Episcopum ponerent servum fugitivum; facti hujus pulcherrimi Dux fœmina, nullius Religionis, fuit.

Ep. 264. *p.* 1037.

Ep. 405. *ad Amphil.*

Ep. 264.

Ep. 85. *ad Patroph. ep.* 72. *ad Evæs.*

Epist. 82. *p.* 913.

Epist. 10. *p.* 795.

Ep. 395. *ad Amphil.*

Interim Theodoto Episcopo Nicopolitano fatis functo, Demosthenes hujus Ecclesiæ Clericis persuadere conatus fuerat,

Ep. 264. *p.* 1037.

rat, ut eum reciperent Episcopum, quem Eustathius dedisset; id vero facere ipsi fortiter recusarunt. Episcopi Ariani, quos Nyssæ congregaverat, adjutore Eustathio fidem Catholicam Nicopoli evertere moliti sunt, sed frustra. Majori successu laboravit impia eorum industria in pervertendo Frontone, illius urbis Presbytero, cujus puram fidem, & piissimos mores hactenus omnes laudaverant; tunc vero veritatem, quam antea defenderat, prodidit, & ad Arianos defecit; eo ipsum Episcopatus Nicopolitani obtinendi ambitio impulit; vix autem obtinuerat, bonorum omnium horror in Provincia Armeniæ factus est, & probrosi casus fama in adjacentes quoque Provincias delata. Populus Nicopolitanus perfidum transfugam aversatus, in apricis campis conventus egit, uno non pluribus, vel etiam altero Clerico Frontonem ad Ecclesiam euntem sequentibus. Ut populum retineret, promisit, se a fide Catholica non discessurum. Non nulli cœperunt deliberare, an crederent, alii rem ad S. Basilium perscripserunt. Is respondens per epistolam hortabatur, ut hæc persecutionis initia fortiter tolerarent, seque Confessorum, & Martyrum posteros esse meminerint. Præprimis monet, ne Frontonis verbis fidant, & declarat, nec ipsum pro Episcopo, nec eos, quos ordinavit,

Sæculum IV. A. C. 376.

Ep. 10. *p.* 795.

Ep. 191.

Epist. 192. *p.* 976.

Sæculum IV. A. C. 376.

pro Clericis haberi posse. Primus persequentium ardor deinde in furorem versus est. Dispersus populus Catholicus, Clerici in fugam acti, direptæ ædes, urbs in solitudinem mutata, agri vastati, multi injurias, & verbera passi. S. Basilius jam Magistratibus præsentibus, jam amicis, quos in aula habebat, scribebat, ut tantis malis, quantum posset, remedium ferret.

Ep. 190.

§. XXXIII.

Translatio Euphronii Colonienſis.

Sup. XVI. §. 45.

Cum Pemenius Episcopus Satalensis venisset Nicopolim, Ecclesiam afflictam solaturus, promptius malo remedium nullum fore censuit, quam si urbi Episcopus Catholicus daretur, suasitque, ut Euphronius, in ipsa urbe Nicopoli natus, & tunc Coloniæ, extrema Armeniæ urbe, Episcopus, huc transferretur. Hanc translationem, quamvis Canonibus esset contraria, omnes Episcopi, & Magistratus Nicopolitani probarunt; ut res celeriter perficeretur, curavit Pemenius, ne Ariminis tempus daretur optimum consilium intervertendi. Hæc S. Basilius quoque suo suffragio confirmavit, & ad Clericos Nicopolis scripsit hunc in modum: *quando viri Sancti quidquam agunt, nullo affectu humano ducti, nec propriam utilitatem quærentes, sed solum Dei beneplacitum,*

Ep. 193.

id. ep. 293.

tum, luculentum fit, eos Dei Providentia regi; & ſi viri Spirituales conſilium ſuggerunt, quod populus fidelis unanimiter amplectitur, quis dubitet, illud a Domino Noſtro fuiſſe profectum? Hac de re ad Senatum etiam Nicopolitanum ſcripſit, cujus epiſtolæ verba prima hæc ſunt: *de Eccleſiis disponere illorum eſt, quibus earum Regimen eſt commiſſum, at quod Eccleſiarum Rectoribus placuit, populorum conſenſu confirmatur.* *Ep.* 294.

Eccleſia Colonienſis ægerrime ferebat, ſibi Chariſſimum Paſtorem eripi; non nulli in minas erumpebant; ſeparaturos ſe ab Eccleſia, & hanc cauſam ad tribunalia ſæcularia delaturos. Super his ad S. Baſilium ſcripſerunt, qui reſpondens, poſtquam eos, qui talia minarentur, increpavit, de cœtero Charitatis zelum laudat, quo in Epiſcopum ſuum ferebantur, at eundem zelum bonos Chriſtianos oportere moderari, ſeque Dei, & Epiſcoporum diſpoſitioni, quæ in Provinciæ commune Bonum cederet, non opponere. Promittit, eos ab Euphronio non derelinquendos, ſed eorum Eccleſiam unacum Nicopolitana recturum; imo aſſerit, hanc translationem ipſis fore utiliſſimam; ſi enim Eccleſia Nicopolitana in poteſtatem Hæreticorum deveniret, futurum, ut brevi etiam Colonienſis opprimeretur. Simul Clericos Nico- *Ep.* 292. 290.

Sæculum IV. A. C. 376.

Nicopolitanos hortabatur, ne Fidelium Colonienſium detrectatione offenderentur, ita enim minores natura eſſe comparatos, ut facile ſperni ſe credant; & ſi deſperatione agerentur, poſſe quidquam tentare, quod luctuoſis illis temporibus funeſtum foret. Ita S. Baſilius Euphronii translationem ſua auctoritate firmavit.

Ep. 193. *p.* 978.

§. XXXIV.

Apologia S. Baſilii contra Euſtathium.

Jam a triennio S. Baſilius calumnias, quibus Euſtathius famam ſuam denigrabat, patienter tulerat, ſolius ſilentii munimento tutus, niſi quod privatas litteras ad amicos dediſſet. Tandem, ſibi quoque loquendum, & publice cauſam dici oportere, viſum eſt; nihil enim ſilendo profecerat, ſed eo impudentius inimici inſultabant, & obtrectabantur; ubi unam diluerat calumniam, confingebant novam, ne eum ſine cauſa perſequi viderentur. Jam falſo accuſabant, quod tres Deos crederet, jam quod unicam affirmaret Perſonam. Jam id ipſum reprehendebant, quod vere cum Eccleſia Catholica docebat, tres dari in Deo Hypoſtaſes, & unam Bonitatem, unam Potentiam, unam Divinitatem. Exterior pietatis ſpecies eorum calumniis fidem adſtruebat,

Sup. XVI. §. 46. *ep.* 79. *p.* 893. *ep.* 80. *p.* 900.

Epiſt. 345. *p.* 1121.

struebat, quod vero S. Basilius taceret, si- Sæculum IV.
lentii causa non modestia, sed mala con- A. C. 376.
scientia putabatur. Famam suam cres- *Ep.* 73. *p.*
cere contra suam voluntatem videbat, 869.
sed famam malam, & Bonis quoque, qui
adversariis ejus fidem adhibebant, cœ-
perat esse invisus. Tandem rumpendum
silentium existimavit, & occupandam esse
occasionem, dum nuper maximo suo pro-
bro hostes ejus Arianorum, & Vicarii
Demosthenis Communioni se junxissent.
Contra Eustathium scribere cœpit circa
annum 376. Apologiam edidit ad omnes *Ep.* 79. *p.*
Fideles directam, in qua dicit, cum ini- 893.
tio Conversionis suæ viros Solitarios
Ægypti vidisset, & eorum exemplo mo-
veretur, se eos imitandi desiderio fuisse
correptum, cumque deinde in patria sua
inveniisset homines, illis Ægyptiis exte-
riori habitu, & vitæ paupertate similes
(hi nempe erant Eustathius, & Discipuli
ejus) maximi eos facere cœpisse, nihil-
que saluti suæ utilius fore credidisse,
quam ut hos Monachos imitari sibi pro-
poneret, quamvis multi monerent, & ab
eorum conversatione conarentur averte-
re, quos ipse bonorum virorum famæ
putabat detrahere. Postquam Episcopa-
tum suscepit, eorum malæ artes subolue-
re advertenti, quod sibi exploratores de-
dissent officii specie, qui in functionibus
Pastoralibus assisterent, ita ut vix jam
quem-

Sæculum IV. A. C. 376.

quemquam apud se haberet, cujus fides sibi suspecta non esset. Bis ejus Doctrinam impugnarunt, sed ipse constantia invincibili inhæsit fidei, quam ab unguiculis Matre ejus, & Avia Macrina Magistris hauserat; atque adversarios suos Arianos provocat, ut, si viri sint, ostendant, se aliquando in fide vacillasse, aut aliquem errorem sive in scriptis suis, sive in sermonibus publicis, aut privatis docuisse.

Accusationis caput contra S. Basilium erat, quod, cum Apollinaris in Syria perversam Doctrinam seminasset, S. Basilius ad eum epistolam ante annos viginti dedisset; *ergo*, inferebat Eustathius: *in ejus Communione es, & criminis conscius!* respondet S. Basilius: *quomodo scire potes, utrum mea sit hæc epistola? si vero sit, unde apparet, scriptum, quod in manus tuas incidit, ejusdem temporis esse, ac epistolam meam, & ab eo ad te devenisse, ad quem scripta est; quod argumentum, quod ego in eadem de fide cum eo sententia sim? conscientiam tuam consule! quoties in Secessum illum meum in ripa Iris fluminis, præsente fratre meo Gregorio, ad me venisti? quot non dies in domo Matris meæ transegimus, diem nocti amice colloquendo jungentes? & quando ambo beatum Silvanum Tarsensem invisimus, an non de hac materia toto itinere egimus? Eusinoe, quando*

p. 896.

Sæculum IV. A. C. 376.

do me ad te vocasti, iter Lampsacum cum aliquibus Episcopis ingressurus, de quo alio, nisi de fide, sermo fuit? an negabis, Notarios tuos nunquam non apud me fuisse, ut, quæ contra hæresin dictarem, scriberent? an non Discipulorum tuorum fidelissimi lateri meo individui comites hærebant? quando Monasteria fratrum nostrorum visitabam, & cum eis noctes in oratione transigebam, quo tempore continuo de rebus Divinis sine contentione colloquebamur, an non, quid sentirem candide edixi? quomodo tanti temporis experientiam levis suspicio superavit? an non constanter eandem Doctrinam professus sum, nisi quod ea, quæ ab initio obscure cognoscebam, cum tempore clarius perspexi? cæterum quisque fidei suæ tantum non alienæ rationem reddere tenetur; ego Apollinaris nec Magister sum, nec Discipulus, si vero alterum pro altero respondere necesse sit, æquitati magis esset consentaneum, ut Doctrina Arii Discipulis ejus, & Aetii Doctrina illi, qui Aetii Magister fuit, imputaretur. Nempe Eustathius, quod S. Basilius alibi explicat, tunc cum Arius Alexandriæ plurimos Sectatores numeraret, inter fidelissimos ejus Discipulos fuerat, & postea Aetii Magister. Tandem S. Basilius occultum dissensionis fontem detegit, dum dicit: *homines honestissimi, scilicet, Communionem nostram obsta-*

p. 897. S. Basilii Apologia.

Ep. 82. *p.* 910. *ep.* 74. *p.* 875. 898.

Sæculum IV. A. C. 376.

obstaculum esse putant, ne ad pristinum potentiæ fastigium possint ascendere, ob fidei Confessionem, cui, me Auctore, subscribere coacti sunt; timent ne ista sibi noceant apud eos, quorum hodie maxima est auctoritas; nempe Arianos. Tum S. Basilius narrat, quæ inter se, & Eustathium Nicopoli ante annos tres acta fuerant. Hæc est S. Basilii Apologia, ad quam legendam, Presbytero Genethlio scribens, eundem remittit.

Sup. l. XVI. §. 45.

epist. 345. p. 1123.

Ad monachos quoque, qui sub ejus Regimine erant, scripsit, ostendens, quanta sit Eustathii inconstantia, semper partem potentiorem sequentis. *Illi ipsi*, inquit: *qui famosas litteras contra Eudoxium, & ejus asseclas scripserunt, & ad omnes Ecclesias miserunt, hortantes, ut quisque eorum Communionem vitaret, illi, qui protestati sunt contra sententias depositionis suæ, quod latæ essent ab hæreticis* (loquitur de iis, quæ Constantinopoli anno 360. gesta sunt) *illi, inquam: nunc cum Eudoxio & sociis ejus sunt. Id negare non possunt, nam Ancyræ ad eorum Communionem accesserunt.* Hic loquitur de Concilio Demosthene convocato, & subjungit: *quærite ex iis, num Basilius, qui cum Ecdicio communicat, jam sit ortodoxus? quare ergo in reditu ex Dardania ejus Altaria everterunt, & erexerunt sua? quare hodiedum Ecclesias Amascensem, &*

Ep. 73. P. 870.

Sup. l. XIV. §. 22.

v. ep. 72. p. 867.

Zeno-

Zelenſem percurrunt, ut ſuo ibi arbitrio Presbyteros, & Diaconos ordinent? ſi cum iis tanquam Orthodoxis communicant, quare eosdem perſequuntur tanquam hæreticos? Tandem hortatur Monachos, ne in ſua quiete turbari ſe ſinant, his litibus ſe non immiſceant, aut temere de quoquam judicent. Sæculum IV. A. C. 376.

S. Baſilius ad Eccleſiam Evaiſenſem ſcripſit epiſtolam, in qua dicit, necdum totos annos decem, & ſeptem effluxiſſe a Concilio Conſtantinopolitano; id vero initio anni 360. celebratum fuerat, hinc iſtam epiſtolam ſub finem anno 376. ſcriptam fuiſſe diſpicitur. Epiſtolæ clauſula eſt ſequens: *ſtate in fide! univerſum orbem conſiderate, & inde judicate, quam modica pars ægrotet! reliqua Eccleſia univerſa, quæ Evangelium ab Oriente ad Occidentem recepit, ſanam, & incorruptam Doctrinam conſervat.* Hæc loquitur ſub Valente, quocum in Oriente Ariana Hæreſis ſedebat in ſolio. Eidem cauſæ, nempe Euſtathii calumniis adſcribitur S. Baſilii homilia contra eos, qui ſe tres Deos admittere accuſabant. In ſuos calumniatores non invehitur, ſed tantum tenero affectu conqueritur, Charitatem, & unionem in Eccleſia, ſicut olim, non regnare. Tum ſuam Doctrinam exponit, & poſtquam contra trium Deorum calumniam proteſtatus eſt, ſubjungit: *ſi ideo hanc ca-* *Ep. 72. p. 866.* *p. 868.*

Sæculum IV. A. C. 376. p. 622.

lumniam patior, quod Spiritum Sanctum non rejiciam, & in ordinem Creaturarum non deprimam, ne quæso! quidquam aliud me dicere fingite, quam quod dico, sed hoc simpliciter de me dicite, quod ego ille sim, qui omnibus anathema dicam, qui dicunt Spiritum Sanctum esse Creaturam. Hoc fateor, hujus veritatis causa in flammas, in gladios, in rotas, in tormentum, quæ eadem constantia, qua Martyres, quorum hic quiescunt corpora, perferam! ita in Festo Martyrum coram Episcoporum consessu perorabat.

§. XXXV.

Concilium Gangrense.

Socr. II. c. 42 Sozom. IV. c. 24. Libell. Synod. to. 2. Conc. p. 414. Sozom. III. c. 14. p. 424.

Tandem Eustathii hypocrisis agnita, & damnata est in Synodo Gangrensi, cujus tempus quidem nescitur, sed cum S. Basilius de ea nullam mentionem faciat, verosimile est, non ante celebratam fuisse, quam post scriptas jam omnes has Epistolas sub Valentis Regni finem, & forte post Eustathii mortem, nam hoc Concilium magis ejus Discipulis, quam ipsi opponi videtur; Sanctus vero Epiphanius in libro suo de hæresibus circa annum 376. scripto, de Eustathio tam quam de homine mortuo loquitur. Hoc Concilium congregatum est Gangræ, Paphlagoniæ Metropoli, cujus viginti Canones nobis supersunt, cum Epistola Synodica,

nodica, ad Episcopos Armeniæ data, quæ causas convocati Concilii compendio continet, distinctius in Canonibus expressas, & nominatim Eustathii Discipulos illorum errorum arguit. Canones anathemate damnant primo illos, qui matrimonium rejiciunt, dicuntque, mulierem, marito cohabitantem, salvari non posse. Illos quoque, qui cum Presbytero, qui uxorem habuit, communicare nolunt, nec de oblatione, quam celebravit, participes fieri. Illos etiam, qui Virginitatem, aut continentiam servant, non amore pulcherrimæ virtutis, sed horrore matrimonii, aut qui in matrimonio viventes contemnunt. Mulieres, qui a maritis auffugiebant, ex odio matrimonii. Parentes, qui liberos suos deserebant, vitæ asceticæ prætextu, nec ullam curam pro eorum alimentis, aut ad fidem conversione gerebant. Liberos, qui eodem pietatis prætextu Parentum senectutem destituunt, & honorem filialem non exhibent. Illos, qui servis suadent, fugere Dominos suos, & servituti se eripere sub pietatis specie. Prohibet etiam Concilium, ne illi damnentur, qui carnes comedunt, si modo sanguine, suffocatis, & immolatis pro more, qui adhucdum servabatur, abstinerent. Prohibebatur etiam die Dominica jejunare, aut jejunia Ecclesiæ, quæ a Traditione accepit, contemnere,

Sæculum IV. A. C. 376.

Can. 2.

c. 4.

c. 9.

c. 10.

c. 14.

c. 15.

c. 16.

c. 3.

Sup. l. I. §. 32.

c. 18.

c. 19.

Sæculum IV. A. C. 376.

temnere, domum Dei spernere, & conventus, qui ibi aguntur, conventus separatos agere, & functiones Ecclesiasticas

c. 5. perficere, Presbytero non præsente, &

c. 6. sine consensu Episcopi, oblationes, Eccle-

c. 7. 8. siæ factas, in usum suum convertere,(*) & de iis absque consensu Episcopi, vel

c. 11. illorum, quibus hanc curam demanda-

c. 20. vit, disponere, contemnere *Agapes*, seu charitatis convivia, quæ ad honorem Dei parabantur. Prohibebatur, ne quis commemorationes Martyrum, conventus, & officia, ibi celebrari solita, contemneret.

c. 12. Tandem Concilium illos damnat, qui eo quod vitam asceticam profiterentur, singularem vestitum gerebant, & alios virtuperabant, qui vestitu vulgari uterentur.

c. 13. Damnat fœminas, quæ ejusdem vitæ asceticæ obtento virili vestitu incedebant, aut capillos sibi abscindebant. Posteriori tempore Ecclesia approbavit, ut Monialibus Capilli rescinderentur. Circa has res sua natura nec bonas, nec malas alii aliis temporibus, & locis mores fuere, at ostentationem, & vel in levibus

(*) Der deutsche Uebersetzer hat diese Worte: *Oblationes Ecclesiæ factas &c.* gegeben auf der Seite 378. Mit dem in der Kirche eingesegneten Brodt und Wein zu wuchern. Zwey oder drey andere Fehler melde ich nicht. Was ist von einer solchen Version zu halten?

bus pertinaciam Ecclesia semper damnavit. Sæculum IV. A. C. 376.

Post hos viginti Canones Concilium subjungit: *Hæc dum præcipimus, non intendimus Ecclesia ejicere eos, qui secundum Scripturas pietati totos se volunt dedere, sed eos tantum, quibus pietatis species superbiendi occasio est, dum se aliis simplici, & vulgari more viventibus meliores putant, & contra Scripturam, & Canones nova introducunt. Ergo Virginitatem admiramur, continentiam, & separationem a mundo probamus, si modo has virtutes humilitas, & modestia comitetur. Matrimonio autem honorem habemus; nec divitias spernimus, si divitem justitia, & liberalitas commendent. Paupertatem laudamus in vestitu, ad solam corporis necessitatem accomodato, nec in vestibus mollitiem, vel vanitatem probamus. Templa Dei honoramus, & Conventus Ecclesiasticos, pietatem tamen intra hos muros non coarctamus. Laudamus etiam largam Beneficentiam, qua fratres Ministerio Ecclesiæ subveniunt pauperibus. Ut paucis complectamur omnia; nihil magis optamus, quam ut in Ecclesia ea omnia adimpleantur, quæ ex divinis Scripturis, & Traditionibus Apostolicis facienda accepimus.* In hunc modum Patres Concilii Gangrensis loquebantur. c. 21.

Sæculum IV. A. C. 376.

§. XXXVI.

Gothi in Arianam Hæresin labuntur.

Sup. l. XVI. §. 42. Marc. Amm. 3. 4. XXXI. Sozom. VI. c. 37.

GOthi Christianos inter se exortos persecuti, impietatis pœnas Hunnis dederunt, qui, superata palude Mæotica, eos aggressi, profligarunt. Pars Gothorum, qui Thervingii dicebantur, missis ad Imperatorem Valentem Legatis, licentiam petebant Danubium trajiciendi, & Sedes ponendi in Thracia, oblata conditione, se in Romanis exercitibus militaturos. Legationis Princeps Ulfila Episcopus erat, vir maxima inter Gothos auctoritate; qui magno labore, tandem mitigata gentis ferocia, Christianam Religionem edocuerat, & ab iis, qui in Idololatria remanserant, multa tulerat. Cum hujus Legationis occasione Constantinopolim venisset, Arianorum præcipuis collocutus est, &, dubium, an eorum potentia, si adularetur, speraverit feliciorem Legationis exitum, an re vera eos veriora docere crediderit, Arianam hæresin suscepit, Gothisque Auctor fuit, ut sequerentur; ita factum, ut deinde funestes lues in totum Occidentem diffunderetur. Hucusque Doctrinam Catholicam, quam initio acceperant, servaverant, & ne tunc quidem eam ex toto dimiserunt, nam ipsorum seductores coram ipsis comminiscebantur, Catholicorum, & Arriano-

Theod. IV. c. ult.

rianorum contentiones litem verborum esse, quæ substantiam Doctrinæ non mutaret. Hinc tempore Theodoreti dicebant quidem Gothi, Patrem majorem esse Filio, sed necdum, Filium esse Creaturam, quamvis cum illis, qui creaturam affirmabant, communicarent. Idem Ulfila Gothis litterarum usum tradidit, signis juxta Alphabetum Græcum formatis. Is in Gothorum linguam S. Scripturam vertit, cujus versionis hodieque Evangelia typis impressa habemus, ex quibus cognoscitur, qualis tunc temporis populorum Germanorum lingua fuerit. Ajunt, Ulfilam Regum Libros noluisse in linguam Gothicam transferre, quod in iis frequentissima narrentur bella, ne S. Scripturæ auctoritate Gothi nimiam, & quasi innatam ad arma, & bella propensionem excusare vellent. Inter Gothos etiam Audiani permixti erant; nam cum eorum caput in Scythiam fuisset relegatum, conversioni Barbarorum operam impendit, atque in ista natione remotissima Monasteria instituit, in quibus morum puritas erat laudabilissima; malum! quod contumaciter schismati adhærerent. Eorum plerique unacum Catholicis in persecutione anni 372. a Gothis in exilium pulsi.

Sæculum IV. A. C. 376.

Socr. IV. c. 33. Valafr. de Divin. offi. c. 7.

Phil. II. c. 5.

Epiph. hær. 70. n. 14. 15. Sup. l. X. §. 44.

Sæculum IV. A.C. 378.

§. XXXVII.

Valentis Imperatoris exitus.

Ulfila, Legatione sua feliciter functus, quod petebat, obtinuit, indulsit Valens, ut Gothi in Thracia considerent. Quamvis vero velut amici fuissent suscepti, a Romanorum Præfectis deinde male habiti sunt, quorum avaritia factum, ut annona deesset; hinc timentes Romani ne viri fortes, desperatione acti, extrema arriperent consilia, eorum ferocissimos interfici jusserunt; itaque Barbari omnes unitis viribus Thraciam deprædari cœperunt anno 377. Gratiano, & Merobaudo Consulibus. Hæc Valenti Antiochiæ agenti afferuntur, qui citius pace cum Persis composita, Constantinopolim ire statuit, quo etiam anno sequenti 378. trigesima Maji, seu decimo tertio Calendas Junii, cum ipse Valens, & Valentinianus secundo Consules essent, pervenit. Valens, Antiochia discedens, mandata dedit, ut Persecutio in Catholicos cessaret, Presbyteri, & Episcopi exules revocarentur, & Monachi, ad metalla damnati, liberarentur. Tum vero res Catholica in omnibus urbibus, præcipue autem Alexandriæ, efloruit. Petrus cum Epistolis Damasi Pontificis, Electionem ejus confirmantis, rediit. In possessionem Ecclesiarum postliminio restituitur, Usurpator

Id. fast. an. 377.

Id. an. 378.

Socr. IV. c. 35. Ruff. II c. 13. Hier. Chr. an. 379. Sozom. VI. c. 39.

pator Lucius expellitur, qui Constanti- Sæculum IV.
nopolim se recepit, sperans, se ab Valen- A. C 378.
te restitui posse; at majora Cæsaris mentem occupabant.

Is Trajanum, & Profuturum cum parte copiarum præmiserat, ut Barbaris resisterent. Sæpius manus conseruere, minusque fortuna Romanis favebat. Valens Constantinopolim adveniens, militari imperio Trajanum exuit, impatientissime vecordiam exprobrans. Respondit Trajanus: *Non ego victus sum, Domine! sed tu, qui vincere non es meritus, postquam iram Dei in te provocasti, & faventem Barbaris reddidisti. An nescis, quos Ecclesiis expuleris, & quibus eas tradideris?* Arintheus, & Victor, ambo inclyti Duces, loquentem suis suffragiis, & auctoritate adjuverunt. Arintheus anno 372. Consulatum gesserat; bellicæ artis peritissimus feliciter in Persas pugnaverat; de cœtero Christianæ Religionis, & Ecclesiæ Catholicæ zelosus Defensor; Haud multo post hæc tempore naturæ debitum solvit, paulo ante ultimam diem baptizatus; S. Basilius, defuncti amicus, consolatorias ad ejus viduam scripsit. Duas etiam S. Basilii Epistolas habemus ad Trajanum, amicitiæ, quæ inter ambos intercedebat, testes. Uxor ejus Candida, maxima pietate fœmina, filiam suam in Virginitatis, & pœniten-

Theod. IV. c. 33.

Amm. L. XXVII. c. ult.

Bas. ep. 380. ad Arinth.

Ep. 186. 202. ad ux. Ar. ep. 376. 377.

Pall. Laus. c. 145.

Sæculum IV. A. C. 378.

tiæ ſtudio educavit. Comes Terentius, quem etiam S. Baſilius inter amicos accenſebat, parem animi fortitudinem oſtenderat, nam cum ex Armenia rediret non uno prœlio Victor, juſſit Valens, ut, quamcunque gratiam vellet, poſtularet; Terentius libellum tradit, in quo petebat, ut aliqua Catholicis Eccleſia concederetur; Imperator, lectum libellum diſcerpens, ait: *Aliud pete!* Terentius, particulis libelli terra elevatis, ait: *Habeo, Domine! quod petii, nam Deus intentionem judicat.*

Theod. IV. c. 32.

Ida. faſt. 378

Valens Imperator Conſtantinopoli undecima Junii anno 378. iter ingreſſus eſt, ut ad caſtra proficiſceretur. Iſaac Monachus, cujus cellula prope erat, videns eum cum Ducibus, & ſatellitibus prætervehi, clamavit: *Quo vadis Imperator! in Deum omnipotentem rebellis! Deum habes inimicum tibi! Deus in te Barbaros concitavit. Ceſſa bellum movere in Deum! ni facias, peribit exercitus tuus, & tu non redibis!* Exprobrationis impatiens Imperator juſſit Monachum carceri includi, dicens: *Redibo! & impudens mendacium dira morte luet.* Reſpondit Iſaacus alta voce: *Conſentio, interfice me, ſi mentiar.*

Valens.

Theod. IV. c. 34.

Soz. VI. c. 4.

Amm. XXXII. c. 12.

Valenti, Adrianopoli appropinquanti, litteræ redduntur ab Imperatore Gratiano, Nepote ſuo, qui multis prœliis contra

Sæculum IV. A. C. 378.

contra Germanos Victor, cum copiis in ejus auxilium approperabat, rogabatque, ut se exspectaret. At Valens urente invidia, eo non exspectato, ne cum Principe juvene Victoriæ gloriam partiri cogeretur, cum hoste confligere statuit. Dum omnia ad pugnam spectabant, Fritigernus, Gothorum Rex, ad Imperatorem misit Presbyterum, litteras ferentem, quibus indicabat, Gothos aliud nihil postulare, quam cum armentis, & gregibus in Thracia habitandi licentiam; sed nihil hac legatione effectum. Ergo quinto Idus Augusti, id est, hujus mensis nona, pugnatum est; succubuere Romani: vix tertiæ exercitus parti fuga saluti fuit. Ipse Imperator interiit, corpus vero ejus non est inventum; constans fama fuit, Valentem sagitta vulneratum, comitantibus aliquot Prætorianis, & Evnuchis, in proximum tugurium fuisse delatum; dum medici vulnus curant, hostes, inscii quis intus esset, portam occlusam volebant perfringere; Romani ex editiori domus loco tela in subeuntes ingerunt; Barbari, ne, si diu hic detinerentur, alibi prædæ jacturam paterentur, ligna, fasces, paleas comportant, & parvam hanc domum incendunt, unico Cæsaris Prætoriano licuit per fenestram elabi, qui rem, ut acciderat, narravit. Hic fuit exitus Imperatoris Valentis

Ibid. c. 15. *Idac. fast. Socr. IV. c. ult. Sozom. VI. c. ult.*

Sæculum IV. A. C. 378.

lentis, annum vitæ prope quinquagesimum agentis, postquam annos quatuordecim, menses quatuor, & aliquot dies regnasset. Omnes funestam mortem, manifestam punientis Dei vindictam credidere, quod Valens Catholicos dire fuisset persecutus. Cum obiisset improlis, totum Imperium duobus ejus Nepotibus Gratiano, & Valentiniano paruit, quamvis penes Gratianum solum esset auctoritas, nam Valentiniano res gerere per ætatem necdum licebat.

Theod. IV. hist. c. 36.

§. XXXVIII.

S. Ambrosii opera.

Gratianus, nunquam non fidei Catholicæ addictissimus, cum se itineri pararet, ad auxilium Valentis iturus, munire mentem voluit contra hæreses, in Oriente grassantes. Hinc ad S. Ambrosium conversus, petiit ab eo tractatum, quo JEsu Christi Divinitas demonstraretur. S. Ambrosius, ut ei satisfaceret, duos libros, quibus titulus est de fide, composuit. Primo ostendit, in quo fides Catholica consistat, statuens Naturæ divinæ unitatem, & Personarum Trinitatem. JEsu Christi divinitatem probat, tum præcipuos Arianorum errores, Filium esse dissimilem Patri, habuisse initium, fuisse creatum, refutat. In libro secundo pergit demonstrare, attributa divini-

Ambr. de fide. Prolog. Lib. 1. c. 1. c. 3. c. 5. 6. 7. Lib. 2. c. 9. 10.

Sæculum IV. A. C. 378.

divinitatis Filio convenire; explicat, quomodo a Patre missus sit, quomodo ei subjectus, quomodo minor. Distinguit ea, quæ Filio conveniunt, ut Deo, & quæ, ut homini, & inter alia ponit duas voluntates. Claudit opus, victoriam de Gothis reportandam promittens Imperatori, cujus fructum sperat fore Ecclesiæ Catholicæ Patrocinium. Hi duo primi libri S. Ambrosii de fide inter veteres fuere celeberrimi.

c. 8. *L.* 2. *c.* 7. *c.* 16.

Vix triennium in Episcopatu explerat Ambrosius, jamque primus Ecclesiæ Latinæ Doctor celebrabatur. Viri fama usque in Mauritaniam pervaserat, unde Virgines Mediolanum adveniebant, velamen Monasticum ex ejus manibus accepturæ. Aliæ quoque ex vicinis urbibus Placentia, & Bononia ejusdem frequentissimis hac super virtute exhortationibus attrahebantur. Non pari successu illius virtutis amorem Mediolanensibus, in quorum urbe prædicabat, persuadere potuit. Multi querebantur, Virginitatis virtutem super omnes alias nimium extolli; Matres filias suas domi inclusas tenebant, ne ad ejus orationes audiendas pergerent, aut inter ejus manus Deo se consecrarent. Cum ejus orationes tot Virgines ad perpetuæ Virginitatis professionem permovissent, sancta Marcellina Soror ejus, qua diu ante Romæ

II. de Virginit. c. 10.

I. de Virginit. c. 10.

S. Ambrosii Libri.

Sæculum IV. A. C. 378.

Romæ Virginitatem Deo voverat, lucrum animarum per Epistolam fratri gratulata est, rogans, ut eos sermones, quia per absentiam audire non poterat eloquentem, scriptos sibi mitteret. Igitur, ut roganti sorori satisfaceret, orationes de hac materia agentes, in tres libros, de Virginibus dictos, collegit; oratio prima S. Agnetis Elogium est, nempe die illi Virgini Sacra pronuntiatum. In eo

Eod. c. 10. libro narrat, viginti esse Virgines ex urbe Bononia, eas manibus suis laborare, non tantum ut possent vivere, sed etiam ut eleemosinas distribuerent, easque singulari industria valere, qua plures sui sexus ad ejusdem vitæ institutum attrahe-

c. 11. rent. Hortatur puellas, ut etiam invitis Parentibus se Deo consecrent. In libro tertio illum Sermonem inserit, quem

3. *de Virg. c.* 1. Liberius Papa ad S. Marcellinam pronuntiavit, dum ei in Nativitate Domini habitum Virginis contulit. Ipsa nulli erat Communitati adscripta, sed, sicut etiam plures illo tempore Virgines, in domo parentum suorum manebat. In Ecclesia

Id. de Virg. lapsis c. 6. hæ Virgines tabulato a cæteris separabantur, ubi ad earum Doctrinam sententiæ ex S. Scriptura parietibus legebantur inscriptæ.

Haud multo post hæc scripsit librum de viduis. Occasio scribendi hæc fuit. Quædam mulier obtendens, quod S. Ambrosius

brosius eam fuisset exhortatus, ut luctum deponeret, & maritum defunctum deflere cessaret, secundas nuptias appetebat, quamvis filias haberet jam nuptas. S. Ambrosius tales nuptias nullatenus expedire ostendit; sollicite tamen adjungit, quod secundas nuptias non damnet; sicut etiam in libris de Virginibus sanctitatem matrimonii dilaudat. In libro de viduis de invocatione Sanctorum hæc habet: *Invocandi sunt Angeli, qui ad nostrum tutelam nobis dati sunt, & Martyres, quorum corpora tanquam pignora Protectionis eorum nobis relicta videntur.* (*) *Vitæ nostræ actionumque nostrarum inspectores sunt.* Paulo post S. Ambrosius Tractatum scripsit de Virginitate, in quo eorum accusationes diluit, ipsi crimini vertentium, quod multis Virginitatem servare persuaderet, & puellis Deo consecratis matrimonium prohiberet; & quidem, quæ isti objicerent, vera esse publice fatetur, sed ostendit, Virginitatem servare non esse rem sua natura malam, nec novam, nec inutilem. *Sunt*, inquit: *qui conqueruntur, si meis consiliis locus sit, defuturos profecto, qui genus humanum propagent. Ex his quæro,*

Sæculum IV. A. C 378.

c. 11. *de Virg.*

c. 7.

c. 9. *n.* 55.

c. 5.

c. 6.

(*) Testis pro Invocatione Angelorum, & Martyrum omni exceptione major contra Protestantes.

Sæculum IV. A. C. 378.

c. 7.

ro, cui virorum unquam, uxorem ducenti volenti, fœminarum copia defuerit? Quaro, ubi terrarum aliquando bella, & cædes propter puellam, Virginitatem servare volentem, exstiterint? Tantorum malorum occasio fuere matrimonia, dum legimus, trucidatos adulteros, & bella illata raptoribus. Major hominum multitudo est in locis, ubi Virginitas maxime æstimatur. Si edoceri cupitis, quot Virgines in Ecclesia Alexandrina, in Ecclesiis totius Orientis, & Africæ singulis annis consecrari assueverint, plures fœminas Deo sacras in illis locis numerari scietis, quam in his terris mares nascantur.

§. XXXIX.

S. Ambrosii Charitas.

II. Offic. c. 15 n. 70. Gothorum furor, actis ex Thracia, & Illyrico prædis, usque ad alpes penetravit; hac occasione, quanta fuerit Ambrosii in proximum charitas, enituit. Is captivis redimendis intentus, Ecclesiæ vasis non pepercit, quæ in hunc usum confringi, & liquari præcepit, illis exceptis, & ad majorem necessitatem reservatis, quæ erant consecrata. Arianis idipsum reprehendentibus, nihil aliud respondit, quam centies præstare, Deo animas conservare, quam aurum; nam, dum hi captivi redimebantur, non modo virorum vita, & pudicitia fœminarum

Ibid. c. 28.

rum servabatur, sed etiam infantum, & juvenum fides, quos haud dubie Gothi Victores, & Domini Idola sua adorare coegissent. Hac super re S. Ambrosius scribit in hæc verba: *Ecclesia aurum possidet, non ut avare custodiat, sed ut distribuat, & Fidelium necessitati subveniat.* Et inferius: *Cognosco, JEsu Christi Sanguinem, auro infusum, non solum fulgorem intuliſſe, sed etiam Redemptionis virtutem impressisse.* Hic dispicitur, quæ S. Ambrosii fides de liquore, in Calice contento, fuerit. (*) Discimus, fuisse vasa consecrata, & alia non consecrata. Illud quoque manifestum fit, quanta Ecclesiarum fuerit opulentia, cum de nullis aliis vasis, quam de aureis loquatur. Sæculum IV. A. C. 378.

In illo tempore, cum populi, ut Barbarorum crudelitati se eriperent, ex Illyrico fugerent in Italiam, S. Ambrosius ad Constantium, tunc primum Romandiolæ Episcopum electum, scripsit; atque præter alia monita hortatur, ut ab Illyricis caveat, quorum plerique Ariana hæresi essent infecti, in illis enim Regionibus Valentem, Ursacium, aliosque Episcopos hæreticos multo tempore prævaluisse. *Ep. 2. al. 19. n. 28.*

(*) Bona est Fleurii Reflexio. Non ita scripsisset S. Ambrosius, si Sanguinis Christi umbram, & non verum Sanguinem esse credidisset.

Sæculum IV. A. C. 378.

luisse. Suadet ergo, ne permittat, ut Fidelibus jungantur. Subjungit, summam esse sapientiam, leviter non credere. Nihilominus Constantium vult esse facilem ad eos, qui converti volunt, recipiendos, ne redituros deterreat, & quamvis verbis eorum plene non fideret, simulare tamen, se fidem iis habere. *Commendo tibi*, inquit: *Ecclesiam Fori Cornelii*, quod Imola esse creditur, *ut, cum vicinus sis, sæpe eam visites, donec ibi Episcopus ordinetur. Labores, quos adveniente quadragesima suscipio, longiora tinera prohibent.* Hi labores quadragesimales haud dubie erant institutiones Catechumenorum, quibus informandis ita insudabat, ut post ejus obitum Episcopi quinque obeundis laboribus, quos solus tulerat, vix sufficerent.

n. 27.

Paulin. vit. n. 38.

§. XL.

S. Satyri Mors.

Admon. in Lib. de exc. Satyr. Amb. pe exc. Sat. n. 24.

Circa idem tempus S. Ambrosio fratrem suum Satyrum, in quem omnium negotiorum temporalium curam deposuerat, mors eripuit. Satyrus in Africam trajecturus erat, ut quemdam, nomine Prosperum, ad solvendum debitum cogeret, *qui cum ostentatione*, inquit S. Ambrosius: *lætabatur, me suscepisse Sacerdotium, credens ob hanc conditionis mutationem retinere posse, quod mihi abstulerat.*

Ibid. n. 42.

ſtulerat. Satyrus tempore hyemali vetus navigium conſcendit, atque naufragium paſſus, extremum vitæ periculum ſubiit. Necdum erat baptizatus, & imminenti periculo, ne SS. Myſteriis, id eſt Evchariſtia, penitus privatus moreretur, hanc petiit a Baptizatis, cum vero illam ab aliis quam Fidelibus baptizatis conſpici nefas eſſet, voluit, ut involveretur orario; erat autem orarium, quoddam longum ſudarium, quod more illius temporis Romani in collo geſtabant; tum acceptum ſudarium cum Evchariſtia corpori compoſuit, & in fluctus inſiliit, ne quidem aſſerem requirens, cui utcunque incumberet; tamen primus evaſit in littus. Ex hac narratione videmus, Chriſtianos in profectionibus Evchariſtiam ſecum portaſſe, & ab ea in periculis tutamen ſperaſſe. Satyrus huic periculo ereptus, credidit Sacramentum, quod ſibi conjunctione externa tantum profuiſſet, multo utilius fore, ſi intra ſe ſumeret, & ſine mora baptizari voluit; ergo loci Epiſcopo accerſito, ut fidem ejus probaret, interrogat, an cum Epiſcopis Catholicis communicaret? id eſt, cum Eccleſia Romana? (*) Ita loquitur S. Ambroſius, a quo totam hanc narrationem habemus.

Sæculum IV. A. C. 378.

v. Greg. III. Dial. c. 36.

n. 46.

n. 47.

(*) Semper hoc Nomen Orthodoxos ab Hæreticis diſtinxit.

Sæculum IV. A. C. 378.

Intellexit Satyrus hanc Ecclesiam schismate Luciferiano a Catholica esse separatam. Hinc conjicitur, ipsum extitisse in Sardinia. Maluit secunda vice se mari committere, quam a manibus Schismatici baptizari, quamvis huic Schismati nullus in fide error esset con-

n. 48. junctus. Ubi in terras Catholicorum pervenit, recepit Baptismi Gratiam, quam usque ad mortem conservavit. Continentiam quoque servandi habebat propositum tam secretum, ut id suum fra-

n. 17. 19. trem celaret. Ex hac profectione reversus, Mediolani inter S. Ambrosii, & S. Marcellinæ amplexus obiit, & quidem, ut eis liberam de bonis suis disponendi relinqueret facultatem, intestatus. Ipsi

n. 59. non Dominium sibi, sed tantum dispensationem concessam rati, omnia, a defuncto relicta, dederunt pauperibus. S. Satyri exequiæ cum solemnitate celebratæ,

n. 78. ejusque orationem funebrem S. Ambrosius pronuntiavit, corpore omnium oculis exposito. Die septima rediere ad sepulchrum, ut ibi preces solitæ agerentur, & S. Ambrosius altera vice dixit ad populum, docens, si nobis charissimos mors rapuerit, solatium ex fide Resur-

Mart. Rom. rectionis capiendum. Ecclesia S. Satyri memoriam 17. Sept. agit.

§. XLI.

§. XLI.

Sæculum IV. A. C. 378.

Concilium Romanum pro S. Damaso.

Hoc temporis ſpatio inter Valentis mortem, & Theodoſii Electionem Concilium multorum Epiſcoporum ex omnibus Italiæ partibus Romæ celebratum; Patres epiſtolam ad ambos Imperatores Gratianum, & Valentinianum dederunt, quibus gratias agunt, quod ad reprimendum Schisma initio ſtatim mandaſſent, ab Epiſcopo Romano alios Epiſcopos eſſe judicandos,(*) & non judicum Laicorum tribunalibus ſubjiciendos; cauſasEcclesiaſticas juxta conſcientiam examinandas, conſideratis utriusque partis moribus, non juxta proceſſum Judicialem,& quæſtionis rigorem. Accuſant deinde Urſinum, quod, quamvis jam diu eſſet relegatus, tamen adhucdum per Clericos, quos contra canones ordinaſſet, ſollicitaret hominum fæcem, ejus exemplo quosdam Episcopos Papæ judicio condemnatos, aut juſte timentes, ne damnentur, perditæ plebis ſuffragia emerent, & occupatas Eccleſias vi retinerent. Nominatim culpant Epiſcopum Parmenſem, Florentium Puteolanum, & quemdam, nomine Reſtitutum ex Africa; tum ſubjungunt: *man-* *To. 2. Conc. p. 1001.*

(*) Inſigne pro Auctoritate Romani Pontificis Teſtimonium!

Sæculum IV. A. C. 378.

daſtis etiam, ut, qui rebaptizant, in Africam pellerentur; ſed ita expulſi ordinarunt Claudianum, eumque Epiſcopum appellantes, miſerunt Romam, ut res turbaret. Juſſiſtis, ut Roma ejectus, in patriam ſuam remitteretur, tamen, ſæpius licet comprehenſus, Romæ eſt invitis judicibus, & pauperes non nunquam data pecunia ſeducit, ut rebaptizari ſe ſinant. Tandem Urſini ſectatores eo nocendi rabies impulit, ut Judæum Apoſtatam, cui nomen Iſaac, ſubornarint, qui S. Fratrem noſtrum Damaſum caperet, isque, qui conſtitutus eſt omnium judex, (*) propriam cauſam dicere cogeretur, & nemo impoſterum eſſet, qui Epiſcopatus uſurpatores judicare valeret. Artes eorum diſſipaſtis, judicio veſtro innocentiam fratris noſtri Damaſi agnoviſtis, & publice declaraſtis. Iſaac, cum, quæ attulerat, probare nequiret, meritas pœnas tulit. Fuit nempe in quemdam Hiſpaniæ angulum relegatus.

Sup. XVI. §. 39.

Reſcr. Grat. in fin.

Tum in hunc modum proſequuntur Epiſcopi: *rogamus ergo vos, ut legem ferratis, ut, quiscunque a Damaſo, vel Epiſcopis Catholicis condemnatus, Eccleſiam ſuam retinere voluerit, aut citatus coram judicio Epiſcoporum comparere recuſaverit, a Præfecto Prætorii Italiæ, vel Vicario*

(*) Quomodo Fleurii adverſarii ſcribere potuere, ipſum ejusmodi Teſtimonia omittere?

cario Romam venire cogatur, aut, si quæstio in Provincia remota agitur, a judicibus loci adducatur, a Metropolitano judicandus; si ipse sit Metropolitanus, sine mora Romam mittatur, aut ad judices, quos Episcopus Romanus dederit. Si Metropolitanus, aut quisquam alius Episcopus accusato sit suspectus, ad Episcopum Romanum, vel ad Concilium quindecim Episcoporum vicinorum appellare possit. Silentium iis, qui ita excluſi fuerint, imponatur. Depositi ex Ditione urbis, cujus fuere Episcopi, relegentur. Frater noster Damasus pejoris conditionis non sit, quam illi, supra quos Sedis Apostolicæ prærogativa elevatus est, quamvis iis in functionibus sit æqualis, & postquam vestra sententia fuit absolutus, judicio fori criminalis, a quo lex vestra Episcopos exemit, non subjiciatur. Si enim sponte Episcoporum judicio se submisit, quis æquus rei æstimator virum inde calumniandi ansam arripiat? Verosimile est, in eodem Concilio Romano Papam, quamquam esset Imperatoris judicio absolutus, iterum canonice ab Episcopis fuisse judicatum. Subjungunt: *Damasus in hoc facto suorum Prædecessorum exempla sequitur, secundum quæ Episcopus Romanus coram Senatu Imperatoris causam dicere potest, si ea Concilio non committatur. Nam Sylvester Papa, quem quidam sacri-*

Sæculum IV. A. C. 378.

legi accusare non exhorruere, causam coram Patre vestro Constantino dixit. Episcopi ideo vocant Constantinum Gratiani Patrem, quia Gratianus Constantiam filiam Constantii posthumam duxerat. Cœterum hoc Sylvestri Papæ factum omnino notatu dignum est, nec in alio aliquo monumento legitur.

§. XLII.

Leges Gratiani Ecclesiæ faventes.

To. 2. Conc. p. 1003. & ap. Bar. an. 381.

Gratianus Imperator ut libello Concilii satisfaceret, ad Aquilanium Romæ Vicarium dedit Rescriptum, quod etiam Imperatoris Valentiniani fratris ejus Nomen pro more illius temporis in fronte gerit. Hoc Rescripto Imperatores Romæ Vicariis mandant, ut leges præcedentes executioni dent; seditiosos, si a Conciliis Episcoporum fuerint indicati, in loca centum milliariis Roma dissita proscribant. Etiam ex ditionibus urbium, in quibus turbas cient, ejiciantur. Subjungitur: *Præcipimus, ut qui post sententiam Damasi cum consilio quinque, aut septem Episcoporum latam, aut Episcoporum Catholicorum judicium Ecclesiam suam refractarius retinere voluerit, aut qui, ad Episcoporum tribunal citatus, venire detrectaverit, Præfectorum Prætorii Galliæ, aut Italiæ, Proconsulum, aut Vicariorum auctoritate ad Episcoporum judi-*

judicium remittatur, & sub arcta custodia Romam ducatur; si Refractarius in Provincia remota existat, causa ad Metropolitanum deferatur, aut si ipse Metropolitanus sit, sine mora Romam se conferat, aut ad Judices ab Episcopo Romano designatos, aut ad Concilium quindecim Episcoporum vicinorum, ea conditione, ut a lata sententia appellare non liceat. Tandem præcipimus, ne homines vitæ corruptæ, aut noti calumniatores facile tanquam accusatores, vel testes contra Episcopum admittantur. Ita Imperatores Concilio Romano, quæcunque petierat, concesserunt.

Anno præcedenti Gratianus Imperator legem ediderat contra Donatistas, ad Flavianum Vicarium Africæ missam, & datam 16. Calendas Nov. Gratiano, & Merobaudo Consulibus, nempe decima septima Octobr. an. 377. Hæc illos damnat, qui rebaptizant, & præcipit, ut Ecclesias, quas retinent, Catholicis restituant; &, quoniam Ecclesiis expulsi in vastis ædibus, aut ruri conveniebant, illæ domus fisco tribui, & conventus dispergi jubentur. Flavianus Vicarius, quamvis & ipse ex Donatistarum secta, ut legibus obediret, seditiosissimorum non nullos capite plexit, quo minime obstante, cœteri cum ipso sicut antea communicarunt.

Lib. 2. Cod. Theod. de S. Bap.

Aug. ep. 87. al. 164. ad Emerit. n. 8.

Sæculum IV. A. C. 379.

Valente e vivis rapto, Gratianus legem tulit, qua omnibus, quam vellent, Religionem profitendi, & etiam conventus agendi licentiam faciebat, exceptis Manichæis, Photinianis, & Eunomianis. Hæc vero de Oriente intelligenda. Simul omnes, quos Valens Religionis Catholicæ causa proscripserat, revocari jussit; quamvis enim Valens, cum ex Oriente proficisceretur, mandata dedisset, ut reducerentur, non tamen illico mandatorum effectus fuerat secutus. Igitur Gratianus Sapori, Orientis Duci, imposuit, ut his legibus obtemperaret, Arianos Ecclesiis depelleret, & eas Catholicis traderet. (*)

Theod. V. c. 2. Theoph. an. 371. p. 56. v. Pag. an. 378. n. 6. 7. &c. Sup. §. 35. l. 5. Th. de hæret.

Anno sequenti 379. Ausonio, & Olybrio Consulibus, Gratianus, cum Mediolani ageret, legem tulit, ad Hesperium Præfectum Prætorii Italiæ missam, qua legem suam Sirmii latam anno 378. facit irritam, & omnibus hæreticis, nullis prorsus exceptis, prohibet, ne errores suos doceant,

(*) Hic P. Balduinus in sua mala fide Fleurium reprehendit quod non scripserit; *ut eas,* (Ecclesias) *illis traderet, qui Communionem Damasi Papæ amplexuri essent;* id est, Catholicis. Et dubitat, an Fleurius crediderit, Catholicum esse, fuisse idem, ac cum S. Damaso communicare. Fleurius centies id ipsum jam expresse, jam verbis æquivalentibus scripsit. Itaque male malæ fidei arguitur.

doceant, aut rebaptizent, Episcopis autem eorum, Presbyteris, & Diaconis, ne populum congregent. Uno mense prius, nempe quinta Julii, cum esset Aquilejæ, Clericos Mercatores a collatione lustrali exemit, usque ad summam, quæ decem asses aureos non excedat in Illyrico, & Italia, & quindecim aureos in Gallia. Decem asses aurei ferme octoginta francos argenteos monetæ nostræ, & quindecim aurei francos centum viginti conficiunt. Ita leges Clericorum mercaturæ favebant, si modica esset, & ad vitam frugalem necessaria, non vero ut commerciis totos se dederent, & divitiis inhiarent. Ambæ hæ leges anni 379. non ante latæ sunt, quam Gratianus Theodosium Imperii Collegam assumpsisset.

Sæculum IV. A. C. 379.

L. II. C. Th. de lustr. coll.

§. XLIII.

Theodosius Imperator.

Cum videret Gratianus Imperator undique Barbaros in Imperii Provincias irrumpere, virum fortem sibi jungendum existimavit, qui tot bellorum pondus secum ferret; itaque, quamvis juniorem fratrem haberet, multum antea Imperatorem declaratum, Sirmii existens, Illyrici Occidentalis Metropoli, ubi post Valentis cladem subsititerat, Theodosium, ex Hispania accersitum, Imperii Socium pronuntiavit decimo quarto Calendas Februa-

Socr. V. c. 2. Soz. VII. c. 2. Theod. V. hist. c. 5. Zosim. l. 4. p. 751. Aug. V. civit. c. 25. Idac. fast. an. 379. Marcel. Chron. init. Chr. Pasch. p. 303.

Sæculum IV. A. C. 379.

Februarii, Ausonio, & Olybrio Consulibus, nempe decima nona Januarii anno 379. Cum eo Imperii Provincias partitus, totum Orientem regendum tradidit cum Thracia, & Illyrico Orientali, quod omnem Græciam comprehendebat, & cujus Metropolis erat Thessalonica. Occidentem sibi, & fratri suo Valentiniano retinuit, quem inter se diviserunt in hunc modum; Gratianus Galliam, Hispaniam, & Britanniam, Valentinianus Italiam, Africam, & Illyricum Occidentale rexit. Theodosius tunc annum vitæ agebat trigesimum tertium, natus in Hispania, ex Imperatoris Trajani genere, cujus profecto, cum omnes animi, corporisque dotes possideret, a vitiis erat alienus. Parenti quoque ejus nomen Theodosius, seu Honorius erat, quo illa ætate nemo bello clarior. Is in Africa Firmum Tyrannum sub Valentiniano Seniore anno 373. prœlio fregit. Post tres exinde annos per calumnias ad Imperatorem delatus, capite minutus est Carthagine, postquam petiisset Baptismum, & accepisset. Theodosius filius, & ipse fortibus factis notissimus, Dux Mœsiæ erat illo tempore, quo ei Parentem inimicorum atrocitas ademit; cum vero in illa Provincia non satis tutus ab insidiis esse sibi videretur, secessit in Hispaniam, unde vocatum Gratianus, Collegam sibi adlegit.

Aurel. Vict. ep. in Theod.

Am. l. XVII c. 8. Id. lib. XXIX. c. 5. Oros. VII. c. 33.

Hier. Chron. an. 377.

Am. XXIX. c. ult.

Aurel. Vict. ep. in Gratiano.

Nemo

Nemo fuit, cui non tanti viri electio probaretur. Sæculum IV. A. C. 379.

§. XLIV.

S. Ambrosii gesta.

Imperatorem Gratianum, Sirmii existentem, Palladius, & Secundianus Episcopi in Illyrico, soli qui in Occidente Arianorum hæresin defenderent, adeuntes, querebantur, quod Ariani appellarentur, & rogabant, ut Concilium convocaretur ex toto Imperio, præsertim ex Provinciis Orientis, unde plus opis languenti sectæ sperabant. Episcopi Catholici non erant inviti, ut ipse Gratianus inter disputantes arbitrum ageret, sed ipse arbitrium Episcopis reliquit, & locum Concilii Aquileiam pronuntiavit. Interim S. Ambrosius Imperatorem monuit, non esse operæ pretium, ut tot Episcopi propter duos hæreticos fatigarentur, & se quidem cum aliis Italiæ Episcopis ad refellendas eorum objectiones sufficere. Probavit consilium Gratianus, imo edixit, ne ullus Episcopus futurum Concilium adire teneretur, qui gravis ætatis causa sine magna molestia venire non posset, aut quos infirmitas corporis, jejunia, vel paupertas, Episcoporum decus, retinerent; omnibus autem, qui ultro vellent, veniendi facultatem dedit. Concilium Aquilejense non nisi post duos exinde

Amb. ep. 12. n. 3. ep. 10. n. 2.

Script. imp. in Gestis Conc. Aquil. n. 4.

Sæculum IV. A. C. 379.

exinde annos congregatum est, nempe anno 381.

Gratianus ex Illyrico in Galliam rediens, ad S. Ambrosium litteras dedit, sua manu scriptas, Patrem suum compellans, & rogans, ut ad se veniret, & veritatem, quam quidem jam firmissime crederet, penitius edoceret, tractatum, quem sibi composuisset, rursus remitteret, & argumenta, quæ Divinitatem Spiritus S. probarent, adjungeret. S. Ambrosius in responsoriis Gratianum vocat Principem Christianissimum, excusat, quod obviam non processisset, affirmans, quod toto intenere Spiritu, & precibus Cæsarem fuisset prosecutus. Promittit, se promptissime adfuturum, interim duos libros, quos ei jam semel dederat, remittit, nempe duos libros de fide; ad scribendum vero librum de Spiritu Sancto rogat, ut sibi longior mora concedatur. Verosimiliter Imperator Ambrosium prævenit, cum eum legamus Aquilejæ fuisse quinta Julii, & Mediolani tertia Augusti, ubi legem contra Hæreticos, ut diximus, promulgavit. Nec forte quis inepte conjiceret, id ipsum, S. Ambrosio consulente, factum. Interim cupiebat Imperator, ut Ambrosius hanc materiam fusius tractaret, dicebantque hæretici, Ambrosium brevitatem in scribendo obtendisse, ne eorum objectionibus, quas diluere nemo

Ap. Amb. Epist. 1.

S. Ambrosius.

Sup. n. 42. Lib. III. de fide. c. 1.

Catho-

Catholicorum posset, respondere cogeretur. Hinc duobus prioribus libris de fide tres alios adjunxit, suntque universim quinque. In his ultimis præprimis omnes S. Scripturæ textus explicantur, quibus Ariani ad stabiliendam hæresin abutebantur. Tractatum vero de Spiritu Sancto in aliud tempus distulit. Sæculum IV. A. C. 379.

Justina Imperatrix aliquamdiu Sirmii egit, estque verosimile, Valentinianum juniorem, filium ejus, ibi cum Matre fuisse. Tunc Sedes illa Episcopalis, & in Illyrico Metropolitana, vacavit. Plurimum sane totius Ecclesiæ intererat, ut diuturna damna, quæ ibi Hæresiarcha Photinus, & deinde Germinius Arianus Catholicæ Religioni intulerant, repararentur. Photinus depositus fuerat, & ejectus ab anno 351. obierat autem duodecimo Valentis anno, id est, 375. in Galatia loco exilii, & patria sua. S. Ambrosius Sirmium se contulit, quamvis locus esset extra suam Provinciam situs. Id enim Sanctissimis Episcoporum in more positum erat, ut nata occasione Ecclesiis succurrerent. Justina muliebri obstinatione volebat, ut Episcopus Arianus eligeretur, & impotenti ira jubebat, ut Ambrosius ex hoc cœtu vi pelleretur, ipse fæmineum furorem spernens, persistebat in tribunali; ita suggestus dicebatur in penetrali Ecclesiæ, ubi sedes Episcopi posita

L. V. c. 2. n. 34.

Paul. Vit. n. 11.

Mœurs Chr. c. 35.

Sæculum IV. A. C. 379.

sita erat, & ex utroque latere sedes Presbyterorum. Unius ex Virginibus Arianis ea fuit impudentia: ut tribunal conscendere ausa, S. Ambrosium, vestibus comprehensum, ad latus, ubi mulieres stabant, pertrahere conaretur, quæ virum, pessime habitum, Ecclesia deturbassent. Ad hanc S. Ambrosius: *quamquam ego quidem Sacerdotio indignus sim, tamen te, & tibi æquales nullatenus decet sacerdoti, etiam indigno, manus injicere. An saltem Dei Judicium non times?* Altera die eadem Virgo tumulo illata est, & S. Ambrosius, ut bonum pro malo redderet, funus sua præsentia condecoravit. Ad terribilem casum expaventibus Arianis, Catholici in pace Episcopum, nomine Anemium, ordinarunt. Post hanc ordinationem S. Ambrosius Mediolanum reversus est, atque exinde Justina Imperatrix acerbissimum viri odium concepit, sequenti tempore tot malorum causam.

Paul. n. 12.

§. XLV.

S. Meletii reditus.

Soz. VII. c. 2.

In Oriente Ecclesiæ Catholicæ levabantur post Valentis fata, Pastores, nempe Episcopi proscripti, ad suas oves revertebantur. Fuere, qui, cum Arianos Ecclesiarum suarum possessione gaudentes invenissent, consensere, ut fidem Catholi-

cam

cam amplecterentur, & manerent in Episcopatu, liberrime, & lubentissime jure suo cedentes, ut malum schismatis evitarent. Eulalius Episcopus Amaseensis in Ponto, ab exilio rediens, invenit Arianum, qui suam Sedem tenebat, quamvis in tota urbe quinquaginta Christianos non numeraret, qui eum Episcopum agnoscerent; nihilominus Eulalius pactum inire paratus erat, ut si ad Ecclesiæ Catholicæ sinum redire vellet, communi auspicio gregem regerent, eique locum primum cederet. Noluit Arianus, quem omnes sui deseruerunt, & Ecclesiæ Catholicæ uniti sunt. Interim Ecclesia Antiochena fœdo schismate huc usque dividebatur. Durante persecutione Paulinus ibi remanserat, Meletius autem post Valentis ruinam reversus, ingenti gaudio exceptus est. Tota civitas venienti occurrit, alii manus, alii pedes osculabantur, qui ob concursum eidem propius admoveri non poterant, felices se æstimabant, si vocem ejus audire, & conspicere vultum licuisset. Tunc temporis Dux Sapor Antiochiæ erat, ut, quæ legibus, pro bono Religionis editis, mandata fuissent, exequeretur, præprimis Pastores exules revocaret, & Ecclesias illis restitueret, qui cum Damaso Papa communicabant. (*) Hoc

Sæculum IV. A. C. 379.

Chrys. in Melet.

(*) Ecce verba, quæ P. Balduinus omisit

Sæculum IV. A. C. 379.

Hoc titulo Paulinus Sedem Antiochenam sibi deberi dicebat; Apollinaris quoque se in Communione Damasi vivere asserebat; Meletius non se movebat. Tunc Presbyter Flavianus præsente Sapore ad Paulinum: *Si vere cum Damaso communicas, cum Damaso confitere unam in Trinitate Essentiam, & tres Hypostases.* Sectatores Paulini Meletium recipere volebant ea conditione, ut ambo Ecclesiam Antiochenam regerent, Meletius, virorum mitissimus, consentiebat, utque Paulinus consentiret, etiam instabat. *Cum ovium nostrarum*, inquiebat: *sit eadem fides, eas in unum ovile congregemus, & si Sedes Episcopalis dissensionis nostræ causa est, in ea ponamus S. Evangelium, nos autem ex utroque latere primi in ordine Presbyterorum sedebimus; qui supervixerit, solus hunc gregem pascet.* Paulinus conditionem acceptare renuit, & in Collegam recipere virum, ut ajebat, ab Arianis electum. At, qui de Meletii communione erant, maxima sane hominum multitudo, eum in Sede Episcopali collocarunt cujusdam Ecclesiæ extra civitatem, nempe, ut credere pronum est, in Palæa. Huic facto Dux Sapor suo suffragio accessit.

Socr. V. c. 5. Soz. VII. c. 3. Theod. V. c. 23.

S. Me-

querebatur, hic posita sunt. Quis non videat Fleurium malæ fidei pessime argui?

S. Meletius circa idem tempus aliquos Episcopos in urbibus, ubi Ariani fuerant, restituit. Jam Tarsensibus Diodorum dederat. Etiam Joannem Apameam, & Stephanum Germaniciam reduxit; uterque tempore persecutionis Catholicis præfuerat. Joannes nobili genere, sed multo magis eloquentia, & vitæ sanctitate illustris fuit. Stephanus in Disciplinis Ecclesiasticis educatus erat, & Græcorum litteris apprime imbutus. Is malis, quorum Eudoxius Germaniciæ causa fuerat, medelam attulit, & Arianos ad unitatem Ecclesiæ reduxit. Tunc quoque S. Cyrillus ad Sedem suam Jerosolymitanam rediit, pulso Hilarione. Et Gelasius S. Cyrilli nepos in Cathedram Cæsarienſem in Palæstina restitutus est loco Euzoii Ariani, quem Theodosius expulit.

Sæculum IV. A. C. 379.

Hier. script. Sup. XVI. 32. Epiph. hær. 73.

§. XLVI.

Martyrium S. Eusebii Samosateni.

Sanctus Eusebius Samosatenus, ab exilio reversus, in diversis locis Episcopos posuit, sive ei ætas sua, sive virtus, & quæ pro fide tulerat, hanc auctoritatem tribuerint, sive ei præcipue omnes ordinationes adscribantur, quæ, ipso Auctore, ab illis, quibus competebat, factæ sunt. Bereæ Acacium constituit, virum jam tum celebrem. Is in vitæ Monasti-

Theod. V. c. 4. Idem Philost. c. 2. p. 777.

Sæculum IV. A. C. 379.

cæ professione sub Asterio S. Juliani Sabæ Discipulo excelluerat, & nihil ab illius Disciplinæ rigore remisit in Episcopatu, quem quinquaginta octo annos tenuit.

Soz. VII. c. 27.

Domus ejus omnibus semper patebat, omni hora petentibus sui copiam faciebat, etiam cum reficeretur, imo & cum quiesceret, nec grave ipsi erat somnum suum interpolari, non enim vel in factis suis secretissimis aliorum testes oculos fugiebat. S. Eusebius Hierapolitanis quoque Episcopum dedit Theodotum, disciplina ascetica eximium. Calcidensibus Eusebium, Cyrensibus Isidorum, ambos meritis, & Religionis zelo insignes. Edessenis S. Eulogium, qui in Ægyptum proscriptus fuerat, nam S. Barses jam e vivis cesserat. Eulogius Episcopum creavit Protogenem exilii sui, & laborum participem, eumque Carrensibus dedit, ut ibi veram Religionem reduceret. Ultimo loco S. Eusebius Samosatenus Episcopum constituit Dolicæ, exigua Syriæ urbe, Arianorum lue laboranti. Illic ergo Episcopum esse voluit Marim, virum meritis, & virtutibus ornatissimum. Sed ecce! dum ipse Eusebius urbem ingreditur, mulier Ariana e tecto domus suæ laterem in subeuntis caput conjecit, quo ex vulnere haud multo post extinctus est. Prius autem quam moreretur, a præsentibus postulavit, ut sibi juramento promi-

Sup. XVI. §. 33.

mitterent, neminem eorum hanc fæmi- Sæculum IV.
nam, ut cœdis pœnas daret, in judicio A. C. 379.
persecuturum. Hic finis fuit S. Eusebii
Samosateni, quem Ecclesia 21. Junii Mar-
tyribus accenset, ejusque memoriam agit.
Successorem habuit Antiochum, nepotem *Martyr.*
suum, qui eum in Thracia exulem comi- *Rom.*
tatus, & ipse in Armeniam relegatus fue-
rat. Concilio Provinciali de more con-
gregato, ut Episcopus Samosatenus ordi- *Theod. IV.*
naretur, Jovianus Episcopus Pergensis, *hist. c. 15.*
qui aliquamdiu cum Arianis communica-
verat, inter cœteros adfuit. Collectis
omnium suffragiis ad Electionem Antio-
chi, ad Altare ducitur, ut ibi flexis ge-
nibus manuum impositionem reciperet,
sed versa facie videns Jovianum cum aliis
sibi appropinquantem, manu ejus depul-
sa, discedere jussit, quod manum sibi im-
poni nollet ab eo, qui Mysteria a Blas-
phemis celebrata, id est, Eucharistiam
Arianorum, accepisset.

§. XLVII.

S. Basilii, & S. Ephrem obitus.

Sanctus Basilius initio anni 379. decesse- *Hier. de*
rat, Gratiano solo in Oriente impe- *Script.*
rante. Antequam obiret, aliquibus ex *Greg. Naz.*
Discipulis suis manus imposuit, ut Episco- *or. 20. p.*
pos Catholicos in Ecclesiis sibi subjectis 370.

Sæculum IV. A. C. 379.

ordinare posſent. (*) Ad pompam funebrem Defuncti tanta populi multitudo confluxit, ut non nullis in compreſſione anima eliſa fuerit. Quisque fimbriam veſtis ejus tangere, aut lectulum, quo deferebatur, aut ſaltem umbram ejus mitebatur, ſperans, id ſibi non nihil profuturum. Pſalmorum cantus ob comploratium gemitus, & ejulatus audiri non poterant. Pagani etiam, & Judæi mortuum deflebant; totus orbis amiſſum veritatis Doctorem, & pacis inter Eccleſias Conſervatorem lugebat. Omnes, quibus proxime ad eum accedere licuerat, etiam famulis, facta ejus minima, & nullo conſilio dicta ambitioſe narrabant. Aliqui ejus

Carm. 64. *p.* 152. *or.* 20. *p.* 370.

(*) Hic Anonymus I. aliam quam Fleurius tenet opinionem, & putat dicendum, S. Baſilium non eos ordinaſſe Epiſcopos, ſed tantum data Benedictione ad hoc Munus deſignaſſe.

Judicet Lector ex ipſis verbis S. Gregorii Nazianzeni, id narrantis in hunc modum: *nam cum ferme mortuus, & exanimis eſſet, maximaque ex parte vita perfunctus, circa extremos ſermones robuſtior fit, ut cum Pietatis verbis abſcederet, ac fideliſſimis ſuis Cultoribus ad Eccleſiaſticos gradus provehendis manum, & Spiritum præberet; ut ne Sacrario fraudarentur, quos Diſcipulos atque in Sacerdotio Adjutores habuerat.* An non potius credendum, S. Baſilium, cum vires aliud non permitterent, rigorem Canonum mitigandum cenſuiſſe?

ejus gestus imitari, pallorem vultus, barbæ modum, incessum, defectus quoque, qualis erat in loquendo cunctatio; sæpissime enim cogitationibus occupatus, & in se ipso erat collectus; quos mores non nulli incongrue effingere volentes, deformem tristitiam referebant. Multos quoque imitatores habuit, qui lectum, vestes, cibum ad eum modum, quo ipse usus fuerat, componebant, quamvis ipse in omnibus sincere egisset, & ab omni simulatione fuisset alienus. Scripta ejus omnis conditionis hominibus delicias præbebant, etiam laicis, & Paganis; non solum in Ecclesiis, sed etiam in aliis conventibus legebantur. Sæculum IV. A. C. 379. *P.* 362.

Plures Panegyres in memoriam S. Basilii dictæ; harum quatuor, nempe S. Gregorii Nysseni fratris ejus, S. Ephrem, S. Amphilochi, & S. Gregorii Nazianzeni. S. Gregorius Nyssenus, & S. Amphilochus eas pronuntiarunt in die obitus, id est, prima Januarii, qua Ecclesia Græca hodieque ejus memoriam colit, Latina vero decima quarta Junii, die, qua fuit ordinatus. Ex S. Gregorio Nysseno discimus, quod jam tum Basilii festum fuerit celebratum. S. Gregorius Nazianzenus suam Panegyrin demum post annos aliquot pronuntiavit, cum, Constantinopoli relicta, in patriam suam fuisset reversus. Helladius S. Basilio in Cathedra Episcopali *Greg. in Bas. to.* 2. *p.* 911.

Sæculum IV. A. C. 379.

ſucceſſit. S. Ephrem non diu S. Baſilio ſuperſtes fuit, ſed ferme uno menſe poſterius e vita migraſſe creditur, nam Eccleſia Græca memoriam ejus honorat vigeſima octava Januarii, & Latina prima Februarii. Moriturus ſermonem compoſuit, quod ejus teſtamentum dicunt, quo expreſſe prohibet, ne corpus ſuum cum pompa ſepeliatur, ne honores, Sanctis haberi ſoliti, ſibi exhibeantur, neve ſtes ejus tanquam Reliquiæ aſſerventur, ne ſubter altare, aut in quocunque Eccleſiæ loco ſepeliatur, ſed in cœmeterio; ſollicite petit, ut pro ſe eleemoſinæ, preces, & oblationes, præſertim die trigeſimo, fiant. Quibusdam ſuorum Diſcipulorum ſpeciatim benedicit, & econtra non nullis maledicit, ſicut etiam omnibus hæreticis, quos inter nominat Euchitas, ſeu Meſſalianos, & Vitalianos, ſeu Apollinariſtas, qui Antiochiæ Vitalem, ut Caput ſuum, ſequebantur. Dicitur etiam quemdam Diſcipulorum ſuorum, Paulinum nomine, monuiſſe, ne proprio ſenſui nimium fideret, noverat enim ejus inexplebilem ſciendi cupiditatem, & ſæpe novum Bardeſanem appellabat. Paulinus Presbyter erat, atque ingenio valens, nata occaſione non prævisa, promptiſſime, quæ ad rem faciebant, eloquebatur. Quamdiu S. Ephrem inter vivos fuit, Paulinus magna inter Doctores Eccle-

Gennad. catal. c. 3.

Ecclesiasticos laude ferebatur, at Magistro defuncto, ambitione abreptus, & ab Ecclesia se separans, multa fidei contraria scripsit. Sæculum IV. A. C. 379.

§. XLVIII

S. Macrinæ obitus.

Novem post obitum S. Basilii menses, id est, mense Octobri 379. actum est Concilium Antiochiæ, cui S. Gregorius Nyssenus interfuit. Anno ad finem vergente domum rediit, & ad sororem suam Macrinam invisit, quam ab annis ferme octo non viderat, patria exire ob hæreticorum persecutionem coactus. Cum appropinquaret Monasterio, cui illa a multo tempore in Ponto prope urbem Iboram præerat, occurrunt referentes eam ægrotare; advenientem deinde Monachi, qui in eodem loco habitabant sub S. Petri fratris ejus Regimine, de more obviam procedentes exceperunt; Virgines in Ecclesia hospitem exspectabant. Post dictas preces, Moniales inclinatis capitibus stabant, ut Benedictionem Episcopi acciperent, tum, ne una quidem remanente, modeste discessere. Intellexit S. Gregorius, Superiorem cum eis non adfuisse, ex quo conjiciendum, eas adstitisse velatas. Intro igitur se deduci jubet, ubi sororem invenit, violenta febri decumbentem; pro lecto erat asser humi

Vita S. Macr. 87.

Sup. §. 32. *Sup. l. XIV. c.* 1.

p. 189.

Sæculum IV. A. C. 379.

mi ſtratus, & pro pulvinari alius aſſer, ita excavatus, ut reclinando collo locus eſſet. Qualiscunque hic lectulus Orientem reſpiciebat, ut decumbens rite orare poſſet. Colloquentibus mentio incidit de S. Baſilio, & S. Gregorio renovatus eſt dolor; Sancta vero Macrina fratrem ſolabatur excellenti ſermone de Providentia, de Natura animæ, & vita futura, ex quo Gregorius poſtmodum com-

To. 2. p. 613. Phot. Cod. 233.

poſuit Tractatum de Anima, & Reſurrectione, quem hodieque habemus; at jam pridem exſtitere aſſerentes, hunc Tractatum, ſicut & quosdam alios a S. Gregorio Nyſſeno concinnatos, ab Origeniſtis fuiſſe corruptos. Adhucdum Sermo-

p. 192.

nem protrahentes, audiunt cantum Pſal-

p. 194.

morum ad preces lampadum, id eſt, Veſperas. S. Macrina, dimiſſo in Eccleſiam fratre, & ipſa in orationem ſe dedit. Die ſequenti, cum ſe mori ſentiret, ceſſavit fratri loqui, cœpitque orare tam tenui voce, ut vix perciperetur; junxit tamen manus, ſeque ſigno crucis in oculis, ore,

p. 195.

& pectore munivit. Tum, illato lumine, ex motu labiorum, oculorumque agnovere adſtantes, quod preces nocturnas perſolveret, quarum finem, ſigno crucis ſuper faciem formato, indicans, ſimul ducto magno ſuſpirio, animam reddidit.

Ut

Ut curando funeri mandata daret S. Gregorius, inter alias retinuit ex præcipuis Monialibus duas, viduam, nomine Veſtianam, nobili genere ortam, & Diaconiſſam, nomine Lampadiam, quæ, S. Macrinæ ſecunda, communitatem regebat. Interrogavit an non haberent repoſitas aliquas defunctæ veſtes pretioſas, ut corpus de more ornaretur? Reſpondit Lampadia lacrymans: *Ante oculos ſunt, quæcunque Mater noſtra poſſedit, ecce pallium ejus, velum, quod tegit caput, & calceos uſu detritos! in his conſiſtebant ejus divitiæ.* Cum ergo nihil aliud ſuppeteret, S. Gregorius ſumpto palliorum ſuorum uno eam ornavit; tunc enim veſtimenta tam virorum, quam mulierum ex longioribus pannis conficiebantur, quibus indiſcriminatim uti poterant. Dum Veſtiana capitis velamen concinnat, ait ad S. Gregorium: *Ecce! monile ejus!* ſimul illud retrorſum a collo ſeparat, &, manu protenſa, oſtendit ei crucem, & annulum, utrumque ferreum, quæ ſancta fœmina in pectore ſemper geſtaverat. *Hæc inter nos dividamus!* dixit S. Gregorius: *ſervate crucem, ego annulum retinebo, cui crucem quoque inciſam aſpicio.* *Sane*, inquit Veſtiana: *non deteriorem partem ſortitus es, quippe excavatus eſt annulus in loco illo, & particula de Cruce Domini incluſa.*

Illa

Sæculum IV. A. C. 379.

S. Macrina.

Sæculum IV. A. C. 379.

Illa nox inter Psallendum, sicut in festis Martyrum, absumpta est; altera luce, cum maxima populi multitudo confluxisset, in duos choros omnes divisit, fœminas cum Virginibus, & viros cum Monachis collocans. Araxes quoque, loci Episcopus, cum omnibus suis Clericis adfuit; tum S. Gregorius, & ipse anterius, & duo ex primis Clericorum posterius, feretrum, quo funus jacebat, attollentes lente deportare cœperunt, turba populi quæ antecedebat, & circumfundebatur, gradientes impediente; duo Diaconorum aliorumque Ministrorum ordines funus præcedebant, ardentes cereos portantes. Omnes autem procedentes, tam primi, quam ultimi Psalmos canebant. Quamvis sepulturæ locus non ultra septem, octove stadia, id est, ferme passus mille distaret, tamen totam diem ingrediendo insumpserunt. Erat locus sepulturæ Ecclesia quadraginta Martyrum, ubi Pater, & Mater S. Macrinæ quiescebant. Ubi illuc perventum, consuetæ preces decantatæ. Antequam sepulchrum omnium oculis pateret, S. Gregorius candido linteamine Patris sui, Matrisque corpora contexit, ut filiali reverentiæ satisfaceret, & cadavera morte fœdata ab adstantibus non conspicerentur. Tunc ipse, & Araxes corpus S. Macrinæ, e lectulo sublatum, sicut

p. 200.

p. 202.

sicut ipsa semper concupierat, penes S. Emmeliam Matrem suam deposuerunt, orationem communem pro ambabus recitantes. (*) Peractis omnibus, S. Gregorius in tumulo prostratus, pulverem osculatus est. Ita ipse S. Macrinæ sororis suæ exequias in Epistola ad Olympium Monachum, quæ vitam hujus Sanctæ continet, describit. Sæculum IV. A. C. 379.

§. XLIX.

S. Gregorii Nysseni sententia de peregrinationibus.

Concilio jubente, quod verosimiliter Antiochenum fuit, S. Gregorius Nyssenus Ecclesias Arabiæ reformavit, &, cum Palæstina haud procul absit, Jerosolymam, & loca sacra visitavit, tum ut voto satisfaceret, tum ut inter Rectores Ecclesiæ Jerosolymitanæ pacem procuraret. Ad hanc profectionem ei Imperator vehicula publica concessit; itaque currus, quem cum suis occupabat, eis pro Ecclesia erat, & Monasterio, in quo per viam Psalmos cantabant, & observabant jejunia. Tunc urbem Bethlehem, montem *De eunt. Hier. p. 1086*

(*) Ex his S. Macrinæ Exequiis non orationis pro Defunctis modo, sed & aliarum cæremoniarum, quarum hodieque in Ecclesia Catholica usus est, antiquitas perspicitur.

Sæculum IV. A. C. 379.

tem Calvariæ, S. Sepulchrum, & Montem Olivarum adivit; at mores populorum ibi habitantium displicuere, quos fuisse corruptissimos affirmat, eamque Regionem omnis generis criminibus, præsertim latrociniis infamem. Hinc est, quod postmodum a Solitario viro Cappadociæ interrogatus, quid de peregrinantibus Jerosolymam sentiret? edicit, sibi non probari, quod homines, qui mundo renuntiarunt, & Perfectionem Christianam amplexi sunt, ejusmodi itinera suscipiant; primo, quia nullum legimus hac de re præceptum, cum Dominus Noster in Evangelio nullam mentionem faciat; deinde quia talis profectio his, qui ad vitam perfectam tendunt, periculosa est; His enim solitudo, & separatio a mundo est necessaria, si puritatem servare, & personarum alterius sexus occursum effugere velint; sed hæc ab peregrinantibus observari non possunt. *Fœmina*, inquit: *proficisci non potest, nisi habeat virum comitem, qui eam equum conscendentem, & descendentem adjuvet, & in tramite periculoso sustineat. Sive amicus, sive mercenarius ei id obsequii præstet, non tamen satis modestia salvabitur. In hospitiis, & urbibus Orientis magna licentia, & peccandi facilitas invenitur. Multa occurrunt obscœna, quæ per visum, auditumve in ipsum*

p. 185.

cor

cor penetrare possunt. Si morum puritas Dei præsentis signum est, credere oportet, Deum magis in Cappadocia, quam alibi velle habitare, & nescio, an in reliquis totius orbis partibus tot altaria ejus honoribus, erecta sint. Hoc ergo fratribus tuis consilium dabis, ut potius corpore exeant, ad Dominum ituri, quam ex Cappadocia, ut in Palæstinam proficiscantur. Ista est S. Gregorii Nysseni de peregrinationibus opinio, quas universaliter non damnat, ipse enim Jerosolymam fuerat peregrinatus, sed pericula indicat, quæ a viris sapientibus omnium sæculorum fuere observata.

§. L.

S. Gregorius Nazianzenus Constantinopoli.

Inter Orientales Ecclesias Constantinopolitana erat omnium afflictissima. Ariani ab annis quadraginta dominabantur; aliæ etiam serpebant hæreses, & pauci, qui supererant, Catholici, Pastore destituebantur. Nam Evagrium, quem anno 370. defuncto Eudoxio Ariano, elegerant, statim Valens proscripserat. Nemo S. Gregorio Nazianzeno aptior videbatur, qui huic Ecclesiæ splendorem redderet, viri virtutem, Doctrinam, eloquentiam maximi omnes faciebant. Episcopus

Carm. de vit. p. 10. Sup. XVI. §. 13.

Sæculum IV. A. C. 379.

piscopus erat sine Ecclesia, nam Sasimensem nunquam adierat, cujus gratia ordinatus fuerat, Nazianzenam interim rexerat ut Externus, donec proprius eligeretur. Jamque ea Ecclesia ab annis sex relicta, ut privatus vivebat in Monasterio S. Theclæ in Seleucia. Tantum ergo virum Catholici Constantinopolitani in Pastorem exoptarunt, qui desertæ Ecclesiæ curam susciperet. Episcopis hoc consilium probabatur, utque id faceret Gregorius, amicorum intimi, quos inter Bosphorus Episcopus Colonienſis, instabant.

Sup. XVI. §. 51.

Socr. V. c. 6.

Greg. ep. 122 ep. 14.

De Episc. to. 2. p. 301.

Gravissimum S. Gregorio accidit, dilectam suam solitudinem relinquere, ubi a mundanis abstractus, cœlestis contemplationis dulcedinem degustabat. Tanta fuit ejus repugnantia, ut omnibus nimia videretur. Culpabatur, quod Nazianzum destituisset, & Ecclesiæ bonum negligeret, dicebant renuenti; nova Ecclesiæ imminere pericula, & rumorem increbrescere, celebrandum Constantinopoli Concilium, quo Hæresis Apollinaris inveheretur. Cessit tandem amicorum monitis, quamvis esset corpore, senectute, austeritate, & morbis fractus, ratus honestius se vita defungi non posse, quam inter labores pro Ecclesia susceptos. Serius, quam anno 379. Constantinopolim venire non potuit.

ep. 14.

carm. 1. p. 10.

Or. 25. p. 439

Pagi. an. 378 n. 15.

Nihil

Nihil erat in habitu exteriori S. Gregorii, quod sibi hæreticorum & Laicorum reverentiam posset conciliare. Corpus senectute inclinatum, caput calvitie deforme, vultus fletu, & rigore monastico attenuatus. Pauper erat, & vili vestitu, sine pecunia; sono quoque vocis quidquam asperum, & peregrinum inerat. Ex Provincia valde remota veniebat, vix Patria ejus noscebatur. Nihilominus aderat, Hæresi a tanto tempore Victrici in urbe, Romani Imperii capite, bellum illaturus; nec mirum, quod primo aditu ipsum tantopere fuerint aversati. Ariani fidem Ecclesiæ simpliciter ignorantes, credidere, quod Doctrinam de pluribus Diis afferret; & Episcopo suo Demophilo ex asse addicti, pati non poterant, quod advenisset Adversarius. Hinc unitis viribus Hæretici Gregorium calumniis aggressi sunt, & factis verba sequentibus, virum lapidibus insectati; nullum tamen grave vulnus accepit. Ab iisdem ante tribunal Præfectorum raptatus, Deo adjuvante, & integra fama liberatus est. Tantis injuriis nihil nisi invictam opposuit patientiam, lætus, quod JEsu Christi passionis particeps fieret. Constantinopolim advenientem propinqui, quos ibi habebat, exceperunt, atque ad plures alios, domos suas offerentes, divertere recusavit. Tam pau-

Sæculum IV. A. C. 379.

Carm. vit. p. II. or. 25. p. 436. or. 27. p. 468. or. 28. p. 483.

carm. p. II.

or. 28. p. 484.

S. Gregorius Nazianzenus

or. 25. p. 436. 27. p. 468.

Sæculum IV. A. C. 379.

paucis contentus vivebat, ut hospitibus suis vix oneri esset; alimenta ejus, ut ipse refert, eadem erant, quæ Brutorum, & avium. Raro pedem domo efferebat; nunquam in foris publicis, aut in amœnissimis vastissimæ urbis locis visebatur. Ad neminem invisebat, sed omni ferme tempore domi, spiritualia meditans, & soli Deo colloquens hærebat. Piissimum vitæ hujus institutum Constantinopoli erat perquam necessarium, ubi mala Clericorum exempla Religionem Laicorum risui exponebant. Si quis ibi prædicationis officium utiliter suscipere vellet, necesse erat, ut gravissimam vitæ rationem teneret; & tandem hac Philosophia simplici, & sincera S. Gregorius populi affectum sibi acquisivit. Quamvis potestatem sæcularem implorare potuisset, tamen ad recipiendas Ecclesias, eorumque bona, quæ hæretici haud modico Catholicorum damno invaserant, judicio contendere noluit. Non institit, ut Principum Edicta, quæ ipsi contemnebant, executioni mandarentur, nec Magistratuum auctoritatem sollicitavit.

or.14.p.218. 219.

or.27.p.466.
or.25.p.439.

Conventus agere cœpit in domo propinquorum suorum, apud quos hospitabatur. Quippe Ariani Catholicis omnes Ecclesias eripuerant, sed & in quocunque alio loco conveniendi libertatem ademerant. Hæc domus sequenti tempore celeberri-

or.28.p.848.

Greg. Presb. p. 18.

leberrima Ecclesia fuit, quam Anastasiam, seu Anastasin, id est, Resurrectionem dixere, eo quod S. Gregorius in ea fidem Catholicam quasi resuscitasset. Fuere, qui narrabant, hoc nomen miraculo huic Ecclesiæ confirmatum, atque mulierem quamdam prægnantem ex hujus Ecclesiæ porticu superiore, qui fœminis erat destinatus, delapsam, & hoc casu interemptam, postquam vero populus pro ea orasset, una cum infante fuisse resuscitatam. Iterum hæc appellatio confirmata sub Imperatore Leone Thrace post ferme annos octoginta, quando Reliquiæ S. Anastasiæ Virginis, & Martyris, quæ in eadem Ecclesia depositæ sunt, fuere allatæ. Cœterum S. Anastasia Catholicorum bene distinguenda est ab aliqua Ecclesia Novatianorum, cui idem Nomen tempore Juliani Imperatoris dederunt, cum eam sub Constantio destructam reparārent.

Sæculum IV. A. C. 379.

Socr. V. c. 7. Soz. VIII.

Theod. lect. II. hist. c. ult.

Socr. II. c. 38

§. LI.

S. Gregorii Nazianzeni Orationes.

Brevi tempore S. Gregorius omnes in sui admirationem rapuit. Præcipue in eo suspiciebant solidam Scripturarum scientiam, argumentandi methodum congruam, & stringentem, imaginandi vim fertilissimam, qua res non animi modo audientium, sed quasi oculis exhibebat, explicandi difficillima facilitatem,

Sæculum IV. A. C. 379.

dictionem brevem, & castigatam. Advolabant Catholici exultantes, quod sanctam de Trinitate Doctrinam prædicari audirent, postquam id a tot annis non licuisset. Qui S. Gregorium advocaverant, eidem prope ut alumno favebant. Hæretici omnium Sectarum, imo & Gentiles, eum audituri conveniebant, ut saltem viri Eloquentia delectarentur. Ut propius adstare loquenti possent, clathros, Sanctuarium circumdantes, rumpebant. Sæpe dicentem turbabant, applaudentes manibus, aut altum ad eum laudandum exclamantes. Aliqui sermones, ore loquentis exceptos, scribebant. Duas orationes composuit, exorta inter Catholicos Constantinopoli Divisione, quæ novellam Ecclesiam, antequam firmas radices ageret, tantum non evulsit. Populi, & ipsi Episcopi divisi diversos Præsules sequebantur; *Alii*, inquit: *pro Paulo stabant, alii pro Apollo.* His verbis ansam credendi præbet, quod divisionem Ecclesiæ Antiochenæ inter Meletium, & Paulinum notet. Pravi hominum affectus, vera dissensionum causa! amorem sanctæ fidei obtendebant, & qui hæreticus fuerat Catholicus, hodie pro hæretico se haberi mirabatur, mutationis tantæ causam ignorans. Hæc sunt mala, quæ ista occasione S. Gregorius deplorat; nullam jam esse virtutis existimationem, ac-

Carm. de vit. p. 18.

Or. 32. *p.* 528 *carm.* 9. *p.* 78.

Or 13. & 14. *car.* 1. *p.* 11.

Or. 14. *p.* 216

p. 219.

quæ

que vulgarem esse persuasionem, nemi- Sæculum IV. A. C. 379.
nem esse, qui virtutem sincere colat; hunc contemptum Religioni quoque nocere, cum plurimi Doctrinæ veritatem ex Prædicantium moribus, & vita æstimarent. Reconciliatis deinde Catholicorum animis, Hæreticis exprobrabat, quod in hac divisione tanquam in sua victoria sibi applausissent, quamvis illius causa nullatenus Doctrina, sed Pastorum Electio fuerit. Eorum errores de Trinitate summatim refutat, & subjungit: *Hæc paucis verbis exposui, ut vos doceam, non ut disputem, secundum Piscatorum, non vero Aristotelis methodum, ad utilitatem vestram, non ad ostentationem meam.* Promittit deinde, se ad objectiones Hæreticorum prolixius responsurum.

Or. 13. *p.* 212. *p.* 213.

§. LII.

Discursus Theologicus.

Promisso stetit S. Gregorius, dum sermones edidit, qui de Theologia nuncupantur, quia ejus Doctrinam de Natura Dei, & Trinitatis Mysterio continent, atque præcipue ob hos sermones Nomen Theologi ei partum creditur; hoc quippe nomine veteres, præsertim Græci, Nazianzenum indicant, ut esset, quo ab aliis ejusdem Nominis distingueretur. Non nulli observarunt, ipsum solum extitisse post S. Joannem Apostolum, cui tam

Greg. Pres. p. 25.

Sæculum IV. A C. 379.

sublime Nomen datum fuerit. Primus de Theologia sermo est quasi Præfatio ad cœteros, docetque dispositiones necessarias, ut quis digne de Deo loquatur. S. Gregorius damnat inexplebilem disputandi de Religione pruriginem, qua tunc temporis Constantinopolitani Catholici laborabant, multo magis autem hæretici, qui Religionis suæ summam in disputationibus ponebant. His fora personabant; in conviviis, in conventiculis de veritate Religionis altercabantur; mulieres quoque sexus modestia non continebat, quo minus his super rebus contenderent. Ita vilescebat Theologia, atque res despicabilis, & inanis subtilitas æstimabatur, illi arti non absimilis, qua circulatores spectatorum oculis imponunt.

Orat. 33.

p. 590.

Regulas autem Theologo tradit sequentes. Non omnibus convenit de rebus Divinis philosophari, sed tantum illis, qui corpore, & anima mundi sunt, aut saltem ad cordis munditiem tendunt, & in rerum Sanctarum meditatione profecerunt. Non semper de divinis loquendum, nam requiritur animi tranquillitas; liberi ab affectibus humanis simus, absint periculosæ imagines, quibus ratio nostra turbatur. Serio de Religione quærentibus, respondendum; tacendum coram illis, qui temporis fallendi causa interrogant; absit, ut post spectacula Circi, aut Theatri,

Theatri, post auditam Musicam, vel conviviorum lautitias cum iis, qui recreari volunt, de Deo loquamur! non de omnibus ratio disquirenda, in iis quæ supra captum nostrum sunt, aut nostrorum auditorum. *Deus quidem*, inquit: *semper in mente habendus; non sæpius spiret homo, quam Deum amando cogitet, sermonem autem de Deo miscere nunquam, nisi tempore opportuno licet.* Monet, ut Mysteriorum sacrorum arcanum servetur, & imprimis coram gentilibus de Sacris non disceptetur. *Quando enim*, inquit: *loqui nos audiunt de Deo Genito, aut Creato, aut ex nihilo producto, summo scandalo talis sermo est hominibus, qui Deorum suorum adulteria, & libidinem laudant, & nihil corpore sublimius capere possunt. Quid vobis videtur, an non talia garriendo hostibus nostris arma subministramus?* Inferius arguit, quod omnes velint esse docti, omnes Theologi, quasi vero hæc unica esset ad salutem via. Hortatur autem, ut magis bonis operibus se exerceant, affectus comprimant, mores ad justitiæ leges componant. Tandem aliam, super qua disputent, materiam suggerit, minus periculosam, & suadet, ut in artis suæ rudimentum Philosophos aggrediantur, atque paucis cujusque Sectæ infirma indicat. In aliis quoque sermonibus, quænam in audiente SS. Mysteria, & quæ

Sæculum IV. A. C. 379.

p. 532.

carm. 1. *p.* 19. 20.

Or. 29. *init.*

Sæculum IV. A. C. 379.

in docente, ut digne veritatem Religionis annuntiet, requirantur, explicat.

Or. 34.

In secundo de Theologia Discursu S. Gregorius in ipsam Doctrinæ substantiam ingreditur, & de Natura divina generatim, atque de ejus attributis disserit.

Or. 35.

In Discursu tertio divinitatem Verbi demonstrat. In quarto ad Textus Scripturæ respondet, quos Hæretici allegabant. Tandem in quinto contra Macedonianos agit de Spiritu Sancto. Demonstrat Spiritum S. esse Substantiam, non vero Accidens, aut operationem divinam, cum ipse Spiritus diversis modis operetur, loquatur, & agat. Si substantia est, vel Deus est, vel Creatura? Creatura non est, cum in ipsum credamus, & in ipsius Nomine baptizati simus. *At si Deus est*, inquiebant Macedoniani: *vel genitus est, vel non genitus? si non est genitus, ergo duo dantur Principia, si genitus est, vel per Patrem, vel per Filium genitus est? Si Pater eum genuit, duo dantur Filii, qui fratres sunt, si Filius eum genuit, ergo Patris nepos est.*

S. Gregorii Theologia.

Or. 37. *p.* 595. 596.

S. Gregorius respondet: *Deo Filium tribuimus in sensu valde sublimi, quia alio modo demonstrare non possumus, quod a Patre procedat, eique sit consubstantialis, inde tamen non sequitur, quod Deo tribuere oporteat omnia propinquitatis Nomina, quæ inter nos homines adhibere sole-*

solemus; alias enim observandæ etiam erunt Regulæ Grammaticæ, & in Deo duo sexus agnoscendi, quia nomina Deus, & Pater, sunt masculina, & divinitas nomen est fœmininum. Cæterum Spiritus S. nec est genitus, nec non genitus, (*) sed procedit a Patre, quod ipse JEsus Christus de eo nos docet. Ut procedens a Patre, Creatura non est; quatenus genitus non est, Filius non est. Quatenus medius est inter non Genitum, & Genitum, Deus est. At! dicitis: qualis est ista Processio? Respondeo: Explicate vos mihi prius, quid sit ingenerabilitas Patris, & Generatio Filii, tunc ego vobis explicabo, quid sit processio Spiritus Sancti. Quid ergo Spiritui S. deest, quo minus sit Filius? nihil deest, sicut etiam Filio nihil deest, quo minus sit Pater, neque Patri, quo minus sit Filius; ista nomina nullum defectum

Sæculum IV. A. C. 379.

p. 96.

Joan. 15. 26

(*) Quamvis esse Genitum, & esse non Genitum secundum litteram sint sibi opposita, & conciliari nequeant, tamen in sensu S. Gregorii non implicant contraria. Nam S. Doctor vult dicere, S. Spiritum non esse Genitum, si Ejus origo conferatur cum origine Filii, nec esse non Genitum, si conferatur Spiritus S. cum Patre, qui nec Genitus est, nec Procedens, & originem non habet. Itaque Spiritus S. dici potest Genitus, si Generatio in sensu lato pro qualicunque Processione accipiatur, & Ingenitus in illo sensu, in quo Filius Genitus est, & dicitur.

Sæculum IV. A. C. 379.

Theologia. P. 598.

indicant, sed diversas Relationes, quæ tres Hypostases in una sola Natura divina distinguunt. Quomodo vero ex eodem Principio potest procedere Filius consubstantialis, & alius etiam consubstantialis, qui tamen non sit Filius? Date mihi alterum Deum, & ego vobis in eo ostendam eadem nomina, & res easdem; ex Creaturis exemplum nullum vobis afferre possum in illis, quæ soli Naturæ Divinæ conveniunt; nihilominus ut qualemcunque similitudinem vobis proferam; Adam, & Eva, & filius eorum Seth, omnes tres, ejusdem erant naturæ. Adam Dei opus fuit, Eva Adami portio, Seth filius ejus; Eva, & Seth ab Adam processerant, sed modo diverso.

S. Gregorius deinde ostendit, S. Spiritum esse adorandum, cum per ipsum adoremus, & oremus Deum. Tum ad objectionum omnium caput, Catholicos tres Deos admittere, respondet. Primo P. 601. dicit; inde sequi etiam Macedonianos, qui Divinitatem Filii agnoscunt, saltem duos Deos admittere. Contra illos, qui Filii quoque Divinitatem negabant, dicit, nos unicum Deum agnoscere, quia unica datur Divinitas, & qui ab eo procedunt, ad eum solum referri. Nullus ex tribus plus, minusve Deus est, nec prior, nec posterior, nec voluntate, aut Potentia divisus. Ostendit deinde diversitatem a falsorum Deorum, & Hominum multi-

multitudine, qui quamvis sint plurimi, ejusdem naturæ sunt. Ut Divinitatem S. Spiritus ex Scripturis demonstret, varios loquendi modos observat. Scriptura quandoque ea affirmat, quæ non sunt, veluti tunc, quando Deo membra, & affectus humanos attribuit. Quandoque ea, quæ sunt, non exprimit, qualia significant illa verba, in quibus Hæretici, quos oppugnat, argumentorum vim ponebant, ingenerabilis, sine Principio, immortalis; tamen Scriptura aliis vocibus idem dicit. Non ad verba attendendum, sed ad sensum. Postquam Deus homines per eorum voluntatem dirigere decrevit, veritatis annuntiationem deposuit iis modis, quibus capere possent. Testamentum vetus clarius de Patre, quam de Filio locutum est. Testamentum novum clarius de Filio, quam de Spiritu Sancto. Ipse Spiritus S. clarius se manifestavit, quando super Apostolos post Ascensionem JEsu Christi advenit. Nihilominus ejus Divinitas sufficienter demonstratur, per nomina, quæ ei Scriptura dat, & proprietates, quas ei attribuit, & hic S. Gregorius magna solertia collegit. Tandem ostendit, omnes similitudines a Creaturis desumptas, & Divinæ Trinitati applicatas, claudicare, & vel ideo sequi, esse periculosas, nisi quis soli puncto, in quo comparatio fit, inhæreat, & a differentiis caute abstrahat. §. LIII.

Sæculum IV. A.C. 379.

P. 609.

Sæculum IV. A. C. 379.

§. LIII.

S. Hieronymus Constantinopoli.

De Script. in Greg. sup. 29. *Ep.* 77. *ad Marc. ep.* 99. *ad Asell. lib.* 3. *cont. Ruff. c.* 7. *epist.* 61. *ad Pamm. c.* 16.

Circa illud tempus S. Hieronymus Constantinopolim venit, ut S. Gregorium Nazianzenum audiret, quem exinde semper ut Magistrum coluit. Calumnias eorum non ferens, qui ipsum erroris in fide de Trinitate accusarent, quod tres Hypostases dicere nollet, relicta Syriæ eremo, Jerosolymam se contulit, & aliquo tempore Bethlehemi mansit; Paulinus Episcopus Antiochenus invitum in Presbyterum ordinavit, & ea solum conditione, ne vitam solitariam relinquere cogeretur. Nec diutius Antiochiæ morari voluit, ne ab eo exigerent, ut prædicaret, & officiis Presbyteri fungeretur; cum ergo Constantinopolim venisset, aliquamdiu cum S. Gregorio habitavit, eo Magistro S. Scripturæ studens, quod ipse hinc inde in suis Scriptis testatur. Aliquando rogavit Gregorium, ut sibi explicaret, quid vellent illa verba apud S. Lucam: *In Sabbato secundo, primo.* S. Gregorius cum lepore respondit: *id te docebo in Ecclesia, ubi omnes mihi applaudunt; ibi simulare cogeris, te scire, quæ nescis, si enim solus taceas, omnes te hominem stupidum credent.* Ex his verbis dispicitur, S. Gregorium, quanti acclamationes populi faciendæ essent, non ignorasse, qui

in Ephes. 5. 32.

Ep. 2. *ad Nepot. c.* 10.

Luc. 6. 1.

ut ait S. Hieronymus, admirari solet maxime, quæ minime intelligit. Constantinopoli S. Hieronymus amicorum precibus cedens, & ut proprii ingenii experimentum caperet, properanter composuit exiguum Tractatum de visione, quæ capite sexto Isaiæ narratur. Circa illud etiam tempus creditur Chronicum Eusebii latinitate donasse, illudque duobus amicorum Vincentio Presbytero, & Gallieno dedicasse. Sæculum IV. A. C. 379. *in Isa. 6.*

§. LIV.

Baptismus Theodosii.

Imperator Theodosius Religionem Christianam, & fidei Nicænæ Professionem a Majoribus suis acceperat, sed necdum baptizatus, cum Thessalonicæ in morbum incidisset, baptizari voluit. Accersito Episcopo, ante omnia interrogavit, quæ esset fides ejus? erat autem tunc Episcopus Thessalonicensis S. Ascolus; is respondit Imperatori, se fidem Nicænam profiteri, atque totum Illyricum semper hanc fidem tenuisse, nec unquam hanc provinciam Arianorum Hæresi corruptam; quod de Illyrico Orientali, in quo Macedonia, cujus Thessalonica Metropolis erat, continebatur, intelligi debet. Imperator, gaudens ob felicem occursum, Baptismum manibus S. Ascoli accepit, & paucos post dies etiam sanitati corporis restitutus est. S. Asco- *Socr. V. c. 6. Soz. VII. c. 4. Prosp. Chron. ann. 381.*

Sæculum IV. A. C. 379.

S. Ascolus morum Sanctitate non minus, quam fidei puritate eximius, lucem primo aspexerat in Cappadocia. Adolescens Parentibus, & Patriæ valedicens, vitæ Monasticæ se dedit, & in Achaia exiguæ cellæ inclusit. Quamvis ætatem nondum haberet, ad preces populi Macedoniæ, & Electione Episcoporum Episcopus Thessalonicensis ordinatus est. In hanc Ecclesiam pacem reduxit, fidemque, Prædecessoris sui lapsu labefactatam, reformavit; is Eremius, vel Herennius fuisse creditur, qui sicut plures alii in persecutione sub Constantio timore abjectus, S. Athanasii Communioni renuntiavit. S. Ascolus sæpius Thessalonicam, totamque Macedoniam a Gothis liberavit, nullis aliis armis instructus, quam ferventibus ad Deum precibus. S. Basilii, ut dictum est, inter paucos amicus fuit. S. Damasus Papa eidem Regimen decem Provinciarum, quibus Illyricum Orientale constabat, commisit, ut illis Romani Pontificis auctoritate, tanquam ejus Vicarius præesset. Talis fuit S. Ascolus, qui Theodosium Imperatorem baptizavit.

Ambr. ep. 15. ad Anatol. & ep. 16. Anys.

Athan. apol. p. 692.

Epist. 339. Sup. l. XVI. 44. Ep. Bonif. 1. ad Ruff. collect. Rom. p. 47. & to. 4. conc. p. 1702.

§. I.V.

Lex pro Ecclesia Catholica.

Soz. VII. c. 4.

Cum Imperator perquisisset, quis esset Religionis status in suæ Ditionis ter-

ris?

ris? relatum est, eas omnes Regiones us- Sæculum IV.
que ad Macedoniam in fide Trinitatis A. C. 379.
consentire, reliquas vero Orientis plurimis sectis dividi, præsertim Constantinopolim, ubi Hæreses atrocius, quam in ullo alio Imperii loco grassabantur. Hæc fuit causa ferendi celebrem legem, *Cunctos populos*, ex duabus vocibus latinis, quibus incipit, notissimam. Quæ ita sonat: *Imperatores Gratianus, Valentinianus, Theodosius Augusti Populo urbis Constantinopolitanæ. Cunctos populos Imperii nostri illam Religionem tenere volumus, quam S. Petrus Apostolus Romanos docuit, quæ ex eo apparet, quod hodieque ibi conservetur, nempe fidem, quam sequi videmus Pontificem Damasum, & Petrum Episcopum Alexandrinum Apostolicæ Sanctitatis virum; ita ut secundum institutionem Apostolorum, & Doctrinam Evangelii credamus unam Divinitatem Patris, Filii, & Spiritus S. in æquali Majestate, & una Sancta Trinitate. Jubemus, ut ii, qui hanc fidem sequentur, Nomen Christianorum Catholicorum assumant, & alii, quos insanos judicamus, infami hæreticorum Nomine notentur; conventus eorum Ecclesiæ non dicantur; pœnas ab iis reposcere reservamus primo Divinæ vindictæ, & deinde nostræ, quamcunque nobis Cœlum inspiraverit, voluntati. Datum Thessalonicæ tertio Calendas Martii, Gratiano quinto,*

Lib. 1. Cod. de Summ. Trin. L. 2. C. Theod. de fide Catholica lib. 16.

Sæculum IV. A. C. 379. *quinto, & Theodosio primo Consulibus, id est, 28. Febr. anno 380.*

Theodosius hanc legem ad populum Constantinopolitanum misit, ut ex urbe Imperii sui Principe citius in reliquas Provincias dimanaret. Declarat, quam ipse fidem teneat, ut subditos ad se sequendum invitet magis, quam cogat; nullam Hæreticis pœnam dictat, minari contentus. Fidem Ecclesiæ probat ex traditione Ecclesiæ Romanæ, a Principe Apostolorum acceptam. Damaso Papæ jungit Petrum Alexandrinum, secundæ in orbe Sedis Episcopum, at Episcopum tertiæ Sedis, nempe Antiochenæ non adjungit, quia de hac Sede lis erat inter Meletium, & Paulinum, utrumque Catholicum. Jubet, ut soli adoratores Trinitatis Christiani Catholici dicantur, quia Hæretici quoque Christianos se dicebant, sæpius etiam Catholicos. Alia lege eodem loco, & eadem die data, quæ potius prioris pars esse videtur, Theodosius Sacrilegii reos pronuntiat, qui ignorantia, vel negligentia Legis Divinæ Sanctitatem violant; id vero de Episcopis accipitur, qui nasci hæreses segniter patiebantur. Uno post hæc mense, Sexto Calendas Aprilis, id est, vigesima septima Martii, cum adhuc moraretur Thessalonicæ, prohibuit, ne tota quadrageſima in judicio causæ criminales tractarentur.

L. 1. Cod. de crim. sacril. 25. C. Th. de Episc.

Lib. 4. Cod. Theod. de quæst. l. 9.

§. LVI.

§. LVI.

Sæculum IV. A. C. 379.

Hæresis Priscillianistarum.

Circa illud tempus in Occidente Priscillianistarum Hæresis cœpit in lucem emergere. Hujus furiæ Parens fuit aliquis nomine Marcus, Ægyptius Memphitanus, & Manichæus, qui in Hispaniam profectus, primo Discipulam habuit mulierem nobilem, nomine Agapen, & secundo Rhetorem, nomine Elpidium, quem dicta fœmina in societatem traxerat. Hi fuerunt Magistri Priscilliani, a quo Secta nomen duxit; is erat vir nobilis, dives, optimis naturæ dotibus ornatus, eloquens vigiliarum, & famis patiens, paucis contentus, non avarus; sed iracundus, & turbulentus, levis, & litterarum profanarum scientia inflatus, quas didicerat, multa enim legerat, insatiabili sciendi cupidine ardens, qua abreptus, fertur, in Magiæ secreta investigasse. Multos ex nobilitate, multos etiam de populo in suos errores pertraxit, plurimas vero fœminas, natura curiosulas, in fide instabiles, rerum novarum amatrices. Hæ igitur virum turmatim circumstabant, & reverebantur, ad modestiam habitu & vultu compositum. Jam funesta lues majorem Hispaniæ partem, imo & quosdam Episcopos corruperat, quos inter erant Instantius, & Sal-

Prosp. Chr. an. 380. Sev. Sulp. lib. 2. hist. in fine. Hier. ad Ctesiph. c. 2. Isid. de vir. ill. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 380.

vianus, qui novæ Hæresi fautores conciliare studebant.

Primus, qui ad hanc pestem advertit, fuit Hyginus, seu Adyginus, Episcopus Cordubensis, in cujus vicinia erant Instantii, & Salviani Ecclesiæ. Hyginus hujus mali certiorem fecit Idacium Episcopum Emeritanum, qui summo ardore in Hæreticos istos invectus est. Doctrinæ eorum fundamentum idem erat, quod Manichæorum, admixtis Gnosticorum, & multorum aliorum erroribus. Dicebant, animas ejusdem cum Divina esse substantiæ, easque sponte per septem Cœlos, & certos Principatuum gradus in terram descendere, ut adversus malum Principium, Mundi Auctorem pugnarent, qui eas in diversa corpora carnea disseminabat. Dicebant quoque, fata hominum a certis stellis dependere, & corpus nostrum a duodecim Zodiaci signis; subjiciebant hominis caput arieti, collum Tauro, humeros geminis, & cætera cæteris juxta Astrologorum figmenta. Trinitatem verbis solum confitebantur, dicentes cum Sabellio, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum unum esse absque ulla reali Personarum distinctione. A Manichæis differebant in eo, quod vetus Testamentum aperte non rejicerent, sed dolo agebant, quippe omnia per allegorias explicabant, & Libris Canonicis multa

Aug. hær. 70. Oros. commonit. ap. Aug.

Sup. III. §. 19.

Scripta

Scripta Apocrypha conjungebant. A carnibus, tanquam cibis immundis, abstinebant. In odium generationis conjugia dissolvebant, illa licet parte invita, quæ eorum erroribus non assentiebatur; dicebant enim, universaliter carnem non Dei, sed malorum Angelorum opus esse. Nocte conveniebant viri, mulieresque, nudi orabant, multa libidine se polluentes, quam vero pertinaci silentio celabant, nam constans his hæreticis mos erat, si quæstionibus premerentur, omnia negare; hanc legem versu latino exprimebant, quo dicitur: *jura, perjura! secretum prodere noli!* jejunabant Die Dominica, Die Paschæ, & festo Nativitatis Domini, atque his diebus, quia cum aliis Ecclesiam adire nolebant, secedebant; hæc omnia ex odio carnis faciebant, quod crederent, JEsum Christum non nisi apparenter natum, & resuscitatum. In Ecclesia uti cœteri Eucharistiam accipiebant, sed non manducabant. (*)

Sæculum IV. A. C. 380.

Leo. ep. 15. *al.* 93. *ad. Turib. c.* 4. 14.

(*) Eucharistiam accipiebant, sed non manducabant. Diese Worte hat der Protestant übersetzet: auf seiner 405. Seite. In der Kirche genossen sie mit den andern das Abendmahl, aber sie nahmen weder das Brodt, noch den Wein zu sich. Genieſſen und nicht zu sich nehmen, wie kann dieses seyn? Die Worte Brodt und Wein

Sæculum IV. A. C. 380.

§. LVII.

Concilium Cæsar-Augustanum.

Sulpic. ibid. Idacius Episcopus Emeritanus majori fervore quam prudentia Instantium, aliosque Priscillianistas aggressus, cum reducere in viam debuisset, magis irritavit. Hyginus econtra Cordubensis, qui primus eos fuerat insectatus, probrose seduci se passus, eosdem ad suam Communionem recepit. Tandem post multas disceptationes Cæsar-Augustæ Concilium actum est, in quo Episcopi Aquitaniæ cum Episcopis Hispaniæ adfuerunt. Hujus Concilii fragmentum nobis superest, quod ejusdem concluſio esse videtur, datum 4. Octob. æræ 418. id est, an. 380. Duodecim nominantur Episcopi, atque inter alios Fitadius, qui S. Phebadius Agennensis esse creditur, deinde S. Delphinus Burdegalensis, Ithacius Episcopus Sossubensis, Hispaniæ urbe, quam hodie nescimus, & Idacius Emeritanus. In hoc fragmento octo Canones legimus, quibus prohibetur Die Dominica superstitiose jejunare, aut ab Ecclesiis abesse in

---

Wein hat der Herr Fleury hier nicht, sondern Eucharistia. Und in was für einem Verstande es der Uebersetzer nehme, weiß man auch wohl. Wenn etwas vom Heil. Abendmahl vorkömmt, ist er gar unglückselig. Andre Fehler wohl zwanzig mehr de ich nicht.

in quadrageſima, & illo tempore in montes, cubicula, aut domos campeſtres ſecedere. Item prohibetur diſceſſus illis viginti & uno diebus a decima ſeptima Decembris usque ad ſextam Januarii, nempe octo diebus ante Nativitatem Domini usque ad Epiphaniam. Ex his conficitur, jam ex tunc ſaltem unam ſeptimanam fuiſſe deſtinatam, qua Chriſtiani ad feſta Natalitia animos præpararent. Ille, qui convictus fuerit, Euchariſtiam, in Eccleſia acceptam, non conſumpſiſſe, damnatur. Mulieres quoque damnantur, quæ obtentu Doctrinæ cum viris non ſuis congregabantur, aut ipſæ conventus agere audebant, ubi alias fæminas docebant. Item qui ſine auctoritate publica Doctoris nomen uſurpat. Quos Epiſcopi ab Eccleſia ſeparaverint, alii Epiſcopi non recipiant. Prohibetur Clericis, Miniſterium ſuum relinquere, obtentu majoris perfectionis in vita Monaſtica adipiſcendæ. Tandem Virgines prohibentur velari niſi ſint quadragenariæ, & Epiſcopi accedat Auctoritas. Hic prima vice de vita Monaſtica in Hiſpania mentio fit. Et hæc ſola de Concilio Cæſar-Auguſtano habemus.

c. 4. *can. 3.* *can. 1.* *c. 7.* *c. 5.* *c. 6.* *c. 8.*

Aliunde vero conſtat, Hæreticos, Concilii judicium ſuſtinere non auſos, abſentes fuiſſe condemnatos, ſcilicet Inſtantium, & Salvianum Epiſcopos, Elpidium,

Sulpit. ib.

Sæculum IV. A. C. 380.

dium, & Priſcillianum Laicos. Ithacio Soſſubenſi mandatum, ut Decretum Epiſcoporum promulgaret, & ſpeciatim Hyginum Cordubenſem excommunicaret, qui, poſtquam hos Hæreticos primus detuliſſet, cum eis communicabat. Inſtantius, & Salvianus non modo Concilii Decretis non obediverunt, ſed ut factioni robur adderent, Priſcilliano Epiſcopi Nomen dederunt; ergo cum Epiſcopum Labinenſem, ſeu Labilenſem ordinarunt, quadam urbe, quæ Abula eſſe creditur, & hodie Galæciæ accenſetur.

Hier. ad Cteſiph. c. Proſper. Chr. a. 380.

§. LVIII.

Idacii, & Ithacii Conatus.

Sever. Sulp. ibid.

Interim Idacius, & Ithacius, malum in ipſo principio ſuffocari poſſe rati, Hæreticos fervide perſequebantur, & ſiniſtro conſilio, (*) ut ait Sulpicius Severus, ad Judices Sæculares converſi ſunt, ut eos ex urbibus pellerent. Poſt plures conatus,

(*) Bona eſt Annotatio Anonymi I. ad hunc locum in hunc ferme modum: Duo illi Epiſcopi reprehenſione digni non ſunt, quod Auxilium Brachii Sæcularis adverſus Hæreticos in Concilio Cæſar-Auguſtano damnatos imploraverint. Idem S. Auguſtinus fecit. Poſtea vero nimius, & perverſus fuit iſtorum Epiſcoporum zelus, dum Priſcillianiſtas usque ad necem perſecuti ſunt; id enim Leges, & Spiritus Eccleſiæ Catholicæ ſemper prohibuerunt.

tus, Episcopis probrosos, Idacius ab Im- Sæculum IV.
peratore Gratiano Rescriptum obtinuit, A. C. 380.
quo omnes Hæretici non Ecclesiis, & urbibus modo, sed etiam omnibus Provinciis ejici jubebantur. Priscillianistæ, ad hujus Edicti rigorem pavidi, in judicio se defendere non sunt ausi; qui Episcopi dicebantur, ultro cesserunt, alii fuere dispersi. Instantius, Salvianus, & Priscillianus Romam perrexere, coram Damaso Papa causam dicturi. Dum per Aquitaniam proficiscuntur, a quibusdam, rerum fidei ignaris, magno honore excepti, errores suos sparserunt, præcipue in Diœcesi Elusiana, seu Eausiana, cujus Cathedra posterioribus annis Sedi Augustæ Auscorum conjuncta. Ibi perversa sua Doctrina populum corruperunt, sua indole bonum, & Religioni addictum. S. Delphinus eos Burdegalæ diutius morari non est passus, in agro tamen mulieris, nomine Euchrociæ, Delphidii Oratoris, & Poetæ egregii viduæ, aliquo tempore manserunt. Priscillianus deinde, & socii iter *Prosp. Chr.*
Romam prosecuti sunt, ducentes secum *an.* 386.
uxores suas, & alienas fæminas, quas inter numerabatur Euchrocia, & Procula filia ejus, quæ a Priscilliano compressa, uterum gestasse, & abortum procurasse dicebatur. Romam advectos S. Damasus Papa, se purgaturos, non audiit, & nequidem in conspectum admisit. Sal-

Sæculum IV. A. C. 380.

vianus Romæ diem obiit. Instantius, & Priscillianus rediere Mediolanum, ubi non minus Ambrosium, quam Romæ Damasum, experti sunt sibi Adversarium.

Rejecti a duobus Episcopis, quorum illa tempestate summa erat Auctoritas, mutatis consiliis, ad Imperatorem Gratianum conversi sunt. Cum preces, & dona profunderent, Macedonium, officiorum Magistrum, corruperunt, & Rescriptum impetrarunt, quo prius, ab Idacio contra se obtentum, irritabatur, & ipsi, in suas Ecclesias restitui, jubebantur. Instantius, & Priscillianus hoc Rescripto muniti, in Hispaniam rediere, & suas Sedes, nemine se movente, occuparunt. Ithacio quidem non animus, sed vires deerant, nam Priscillianistæ Proconsulem quoque Volventium seduxerant. Itaque jam ipsi Ithacium, veluti Ecclesiarum perturbatorem judicio persequebantur, ipse sciens, damnationis contra se latam sententiam, territus in Gallias profugit, & opem Gregorii, Prætorio Præfecti, expetiit. Gregorius, quæ acta fuissent, edoctus, turbarum Auctores sibi adduci jubet, certioremque horum omnium reddidit Imperatorem, ut imposterum Hæreticorum sollicitationibus aures occluderet; sed frustra omnia, quippe quorumdam avaritia effecerat, ut omnia in aula Cæsaris essent venalia. Itaque Hæretici

malis

malis artibus, & pecuniæ vi, quam ad explendam Macedonii avaritiam contulere, ab Imperatore obtinuerunt, ut jus hac de causa cognoscendi Præfecto Galliarum aufferret, & ad Vicarium Hispaniæ (nullus tunc Proconsul aderat) remitteret. Macedonius misit, qui Idacium caperent, tunc Treviris degentem, & in Hispaniam reducerent, sed is primo sua solertia, & deinde Britannii, seu Britonis Episcopi Trevirensis tutela Persecutorum vim evasit. Hæc in causa sub Imperio Gratiani gesta sunt. Scripsit Idacius librum per modum Apologiæ, ubi Priscillianistarum errores, fraudes, & Sectæ illorum originem explicabat. Eloquens esse ferebatur, & sibi Nomen Clari, seu Illustris peperit. Sæculum IV. A. C. 380.

§. LIX.

Ordinatio Maximi Cynici.

Sancti Gregorii Nazianzeni pios labores Constantinopoli ordinatio irregularis Maximi Cynici turbavit. Erat is Ægyptius, Alexandriæ natus familia, ex qua Martyres orti. Quamvis esset Christianus, nihilominus Philosophiam Cynicam profitebatur, eorumque Philosophorum more vestem, baculum, & promissos capillos gerebat. Ita varias Regiones pervagatus, sæpius ab urbium Magistratibus fuerat castigatus. Corinthi aliquamdiu *Greg. Naz. carm. p. 12. Orat. 23. p. 411. 419.* *Theod. V. c. 8. Greg. or. 23. p. 419.*

Sæculum IV. A. C. 380.

cum puellis ſolus vixit, quæ ab ipſo, ut ajebat, ad pietatem exercitabantur. In Ægypto publice virgis cæſus, & ob turpiſſima facta in Deſertum Oaſin relegatus; ubi quatuor annis fuit. Hæreſin Apollinaris ſequi accuſabatur. Tandem Conſtantinopolim venit, & ſimulator vaferrimus, primo aditu S. Gregorium decepit. Dictitabat, quod propter Deum ſolatio ſe privaſſet dulciſſimæ Matri, & ſororibus, quas Virgines appellabat, convivendi. Flagellis, quæ ſuſtinuerat, & exilio ſuo gloriabatur, ac ſi ea Religionis amore tuliſſet. Ergo eum S. Gregorius velut Confeſſorem excepit, qui modico ſuo gregi honori futurus eſſet; tunc enim primum Conſtantinopoli Catholicos in ſuam Anaſtaſiam congregabat. Maximus S. Gregorii ſermones ſummi laudibus extollebat, & fortiter in Hæreticos declamabat, totus zelum, & pietatem ſpirare videbatur. His fraudibus verſipellis ita S. Gregorio impoſuit, ut ei in domum, & ad menſam admiſſo ſtudia ſua, & conſilia amice communicaret, nec contentus privatis laudibus, quas ei in familiaribus colloquiis tribuebat, coram Eccleſia ſua ſermonem in ejus honorem, etiam ægrotans, pronuntiavit, quem adhucdum ſub nomine Elogium Philoſophi Heronis habemus; at teſtatur S. Hieronymus, fuiſſe Maximi Philoſophi Encomium,

Orat. 23.

mium, & falsum nomen ab aliis fuisse ad- Sæculum IV.
ditum. Ex hoc sermone deprehenditur, A. C. 380.
quibus potissimum modis impostor S. *de Script. in Greg.*
Gregorium deceperit. *Is*, inquit: *sub externa veste Philosophiam nostram colit, potestque pro signo purissimæ animæ accipi.* Nempe Cynicorum vestis, albi erat coloris. Et prosequitur: *nihil Cynicorum habet, nisi quod audacter eloquatur, in diem vivat, pro animarum custodia vigilet, virtuti blandiatur, allatret vitia.* Ita nempe Cynici in se ipsos omnes canum proprietates transferebant, a quibus nomen traxerant.

Interim Maximus consilium ceperat, ut, S. Gregorio dejecto, se ipsum in Sedem Constantinopolitanam intruderet. Sceleris societatem iniit cum Presbytero ejusdem Ecclesiæ, qui, cum Episcopo suo Eloquentiæ laudem invideret, hac sola causa eum oderat: Hoc socio Maximus primum septem viros ex Ægypto accersivit, quos idoneos existimabat, ut in promovendis suis consiliis operam jungerent, deinde etiam quosdam Episcopos, a quibus primi isti erant missi, imo hos eorum Archiepiscopus Petrus Alexandrinus delegaverat, ut Maximum Episcopum Constantinopolitanum ordinarent. Petro quidem primum Profectio S. Gregorii Constantinopolim probabatur, atque etiam suas epistolas ei concesserat, quibus

ad

Sæculum VI. A. C. 380.

ad ejus promotionem in hujus Ecclesiæ Sedem consentiebat. Causa, cur mentem mutaverit, & Maximi partibus faverit, latet. Unum adhuc dum Maximo deerat, ut proposita perficeret, nempe pecunia; forte occurrit ei Presbyter ex insula Thasso, qui Constantinopolim venerat, marmor Proconesinum, exornandæ suæ Ecclesiæ, empturus; hunc blanditiis, &, spe pinguissimæ fortunæ facta, ita demulsit, ut operam promitteret, & allatam pecuniam traderet. Hoc argento Maximus ad conciliandos sibi eorum animos usus est, quos majori in S. Gregorium affectu ferri sciebat; dicebat, virum esse, cujus amicitia omnibus prosus esset inutilis, cum nihil ei supperetet, quod amicis daret. Præ aliis magnum numerum Remigum in suas partes traxit, qui speciem facerent populi, eum in Episcopum exoptantis, & si opus esset, armis defenderent. Occasio favere visa est, cum S. Gregorius ægrotaret, tum, omnibus, quid ageretur, ignaris, Ægyptii cum magna nautarum turba nocte Ecclesiam ingressi, Maximum solitis cæremoniis ordinare cœperunt; sed lux superveniens arcanum prodidit. Quid rei subsit primo Clericis, circa Ecclesiam habitantibus, suboluit, inde rumor per totam civitatem dimanavit. Protinus omnes ad Ecclesiam concurrere, Magistratus, privati

Maximus.

vati, peregrini, & ipsi Hæretici. Ægyptii Ecclesia cedere coacti, & in domum privatam cujusdam Tibicinis recepti, infimæ plebis hominibus, & non nullis excommunicatis comitantibus, ordinationem Maximi compleverunt, & prolixos capillos ejus abscíderunt, nam istos huc usque intactos reliquerant, plurimorum quondam scandalum. Sæculum IV. A. C. 380.

§. LX.

Maximus ab omnibus rejectus.

Indignum facinus totus Clerus, populusque Constantinopolitanus detestatus est. Omnia Maximi crimina in lucem proferebantur, & ipse, omnibus diris devotus, urbe pulsus. Interim Catholici, cum S. Gregorio in Anastasia congregati, sollicite eum custodiebant, nihil non, quod ad defensionem sui Pastoris faceret, agente. Ipse, dolore obrutus, Constantinopoli discedere statuit, suumque propositum populo celare nolens, valedicebat; ubi primam de abitu mentionem injecit, omnis congregatio cœpit resistere, discessus rumore per urbem sparso, plurimi advolare, omnesque unitis precibus obtestari, ut maneret, suique Episcopi titulum acceptaret; ipse usque ad lacrymas obluctabatur, sibimetipsi maledicens, si acceptaret, quod crederet, non licere sibi hanc Sedem occupare, nisi *Carm.* p. 17.

Sæculum IV. A. C. 380.

nisi in Episcoporum cœtu ritu solemni esset immissus. Tantum ergo populus rogabat, ne se inter lupos constitutum destitueret. Hæsit aliquamdiu dubius, videns, æquum esse, quod peterent, & tamen acquiescere nolens; ad noctem vergebat dies, omnesque juramento affirmabant, neminem eorum, donec promisisset non abire, pedem Ecclesia elaturum, & si omnibus moriendum foret; etiam vocem audire sibi videbatur, quod una secum S. Trinitatem Constantinopoli proscriberet. Tandem mansurum se promisit usque ad adventum quorumdam Episcoporum, qui brevi adfuturi exspectabantur. Petentibus autem, ut juraret, noluit, cum nunquam post acceptum Baptismum ullo juramento se obstrinxisset. Itaque Maximi scelus occasio fuit, ut affectus populi Catholici in S. Gregorium augmentum caperet; Hæreticos quoque spes sua delusit, fore, ut Catholicorum concordia fœdo schismate dirimeretur.

Or. 27. p. 466 Epist. Dam. in Con. Rom. an. 531. to. 4. p. 1699.

Maximus, Constantinopoli ejectus, cum Episcopis, qui eum ordinaverant, Thessalonicam ad Imperatorem Theodosium se contulit, petiitque Principis tutelam, ut in Sede Constantinopolitana confirmaretur; eum vero Theodosius cum indignatione repulit. S. Ascolus, & alii quinque Macedoniæ Episcopi ad Dama-

carm. 1. p. 16.

Damasum Papam, quidquid circa ordi- Sæculum IV.
nationem Maximi actum esset, perscripse- A. C. 380.
runt. Papa in suo Rescripto dicit, se ob
temeritatem Ægyptiorum vehementer *To.4. Conc. p. 1699.*
fuisse commotum, qui hominem ordi-
nassent, ne quidem Christianis accensen-
dum, (*) pallium Philosophorum, & Ido-
lolatrarum gestantem, &, quod pejus, con-
tra expressum Pauli mandatum comas *1. Cor. 11. 14.*
nutrientem. Subjungit: *Intellexi, Con-*
cilium proxime in urbe Constantinopoli-
tana celebrandum; hinc moneo, ut huic
Ecclesiæ Episcopum detis, virum irrepre-
hensibilem, & sic pax solide inter Catho-
licos firmetur. Illud quoque monitos vo-
lo, ne patiamini, ut contra Majorum no-
strorum leges Episcopus ab una urbe ad a-
liam transeat. In Epistola, ad S. Asco- *Ibid. p. 1700.*
lum speciatim data, iterum hortatur, ut
Cathedræ Constantinopolitanæ Episco-
pus, vir Catholicus, imponatur. Maxi-
mus, ab Imperatore Theodosio ignomi-
niose dimissus, Alexandriam rediit, &
quibusdam hominibus, semper vagis, pe-
cunia seductis, a Petro Episcopo insolen-
ter postulabat, ut se in Sedem Constan-
tinopolitanam assereret, adjectis minis,
ni faceret, ipsum Alexandrina Cathedra
deji-

(*) S. Damasus Maximi ordinationi contrarius est, quod bene notandum ob sequentem Interpretis Protestantis insignem calumniam.

Sæculum IV. A. C. 380.

dejiciendum. At Ægypti Præfectus, timens, ne tumultus excitarentur, Maximum urbe expulit, aliquamdiu deinde nihil movere ausum. (*)

§. LXI.

(*) In der hier beygesetzten Anmerkung läst sich der Protestant also hören: Weiter unten wird gemeldet werden, wie sich das in Italien gehaltene *Concilium* dieses Bösewichts als eines *Orthodoxen* Bruders angenommen, seine Wahl für rechtmäßig erkläret, und dagegen die Wahl des *Gregorius* verworfen habe . . . so findet man die Anlage dazu selbst in dem Schreiben des *Damasus*. . . . Da er nun (*Gregorius*) dem ungeachtet erwählet wurde, so mußte er einen Theil der Schmach Christi tragen, daß man ihm einen Barrabas vorzog, und die Wahl eines Menschen vertheidigte, der ein Schandfleck des christlichen Namens war. ꝛc.

Dasjenige, was der Uebersetzer hier meldet, kömmt vor Lib. XVIII. §. XVII. Nun ist es zwar wahr, daß die Patres eines Concilii, so in Italien gehalten worden, in welchem der heil. Ambrosius vorstund, zween Briefe an den Kayser Theodosius geschrieben, und in dem ersten sagten; sie hätten dem Maximus ihre Communion nicht abschlagen können. Es könnte auch dieser Streit nicht anders beygelegt werden, als wenn derjenige nach Constantinopel geschickt würde, welcher zuerst wäre ordiniret worden, nämlich der Maxi-

mus;

§. LXI.

Sæculum IV.
A. C. 380.

Ariani Constantinopoli ejecti.

Imperator Theodosius tandem Constantinopolim venit sub finem anni 380. id est 24. Nov. victis sæpius prœlio Barbaris. *Socr. V. c. 6. Marcel. Chr. an. 380. fast. Idac. an. 380.*

mus; oder wenn zu Rom, um beyder Ordination zu prüfen, ein Concilium, so aus abendländischen, und morgenländischen Bischöffen bestünde, gehalten würde. Denn, setzen sie hinzu, die Morgenländer dürfen kein Bedenken tragen, das Urtheil des Bischofs zu Rom, andrer benachbarten Bischöffe, und aus Italien anzunehmen. ꝛc.

Vor allem muß man beobachten, daß der Uebersetzer in diesem Orte auf seiner 444. Seite im XVIII. Buche die Worte: Oder wenn zu Rom, um beyder ꝛc. Und gleich wiederum: Das Urtheil des Bischofs zu Rom, unverschämt ausgelassen.

Ferner sieht man, daß diese Bischöffe, welche von der Person, und der Ordination des Maximus nicht gehörige Wissenschaft hatten, kein entscheidendes Urtheil über diese Sache sprechen wollen. Was aber den heil. Ambrosius, und die übrigen Bischöffe vollkommen rechtfertiget ist das, was folget, wie es der Protestant selbst auf seiner 444. Seite übersetzet: Der Kayser *Theodosius* antwortete auf diesen Brief, und benahm den Italiänischen Bischöffen ihre irrigen Meinungen. Er belehrte sie, was *Maximus* für ein Mensch sey. . . . Man ersiehet dieses auch aus dem zweyten Schreiben des *Ambrosius*, und

Sæculum IV. A. C. 380.

ris. Nihil tunc antiquius habuit, quam pacem Ecclesiæ reddere, & reducere animorum concordiam. Igitur Demophilo, Arianorum Episcopo, edici jubet, si vellet fidem Nicænam amplecti, populos in fide conjungeret, & in pace viveret. Demophilo, obtemperare detrectanti, renuntiari jubet Imperator: *Quia pacem odisti, & concordiam, impero, ut Ecclesiis cedas, & locis, quibus Christiani orare consueverunt.* Demophilus accepto imperio, videns, quod resistere non posset, populum suæ communionis convocavit, & in medio cœtu assurgens, ait: *Fratres mei! scriptum est in Evangelio: Si persecuti vos fuerint in hac urbe, fugite in aliam! cum igitur Imperator Ecclesias*

Chro. Pasch. p. 303. Soz. VII. c. 5.

---

der Italiänischen Bischöffe, als worinn sie dem Kayser danken, daß er die orientalischen Gemeinden mit den occidentalischen vereiniget und die Ränke, dadurch beyde in Mißhelligkeit gesetzet worden, aus dem Wege geräumet habe. Wie hat also dieser Uebersetzer mit Wahrheit schreiben können: Wie sich das in Italien gehaltene *Concilium* dieses Böswichts als eines *Orthodoxen* Bruders angenommen! Ey! daß er gleichwohl die Regel besser gelernet hätte? Mendacem oportet esse memorem. Er hat sich nämlich einmal vorgesetzet, in dieser Uebersetzung die Römische Kirche, und Päbste, schelten es mit der lieben Wahrheit gehen wie es wollte, zu lästern.

clesiis nos privet, indico vobis, nos crasti- Sæculum IV.
na extra civitatem conventuros! Hæc A. C. 380.
elocutus, exiit, & exinde conventus extra urbis Constantinopolitanæ mœnia egit. Lucius Anti-Episcopus Alexandri- *Philost. IX.*
nus, qui illinc depulsus Constantinopo- *c.* 19.
lim venerat, cum Demophilo exiit, qui post hæc Beream se contulit, & exactis annis sex satis functus est. Ita biduo postquam Theodosius Constantinopolim *Sup. l. XII.*
fuisset ingressus, id est, vigesima sexta *§.* 7.
Nov. anno 380. Ariani Ecclesiis Constantinopolitanis ejecti sunt, quas annos 40. ab anno 340. & ab Eusebio Nicomediensi, in locum S. Pauli intruso, possederant.

S. Gregorius Nazianzenus, mole turbarum, quæ ab ejus in hanc urbem adventu exstiterant, fatigatus (maxime vero ordinationem Maximi dolebat) discessum meditabatur. Imperator quidem virum clementissime habuit; ut primo *carm. I. p. 21.*
colloqui datum, honoribus, & laudibus cumulatum, ipse in possessionem majoris Ecclesiæ deducere voluit; infinitam Arianorum multitudinem hoc spectaculum excivit, iisque omnes plateæ redundabant; horum iracundiam, qua in Gregorium ardebant, sola Imperatoris præsentia continuit, nec eam aliter, quam gemitibus, & lacrymis prodere audebant. Ibat S. Gregorius militibus cum Impera-

Sæculum IV. A. C. 380.

tore medius, levatis in Cœlum oculis, & in Ecclesiam pervenit, vix conscius, quid secum ageretur. Tempus erat matutinum, & obscura tempestas, ubi vero Imperator, & S. Gregorius, clathros prætergressi, in Sanctuario steterunt, omnisque populus fidelis voces, manusque in Dei Laudes elevavit, dissipatis subito nubibus, tota Ecclesia clarissima luce illustrata est, & populus Catholicus ingenti gaudio perfusus.

Tunc igitur, quod prius non erant ausi, magnis clamoribus ab Imperatore petierunt, ut gaudium redderet plenum, sibique Gregorium Episcopum daret; idem cum populo Magistratus rogabant, idem mulieres e Xistis suis, læsa non nihil sexus modestia, fœmineo clamore postulabant. S. Gregorius præ stupore loqui non valens, Sacerdotem unum, qui proximus eum sedebat, suo nomine dicere ad populum rogavit: *Sistite amici! clamores inhibete! nihil modo agitur, quam ut Deo dicamus summas gratias. Tempus deinde abunde erit, quo graviora perficiamus.* His verbis populus manibus applausit, admirans viri modestiam, eoque iterum laudato, Imperator recessit. Hoc modo conventus iste solutus; nec pluribus opus fuit ad continendum populum hæreticum, quam semel enses nudare, iterumque recondere. Quamvis autem has

hac prima die S. Gregorius in Sede Episcopali considere recusaverit, postmodum tamen zelus populi etiam reluctantem in ea collocavit, quod amicorum optimis ægre ignoscere potuit, nam id contra canones factum dicebat. Ut ut enim ipse Ecclesiam nullam haberet, & Ecclesia Constantinopolitana vacaret, aderat tamen Concilii Antiocheni canon, prohibens, ne Episcopus vacans Ecclesiam vacantem sine Legitimi Concilii auctoritate occuparet. Præterea ordinatio Maximi, quantumcunque irregularis, saltem in tantum obstabat, quod S. Gregorii Adversariis materiam cavillandi præberet; ipse vero cura singulari inimicis parcebat, non modo tempore, & favore Principis uti noluit, ut eorum confunderet superbiam, sed eos sibi conciliare, & convertere conabatur; alios a propriæ conscientiæ morsu, quem timebant, liberavit, aliorum necessitatibus subvenit.

Sæculum IV. A. C. 380.

p. 23.

p. 28.

can. 16. *Sup. L. XII. §.* 12

§. LXII.

S. Gregorii Nazianzeni Lenitas.

Illa die qua Theodosius Gregorium ad Ecclesiam deduxerat, cum deinde labore fessus, & infirmus in suo cubiculo decumberet, non nulli ex populo ingressi sunt, & viro sancto congratulati, actisque Deo, & Imperatori gratiis, quibus tantam diei lætitiam in acceptis referebant,

Carm. 1. *p.* 22.

p. 23.

Sæculum IV. A. C. 380.

bant, receſſere; ſed Gregorius, conſpecto inter eos juvene vultu pallido, longis capillis, & veſte, qualem afflictiſſimi induere ſolebant, exterritus, pedes ejus lectum extendit, ſurrecturus. Aliis diſcedentibus, juvenis ad ejus pedes provolvitur, tacitus, & quaſi timore obſtupeſcens. S. Gregorius interrogabat, quis eſſet? & quid vellet? ipſe nihil reſpondens, gemebat, ejulabat, manusque miſerum in modum contorquebat. Hoc ſpectaculo S. Gregorius ad lacrymas commotus; cumque vox a juvene elici non poſſet, injectis manibus a Viri ſancti genibus abſtractus eſt, dixitque ex adſtantibus aliquis: *Parricida eſt, qui te jugulaſſet, niſi Deus malum avertiſſet; adeſt ſui ipſius accuſator, huc eum carnifex conſcientia adegit.* S. Gregorius teneriſſimo affectu ad latronem ait: *Deus te conſervet! humaniter mihi habendus es, cum me ipſum Deus ſervaverit! debitorem meum crimen tuum te fecit, jam ſapientage, ut dignus Deo, & me evadas!* Hac S. Viri lenitas, per urbem vulgata, civium omnium animos plurimum mitigavit.

Or. 48.

Alia vice, veroſimiliter ante adventum Imperatoris, Virum ſanctum lapidibus Ariani inſectati ſunt, in ipſa Eccleſia operantem Sacris, quæ eo tumultu turbata; atque, ut contemptus injuriantium vilitate creſceret, id factum a Monialibus,

Mona-

Monachis, & pauperibus, Arianorum fa- Sæculum IV.
ctionem sequentibus. De his ita ad Theo- A. C. 380.
dorum, postmodum Episcopum Tya-
næum, his malis vehementer afflictum,
scripsit: *Prudenter doles! forte tamen* Ep. 81. ad
utilius est, patientiæ exemplum dare, nam Theod.
plerique mortalium non tam verbis, quam p. 839.
factis moventur. Expedit, puniri malos ad correctionem aliorum, majus autem est, & magis ad Divinitatem accedit, pati; uno modo malos terrore retinemus, altero ad bonum convertimus. Utamur occasione, eosque bonitate nostra vincamus, & ad veram Religionem reducamus; faciamus, ut potius suam conscientiam exhorreant, quam vindictam nostram pertimescant. Ne demus locum Diabolo, qui a nobis optimi operis fructum aufferre adlaborat.

Imperator S. Gregorio possessionem p. 23.
dederat domus Episcopalis, & reddituum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, qui pinguissimi esse ferebantur, ob Maximorum in orbe Principum donationes, a primordio suæ fundationis factas. In hujus Ecclesiæ thesauris visebantur vasa, & res pretiosissimæ, tributa etiam, & colligendæ pensiones in plurimis locis constitutæ. S. Gregorius nullas rationes horum reddituum in Prædecessorum suorum scriptis, nihil in tabulis notatum invenit, nec bonorum Ecclesiæ positi collectores eum, quid his factum esset, edocere potuerunt;

Sæculum IV. A. C. 380.

tuerunt; tanta sub Arianis Præsulibus profusio fuit. Erant, qui S. Gregorio suadebant, ut, adhibita Laicorum opera, solerter, & rigide in prædecessorum administrationem inquireret; sed non persuaserunt, dicenti, neminem Deo rationem redditurum, nisi de iis, quæ accepisset, non autem de iis, quæ accipere oportuisset. Probrosum esse Religioni ducebat, ut Laicus Ecclesiæ negotia curaret, & quamvis præsciret, hanc suam moderationem ab avaris reprehendendam, tamen viris probis probandam non dubitabat; nam avaritia omnes quidem invidiosos reddit, maxime autem viros Ecclesiasticos; jamque illo tempore funestos avaritiæ Clericorum effectus videre erat. Ita Gregorius hac super materia scripsit; ipse quiete in domo sua vivebat, dum alii viris potentibus, Eunuchis Cæsaris, & cubiculariis adulabantur, & mille fraudibus agebant, ut se se in Cæsaris gratiam intruderent. Gregorius non, nisi urgente necessitate, Magnatibus loquebatur, cum pro miseris petendum esset beneficium. Ad mensam Cæsaris invitatus, & accumbens, non parum illa reverentia, Regibus debita, torquebatur, ob quam liberæ menti ea edicere, quæ sentit, non liceat.

carm. I. p. 23.

carm. 10.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XVIII.

DAMASUS, PAPA.
GRATIANUS, VALENTINIANUS II.
ET THEODOSIUS, IMPERATORES.

§. I.

Concilium Constantinopolitanum.

Cum Theodosio Imperatori nihil ita cordi esset, ac omnium Ecclesiarum concordia, initio Regni sui statuerat, cunctos Episcopos sibi subjectos Constantinopolim convocare; Pastor deerat vastissimæ urbi. S. Gregorius discessurus erat. Nulla erat ordinatio Maximi, qui

Sæculum IV. A. C. 381.

Theod. V. c. 6 Socr. V. c. 8.

Sæculum IV. A. C. 381.

nihilominus ſuos Sectatores habebat. Schiſma Eccleſiæ Antiochenæ adhucdum durabat. Non nulli ſperabant, Macedonianos quoque ad ſinum Eccleſiæ reduci poſſe. Ergo Theodoſii juſſu (*) Concilium congregatur menſe Majo. Eucherio & Syagrio Conſulibus. Seu anno 381. Adfuere centum quinquaginta Epiſcopi Catholici, quorum præcipui erant, S. Meletius Antiochenus cum duobus ſuis Presbyteris Flaviano, & Elpidio. Helladius Cæſarienſis in Cappadocia, S. Baſilii Succeſſor. S. Gregorius Nyſſenus. S. Petrus Sebaſtenus, frater ejus. S. Amphilochus Iconienſis. Optimus Antiochenus in Piſidia. Diodorus Tarſenſis. S. Pelagius Laodicenus. S. Eulogius Edeſſenus. Acacius Bereenſis in Syria. Iſidorus Cyrenſis. S. Cyrillus Jeroſolymitanus. Et Nepos ejus, Gelaſius Cæſarienſis in Palæſtina. In ſubſcriptionibus quoque viſuntur Dionyſius Dioſpolitanus in Palæſtina.

Martell. Chr. an. 381. Chro. Paſch. eod. an. p. 304

Soz. VII. c. 7. Theod. V. hiſt. c. 8.

(*) Concilium iſtud, ſicut bene notat Anonymus I. non ſolius Theodoſii, ſed etiam S. Damaſi Papæ Auctoritate convocatum. Id enim certum eſt ex Epiſtola Patrum hujus Concilii anno ſequenti ad S. Damaſum data. *Convenerimus enim Conſtantinopolim ex litteris ſuperioris anno a Veſtra Reverentia poſt Aquilejenſe Concilium ad Cariſſimum Deo Imperatorem miſſis.* Theodoretus Lib. V. Cap. VIII. Concil. Tom. II.

Sæculum IV. A. C. 381.

læstina. Vitus Carrensis in Mesopotamia. Abraham Bathenensis. Antiochus Samosatenus, S. Eusebii Nepos, & Successor. Bosphorus Colonensis in Cappadocia. Otreus Melitinensis in Armenia. Omnes aliunde, & præsertim ex S. Basilii Epistolis noti. Quibus necdum adnumerati sunt Episcopi Ægypti, & Macedoniæ, qui deinde venerunt. Theodosius etiam Episcopos Sectæ Macedonianæ advocavit, non omni spe abjecta, eos Ecclesiæ reconciliari posse; adveneruntque triginta sex viri, plerique ex Hellesponto; potiores inter eos erant Eleusius Cyzizenus, & Marcianus Lampsacenus. Qui centum octogintaEpiscoposConciliiConstantinopolitani numerarunt, verosimiliter etiam Macedonianos adjunxerunt. Ad hoc Concilium solius Orientis Episcopi vocati sunt, nam Theodosius, qui convocaverat, non alios Episcopos quam suæ Ditionis accivit, & Hæreses, quæ erant reprimendæ, in solo Oriente grassabantur. Nemo legitur Nomine S. Damasi, aliorumve Occidentalium interfuisse, nihilominus velut secundum Concilium Oecumenicum, seu Universale agnoscitur, ob consensum postea ab Occidentalibus præstitum, circa ea, quæ de fide fuerant definita.

Prosper. Chron. an. 381. Theod. V. c. 6. 7.

v. Pagi. an. 381. n. 4. 5. 6.

S. Meletius primum Concilio præfuit, cui honorem haud vulgarem Theodosius

Theod. V. c. 6

Sæculum IV. A. C. 381.

dosius exhibebat. In memoriam redibat Imperatori, sibi post insignem victoriam, de Barbaris reportatam, in somnio S. Meletium occurrisse, pallium Cæreum suis humeris circumdantem, & coronam imponentem capiti. Redeunte luce somnium uni amicorum narravit, qui respondit, somnium esse clarissimum, & sine ænigmate; vera prædixisse Morpheum, eventus monstravit, quippe paucos post dies Theodosius a Gratiano ad Imperii societatem assumptus est. Dum igitur Episcopi ad celebrandum Concilium Constantinopoli erant congregati, & Regiam intrabant, ut salutem dicerent Imperatori, præcepit, ne quis ipsi Meletium ostenderet, sed facile exhibitam sibi antea speciem agnovit, & præteritis aliis in ejus amplexum festinavit, os, oculos, pectus, manum, qua ipsum coronaverat, osculatus. Præsagia deinde, sibi in somno ostensa, narravit. Reliquis etiam sinceræ amicitiæ signa dedit, rogavitque tanquam Filius Patres suos, ut Ecclesiæ rebus consulerent.

Ibid. c. 7.

Nihil minus moram patiebatur, quam Electio Episcopi, qui Sedem Constantinopolitanam occuparet; igitur ante omnia ordinationem Maximi nullam pronuntiarunt Patres, & expressum Canonem hac super re condiderunt, hujus tenoris; Maximum Cynicum nec unquam fuisse, nec

Conc. C. P. can. 4.

nec jam esse Episcopum; quos promo- Sæculum IV.
visset ad quemcunque Clericorum gra- A. C. 381.
dum, Clericis non esse accensendos, atque
omnia pro ipso, vel ab ipso facta nullius *Soz. VII. c. 9*
esse valoris. Tum Imperator, qui S. Gregorii Nazianzeni virtutem, & eloquentiam suspiciebat, desiderare se dixit, ut in Sedem Constantinopolitanam collocaretur; ipse primo cum clamore, & lacrymis resistebat, sed tandem flecti se passus *carm. I. p. 24.*
est, sperans se, ut ipse fatetur, ob situm urbis Constantinopolitanæ Ecclesias Orientalem, & Occidentalem conciliandi (*) occasionem nacturum, a tanto tempore ob schisma Antiochenum divisas. Itaque, quod Imperator optabat, S. Gregorius a S. Meletio, aliisque Concilii Episcopis solemniter Episcopus Constantinopolitanus constitutus est.

§. II.

S. Meletii obitus.

Haud multo post S. Meletius Constan- *Greg. Nyss.*
tinopoli vivis excessit, ubi sæpius *or. in Melet.*
ad *p.* 1024. *to.* 2.

(*) Ex Schismate Antiocheno non est ortum Schisma inter Ecclesiam Orientalem, & Occidentalem; nam quamvis Papa S. Paulinum tanquam Episcopum Antiochenum agnovisset, nunquam tamen S. Meletium, nec illos Orientales, qui eum sequebantur, a sua Communione exclusit.

Sæculum IV. A. C. 381.

ad instruendum populum pro Concione dixerat. Amicos circumstantes ad ultimum vitæ halitum ad pacem hortabatur. Corpus ejus multis odoramentis conditum, lino, & serico involutum, & in Ecclesia Apostolorum depositum, donec Antiochiam deferretur. S. Meletii exequiis nihil splendidius; has enim populi frequentia, innumeræ accensæ faces, Psalmorum cantus, pluribus choris, & diversis linguis repetitus, exornavit. Non nulli linteа Viri sancti capiti admovebant, quæ deinde concisa in populum dividebantur, & servabantur, futura in periculis præsidia. (*) Quicunque inter Concilii Episcopos aliqua eloquentiæ laude celebraretur, orationem funebrem pronuntiavit. Nulla autem earum nobis superest, nisi quam S. Gregorius Nyssenus dixit; in ea tantum jacturam deplorat, quam Ecclesia Viri sancti decessu patiebatur, & exequiarum pompam describit, nam qui ante eum dixerant, debitis laudibus defuncti virtutes, & inita pro fide certamina exornaverant. S. Gregorius, ut populum fidelem soletur, de S. Meletio dicit: *Jam Deo loquitur facie ad faciem,*

Greg. Naz. carm. 1. p. 25.

Greg. Nyss. p. 1026.

Theod. V. hist. c. 8.

Greg. Nyss. p. 1026.

(*) Testimonium irrefragabile! quod antiqui Christiani crediderint, se Beatorum Intercessione posse juvari.

ciem, atque orat pro nobis, (*) *& pro ignorantiis populi.* Dum deinde S. Meletii Reliquiæ Antiochiam translatæ sunt, uni- Sæculum IV. A. C. 381. *Greg. Naz. carm. I. p. 25 Soz. VIII. c. 10.*

(*) Alter eximiæ Auctoritatis Testis, quod Sancti pro nobis orent. In Theologia Mariana anno 1758. Edita, Auctor contra aliquem Neotericum contendit, Sanctos in Cœlo pro nobis orare non solum Oratione communi, sed etiam particulari, & affert Exemplum Christi: *Qui Mortem suam non solum obtulit pro omnibus in communi, ac promiscue, cum sufficientia ad omnes salvandos, sed etiam pro quibusdam in particulari cum efficacia ad salutem infallibiliter consequendam. Unde dicit Apostolus ad Gal. 2. tradidit semetipsum pro me. &c.*

At vero ex Christi Morientis Exemplo non sequitur, quod Auctor inferre nititur; Nam sicut JEsus Christus æque pro uno homine ac pro altero mortuus est, & æque pro uno ac pro altero mortem suam divino Patri perpetuo offert (quia mori, & mortem offerre est unum, & idem, & ipsa Mors est Oblatio, seu Sacrificium) & sicut quilibet reprobus æque ac S. Paulus verissime potest dicere: *Tradidit semetipsum pro me;* Ita etiam Beatissima Virgo, & Sancti in cælo, oratione perpetua, & communi, pro singulis æquali erga unum ac alterum affectu orant. Quod vero Oratio Beatorum, qui in Verbo vident, quid Deo acceptum sit, & in quibus sint exaudiendi, in effectu non æque uni prosit ac alteri, hujus diversitatis causa non in Oratione Sanctorum particulari, sed in inscrutabili Dei Bene-

Sæculum IV. A. C. 381.

universi cives Constantinopolitani, portis egressi, comitabantur. Plurimi, toto itinere funus prosecuti, alternantibus choris Psalmos cantabant. Præterea imperator mandatum edidit, ut sanctum hoc corpus in omnes civitates admitteretur, contra morem Romanorum, hominum cadavera intra mœnia recipere omnium ducentium. Corpus Sancti penes S. Babylam terræ mandatum est in Ecclesia, quam ipse ad hujus Martyris honorem ædificaverat. S. Meletius Ecclesiam Antiochenam viginti annis rexit; toto Oriente celebratus, quippe divinum Meletium appellare solebant. Laudibus, quas ei tribuunt S. Basilius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius Nyssenus, S. Chrysostomus, & Theodoretus superadi nihil potest. Ipse S. Epiphanius, quamvis communione Paulino junctus, in Tra-

Sup. l. XIV. §. 31.

Hær. 73. n. 35.

ctatu

Beneplacito, aut in diverso Clientum in terris orantium fervore, & dispositione, secundum S. Thomam quærenda est; sicut etiam ex parte Christi Mortem suam offerentis nihil se tenet, quo minus unus salvetur præ altero, sed ex incomprehensibili Prædestinatione Dei, & culpa hominis. Alias Damnatorum aliquis conqueri posset; Si Christus *pro me in particulari mortem suam obtulisset cum efficacia ad salutem infallibiliter consequendam*, etiam ego salvatus fuissem.

De hac Quæstione occurret alia Annotatio.

ctatu de Hæresibus, illo vivente, scripto, illius virtutes summis laudibus extollit, & conservatum Meletii sermonem, quem Antiochiæ pronuntiavit, ad nos transmisit, unicum, quod habemus, hujus Auctoris opus. Tandem Occidens, & Ecclesia Romana, licet aliquanto tempore averso a Meletio animo, & in Paulinum prono fuerit, S. Meletio satisfecit, dum eundem Sanctorum numero adscripsit, & ejus exorat Patrocinium, illa die, qua a Græcis honoratur, nempe 12. Febr. Talem vero honorem Ecclesia Romana Paulino non exhibet. (*)

Sæculum IV. A. C. 381.

Mart. Rom. 12. & ibi Baron.

§. III.

(*) Hier lautet eine kleine Anmerkung des Uebersetzers also: Darüber muß man sich auch nicht wundern; indem sehr viele unter die Zahl der Heiligen aufgenommen worden, von denen noch nicht erwiesen ist, daß sie jemals gelebet. Viele darunter gewesen, die man hernach selbst in der Römischen Kirche um ihrer Unwürdigkeit willen aus dem Himmel heraus gewiesen ꝛc. ꝛc.

Mein Herr Uebersetzer! wenn man sich schon ein und andersmal in dem Calender der Heiligen geirret, so bleiben zwey Dinge gleichwohl wahr; daß er ein kahler Spötter sey, und die römische Kirche diejenige, in welcher allein man sein Heil finden kann.

Sæculum IV. A. C. 381.

§. III.

Electio Flaviani.

Cum S. Meletii funere Schisma Antiochenum expiraturum videri posset, quippe inter eos convenerat, ut ille, qui alteri superviveret, solus Catholicorum Episcopus esset. Etiam hoc pactum ferebatur juratum fuisse a sex Presbyteris Meletianis, & inter eos a Flaviano, ex quibus unum fore eligendum verosimile erat, imo dicebantur, non solum juramento se obligasse, quod hanc Dignitatem quærere nollent, sed etiam, si ultro offerretur, accipere. His ita constitutis nihil obstare debebat, quo minus Paulinus solus Episcopus Antiochenus agnosceretur. Nec ullus amplius Episcopus Arianus aderat, qui litem moveret, nam Dorotheus, jubente Theodosio expulsus, in Thraciam, Patriam suam, commigraverat, & qui Antiochiæ Ariani supererant, duos Presbyteros Rectores sequebantur Asterium, & Crispinum, quibus tamen Eunomius communionem denegavit; tanta erat inter ipsos Arianos divisio!

Socr. V. c. 5.
Soz. VII. c. 3
Philost. IX. c. 3. & 10.
c. 1.

Quamvis multa essent, quæ suaderent, Paulinum solum Præsulem Antiochenum esse agnoscendum, tamen Patribus Constantinopoli congregatis visum, deliberandum esse, de eligendo S. Mele-

Greg. Naz. carm. 1. p. 25.

tii

tii Successore. Huic opinioni S. Gregorius Nazianzenus fortiter repugnabat, & eo magis, quod a se Neo-Electo imponendæ manus fuissent; nam S. Meletii morte ipse Concilii Præses evaserat. *Unius tantum Civitatis*, inquiebat: *rationem habetis, cum magis ad Ecclesiæ universalis Bonum esset attendendum. Et si duo Angeli contestarentur, æquum non esset, ut eorum divisione totus Mundus turbaretur. Vivente Meletio Occidentalium aversio excusari poterat, ne deerat spes, eos ipsius mansuetudine conciliari posse. Nunc igitur, cum Deus dederit nobis pacem, conservanda est. Permittamus Paulinum sedere in Sede, quam occupat; vir Senex est; mors ejus breve post tempus Schismati finem faciet. Expedit non nunquam, ut vinci patiamur; ne vero quis putet, me proprii commodi causa moveri, aliam a vobis gratiam non expeto, quam ut libere liceat cedere Sede mea, & reliquos vitæ dies tam gloriæ, quam periculi expertes transigere.*

Sæculum IV. A. C. 381.

Episcopi ætate juniores huic S. Gregorii consilio se se vehementer opposuerunt, atque Seniores in eandem traxere sententiam. Nempe adduci non poterant, ut Occidentalibus cederent, nec ullum solidius argumentum proferebant, nisi illud, potiorem esse debere Orientis sententiam, eo quod JEsus Christus in

carm. 1. p. 27.

Sæculum IV. A. C. 381.

Oriente apparere voluiſſet. Ergo Flavianus Presbyter Antiochenus in S. Meletii Succeſſorem ab omnibus Orientis Epiſcopis, conſentiente Eccleſia Antiochena, electus eſt; ſcilicet exceptis Paulini Sectatoribus. Quamvis Flavianus illo gradu eſſet digniſſimus, nihilominus S. Gregorius in ſua ſententia firmus perſtitit, nec, quantumcunque amicorum optimi urgerent, permovere potuerunt, ut hanc Electionem ratam haberet; imo multo magis in propoſito Sede Conſtantinopolitana cedendi confirmatus eſt. A conventibus abeſſe cœpit, a quibus carm. 1. p. 28. ordinem proſcriptum videbat, nempe ejus invaletudo excuſationem præbebat. Etiam habitationem mutavit, & migravit e Domo Eccleſiæ contigua, in qua Concilium agebatur; eam Domum Epiſcopalem fuiſſe, conjectura eſt. Multi ex populo, quibus S. Gregorius charissimus fuerat, cum viderent, eum ſerio Sedem Conſtantinopolitanam relinquere paratum eſſe, cum lacrymis obteſtabantur, ne opus tam bene inceptum deſereret, & quodcunque vitæ ſupereſſet, Eccleſiæ bono impenderet. Ipſe quamvis tenerrimis precibus ſuorum tangeretur, flecti tamen non potuit, & novæ turbæ ſupervenientes permovere, ut diſcederet.

Tum

Tunc ad Concilium convocati sunt Ægypti, & Macedoniæ Episcopi, quibus præsentibus facilius pax reduci posset; & celeriter advenerunt. Ægyptiorum Princeps erat Timotheus, Episcopus Alexandrinus, qui ante breve tempus Petro, fratri suo, S. Athanasii Successori, successerat, & simul cum Petro Communioni Episcoporum Occidentalium adhærebat. Præcipuus inter Episcopos Macedoniæ erat Ascolus Thessalonicensis. Episcopi Ægypti, & Macedoniæ Constantinopolim advenientes in S. Gregorium, & Orientales admodum commoti videbantur, & ipsos non minus iracundia ferventes. Occidentales, nam ita ab aliis Ægyptii, & Macedones vocabantur, querebantur, violatos canones, dum Gregorius, alterius Sedis Episcopus, ad Ecclesiam Constantinopolitanam fuisset ordinatus. Ipse vero dicebat, hos canones vix amplius observari; diu esse, ex quo Sedem Sasimensem reliquisset, Nazianzenæ autem Ecclesiæ, quamvis id sibi objiceretur, Episcopum nunquam fuisse. Ægyptii, & Macedones ita querebantur, quod magis omnia ab Orientalibus acta averarentur, quam S. Gregorium odissent, aut alium in ejus locum sufficere cuperent; idque secreto eidem fatebantur.

Sæculum IV
A. C. 381.

Carm. 1. *p.* 28. *Sozom. VII. c.* 7.

Epist. Conc.

Aquil. to. 2, *Conc. p.* 1000

ibid. p. 1000.

Ruff. II. hist. c. 9.

Præf. in orat. 49. *Greg. p.* 727.

Sæculum IV. A. C. 381.

§. IV.

S. Gregorii Nazianzeni abitus.

Theod. l. 8. Carm. 1. p. 29.

V. Sanctus Gregorius Nazianzenus recuperandæ libertatis occasione, quam tandiu optaverat, avide occupata, Conventum Episcoporum ingressus, ait; nihil esse, quod ipse unquam ferventius desideraſſet, quam ad unionem Ecclesiæ quidquam conferre, subjungens: *Si mea Electio has turbas ciet, Jonas ero, projicite me in mare, ut tempestas cesset, quamvis ego eam non excitaverim. Si cæteri omnes meum exemplum sequerentur, quam facile, & cito omnes in Ecclesia lites consopirentur? Senectus mea, & morborum multitudo discessum suadent, & quietem. Id unice opto, ut Successori meo fidem strenue defendendi zelus non desit.* His dictis, Congregatione excessit, lætus, quod tantum onus deposuisset; hanc tamen lætitiam dolor ob separationem a populo suo, quem tenere diligebat, temperabat. Omnes Episcopi, facilius quam expedire videbatur, in hanc dimissionem consenserunt. S. Gregorius deinde Imperatorem adiens, multis præsentibus, inquit: *Domine! est, quod & alii facere solent, quam a te petam, Gratia. Non aurum peto, non marmor, non pannos Attalicos, sacræ mensæ ornamenta, non pinguia propinquis meis munera, bis majus aliquid meritus*

P. 30.

meritus mihi videor. Liceat mihi cedere invidiæ! omnibus invisus sum, etiam amicis meis, quia nemini, nisi soli Deo placere studeo. Nosti, quod invitum in hanc Sedem collocaveris! Laudavit Imperator sermonem, applausere adstantes; sed Gregorius, quod petiit, obtinuit.

Causæ in vulgus sparsæ, cur Episcopi ita facile in S. Gregorii abdicationem consensissent, erant turbæ, quas ejus Electio excitasset, & corporis infirmitas; arcana vero erat, invidia, qua plerique viri Eloquentiam, eruditionem, & morum severitatem persequebantur, hi enim aliorum fastum, luxumque tacite damnabant. Quibusdam, etiam Catholicis, displicebat, quod tam aperte Divinitatem Spiritus S. prædicaret. Aliqui autem, S. Gregorium contemni, impatientissime tulerunt, & ubi viderunt, omnes in ejus discessum consentire, alii manibus occluserunt aures suas, alii palmas contorserunt, & ex Concilio auffugerunt, ne, si alius in Gregorii sedem imponeretur, spectatores esse cogerentur. Ut hos amicos, populum suum, & Clericos consolaretur, in magna Ecclesia Constantinopoli, præsentibus Concilii Episcopis, sermonem, quo suis valedicit, celeberrimum pronuntiavit. Episcopis conversationis suæ rationem reddit; quam miser status Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuerit, cum

Carm. 1. *p.* 30.

Or. 32.

Sæculum IV. A. C. 381.

ipse adveniret, memorat, & quantum se Pastore incrementum sumpserit. Exponit fidem, quam oves suas docuisset, summatim Mysterium S. Trinitatis explicans. In hac expositione, ut omnibus disceptationibus finem imponat, utitur voce, Persona, nempe *Prosopon*, utpote voci, Hypostasis, æquipollente, si utraque bene intelligatur. Affirmat, se absque ullius proprii commodi utilitate hanc Ecclesiam rexisse, & nullam aliam mercedem petit, quam abeundi licentiam. Quæ sibi objiciebantur, diluit, & fatetur, quam parum sibi curæ sit, mundo placere. Tandem valedicens Ecclesiæ suæ, speciatim charissimæ suæ Anastasiæ, Throno suo Episcopali, Clericis, populo, Imperatori, aulæ, omnibus, & singulis finem dicendi facit.

p. 511.
p. 520.
p. 523.
p. 525.
p. 527.

Testamentum S. Gregorii in manibus nostris est, datum ultima Dec. hujus anni 381. assumit sibi Nomen Episcopi Constantinopolitani, atque hunc titulum etiam post suam resignationem, ut hodieque fit, retinuisse, credendum est. Hoc testamentum omnibus juris Romani solemnitatibus vestitum est. Hæredem dicit Gregorium, Diaconum, & Monachum, Libertum suum cum onere, ut omnia Ecclesiæ Nazianzenæ jure fidei-commissi restituat. S. Gregorius dicit, se hoc facto Parentum suorum voluntatem exequi,

App. to. 1.

qui, qui promiserant, omnia bona sua daturos pauperibus, jamque a se ipso ea pauperibus esse relicta, constitutis tribus administratoribus, Marcello Diacono, & Monacho, Gregorio Hærede suo, & Eustathio Monacho, qui etiam servus ejus fuerat. Omnibus, quos manumiserat, libertatem, & peculium eorum confirmat. Quædam Gregorio hæredi suo, & Monacho Eustathio particulariter legat. Virgini, cui nomen Russiana, annuam pensionem, qua sustentabatur, & habitationem, ubi ipsa vellet, in futurum asserit; eidem duas puellas servas, quas ipsa eligat, donat, ut, quamdiu vixerit, apud se retineat; potestatem etiam facit eas manumittendi, nisi faciat, vult, ut Ecclesiæ Nazianzenæ serviant. Servos duos manumittit, quorum unus est Theodosius, ejus Notarius, & Legatum donat alteri Notario; erant nempe illi, qui ab eo dictata notis scribebant. Sæculum IV. A. C. 381.

Alypianæ, quam charam filiam suam appellat, excusat, quod ei nihil leget. Declarat vero, quod Eugeniæ, & Nonnæ nullam rationem habeat, quia vita earum erat reprehensione digna. Istæ erant S. Gregorii Neptes, quæ necessario debebant nominari, & causa, cur hæreditate excluderentur, apponi, ne querelam inofficiosi testamenti movere possent. Hoc est, quod exhæredari cum elogio dicebatur.

Sæculum IV. A.C. 381.

Alypianam filiam ſuam, & Melecium, qui eam duxerat, generum ſuum vocat, forte ideo, quod eam adoptaſſet, nam aliunde conſtat, S. Gregorium ſemper continentiam ſervaſſe. Hoc teſtamentum a ſeptem teſtibus erat ſignatum, inter quos primus viſitur S. Amphilochius, & ultimus Cledonius Presbyter Iconienſis. Alii ſunt ejusdem Provinciæ Epiſcopi, ex quo conjectari licet, eum hoc Teſtamentum in Aſia poſt reditum ſuum, forte occaſione cujusdam Concilii, condidiſſe.

§. V.

Ordinatio Nectarii.

Soz. VII. c. 7. 8.

Sancti Gregorii abdicatione acceptata, in Concilio de eligendo Succeſſore deliberari cœptum. Imperator Epiſcopos hortabatur, ut ſingulari cura perpenderent, quis eo faſtigio eſſet digniſſimus; ſed Epiſcopi hac ſuper electione diſſidebant. Tunc forte Conſtantinopoli morabatur vir Senex, cui nomen Nectarius, conditionis Dignitate, ſenio, & optimo vultu ſpectatiſſimus. Is natus Tarſi in Cilicia ex Patriciorum familia, urbis illius Præturam gerebat. Viri pietatem, & blandos mores omnes admirabantur, ſed necdum erat baptizatus. Cum proximis diebus in Patriam eſſet reverſurus, ad Diodorum, Epiſcopum Tarſenſem in-

Theod. V. c. 8.

viſit,

visit, ut quæreret, num aliqua haberet, quæ domum suis mandaret, suamque operam ad ferendas epistolas condicebat. Illa hora Diodorus de electione viri in Sedem Constantinopolitanam immittendi tacitus cogitabat, utque vidit Nectarii pulchram canitiem, vultus Majestatem, & conversationis mansuetudinem, existimavit, hunc virum vacanti Sedi digne præfuturum; & huic cogitationi constantius inhæsit. Igitur eo ad Episcopum Antiochenum, nempe Flavianum, perducto, de ejusdem dotibus colloqui cœpit, rogavitque, ut serio ad ejus merita attenderet. Cum illo tempore deliberaretur, quisnam vir inter cœteros clarissimus Sedi Constantinopolitanæ esset imponendus? a Diodoro facta mentio de hoc Nectario Flaviano risum movit. Nihilominus vocatum iterum ad se Nectarium rogavit, ut discessum, quem parabat, aliquamdiu differret. Post aliquot dies jussit Imperator, ut Episcopi in tabula nomina eorum, quos Episcopatu dignos censerent, scriberent, sibique, quem vellet, ex conscriptis nominandi libertatem reservavit. Quisque suam paravit schedam, & Episcopus Antiochenus, postquam omnes, quos eligibiles æstimabat, posuisset, omnium ultimo, ut placeret Diodoro, adjunxit Nectarium. Imperator, perlectis Nominibus, in nomine

Sæculum IV. A. C. 381.

Sæculum IV. A. C. 381.

mine Nectarii hæsit, pollice ultimam lineam notans, & secum tacite deliberans; tum omnium nominibus secundo lustratis, elegit Nectarium. Omnes mirari, omnes quærere, quis esset Nectarius? quæ viri conditio, quæ patria? ubi autem rescitum, necdum esse baptizatum, multo magis cuncti Imperatoris electionem obstupescebant. Ipsum Diodorum ætate Nectarii deceptum credunt, ut putaret, eum esse baptizatum, & non ausurum fuisse, eundem inter Candidatos apponere, si sciviſſet, non baptizatum. Ut ut autem res se habeat, hanc Electionem singulariter disponente Numine contigisse, omnibus visum, nam dum ad Imperatorem relatum, virum necdum sacro fonte ablutum fuisse, reluctantibus licet quibusdam Episcopis, in sua opinione perseveravit. Tandem omnes Principis voluntati, & desiderio populi, Nectarium postulantis, cessere; ergo baptizatur, & adhucdum vestem Neophytorum candidam gerens, communi totius Concilii consensu Episcopus Constantinopolitanus pronuntiatur. Observatum, duos Gregorios particulatim nempe Nazianzenum, & Nyssenum cum Diodoro Tarsensi in hanc Electionem consensisse. Imperator Theodosius Legatos purpuratos misit cum Episcopis, qui a Papa epistolam formatam, Electionem Nectarii confirmantem, peterent.

Socr. V. c. 8.

Domnus ap. Facund. lib. VIII. c. 5.

Bonif. ep. ad Episc. Maced. tom. 4. conc. p. 1708.

Soz. VII. c. 10.

Necta-

Sæculum IV. A. C. 381.

Nectarius in discendis functionibus Episcopalibus Cyriacum Episcopum Adanensem ex Cilicia Præceptorem habuit, quippe a Diodoro Metropolitano ejus obtinuit, ut eum aliquamdiu apud se retinere liceret. Plures præterea Cilices retinuit, atque inter alios Martyrium, Medicum suum, vitiorum, in quæ juvenis abripi se passus fuerat, conscium. Hunc Nectarius volebat ordinare Diaconum; sed recusavit Martyrius, se illo gradu indignum affirmans, atque vitæ licentius ante actæ testem ipsum Nectarium appellans; cui Nectarius: *me vero, qui modo Episcopus sum, an nescis olim te pejorem fuisse, teque ipsum in procurandis explendæ libidinis occasionibus mihi contulisse amicam operam? verumtamen*, replicabat Martyrius: *tu modo per Baptismi virtutem sanctificatus es, & præterea Sacerdotii Gratiam recepisti; ita ut, sicut ego existimo, ad innocentiam infantum Neo-Natorum redieris; ego autem a multo jam tempore Baptismum accepi, nec postea sanctiorem, quam antea, vitam duxi.* Itaque ut in ordinationem consentiret, moveri non potuit.

§. VI.

Symbolum Concilii Constantinopolitani.

Primum S. Meletius Concilio Constantino-

Sæculum IV. A. C. 381.

tinopolitano præsedit, ipso defuncto Gregorius Nazianzenus, Gregorio abdicante Timotheus Alexandrinus, & tandem Nectarius. Haud ita facile quis ediderit, quo tempore, & quo Præside quæque in Concilio gesta sint, constat tamen quoddam de fide Decretum, & non nullos de Disciplina Canones fuisse conditos. Imperator Theodosius Macedonianos sano Ecclesiæ Corpori uniri posse speraverat, hinc eorum Episcopos numero triginta sex, quorum Eleusius Cyzicenus caput erat, ad Concilium admiserat; Imperator, & Episcopi Catholici ad eos dicebant; quod aliquando ad Liberium Papam miserint Legationem, Eustathio Sebastenoque Principe, atque haud ante multum tempus cum Catholicis ultro, & indiscriminatim communicassent, ergo ipsos jam male agere, quod fidem impugnarent, quam probassent, & viam bonam, quam elegissent, relinquerent. At Macedoniani declararunt, se libentius Doctrinam Arianorum confessuros, quam Consubstantialem admissuros, & Constantinopoli recesserunt; scripserunt deinde ad omnes Sectæ suæ urbes exhortatorias, ne in fidem Nicænam consentirent. Ista Semi-Arianorum, seu Macedonianorum separatio initio Concilii contigit; hinc exinde ut Hæretici aperti habiti sunt.

Sup. §. 1. *Socr. V. c.* 8. *Soz. VII. c.* 7.

Sup. l. XVI. §. 7.

Itaque

Sæculum IV. A. C. 381.

Itaque decretum fuit, ne quis Symbolum Nicænum rejiceret, sed ejus integra esset Auctoritas; atque anathematizarentur omnes hæreses, nominatim Hæreses Eunomianorum, seu Anomeorum; Arianorum, seu Eudoxianorum; Semi-Arianorum seu S. Spiritus inimicorum; Sabellianorum, Marcellianorum, Photinianorum, Apollinaristarum. Dum Symbolum Nicænum confirmatum est, quædam verba circa Mysterium Incarnationis adjecta propter Apollinaristas, aliosque novos Hæreticos; atque explicatio amplior de articulo Spiritus Sancti propter Macedonianos. Symbolum Nicænum de Incarnatione JEsu Christi hæc solum exprimebat: *descendit de Cœlis, incarnatus, & homo factus est. Passus est, & resurrexit tertia die, ascendit in Cœlos, & venturus est judicare vivos, & mortuos. Credimus etiam in Spiritum Sanctum.* Concilii autem Constantinopolitani hæc sunt verba: *descendit de Cœlis, & incarnatus est per Spiritum Sanctum ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum Scripturas. Ascendit ad Cœlos; sedet ad dexteram Patris, & venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos. Regni ejus non erit finis.*

Sym-

Sæculum IV. A. C. 381.

Symbolum Nicænum simpliciter dicit: *Credimus etiam in Spiritum S.* & de Ecclesia nihil erat additum. Symbolum Constantinopolitanum hæc habet: *Credimus etiam in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificantem, qui a Patre procedit, qui simul adoratur, & conglorificatur cum Patre, & Filio, qui per Prophetas locutus est. Credimus in unam Ecclesiam Sanctam, & Apostolicam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus Resurrectionem mortuorum, & vitam venturi Sæculi, Amen.* Reliqua Symboli Constantinopolitani, scilicet initio posita, plene Symbolo Nicæno conformia sunt. Cœterum hoc Symbolum Constantinopolitanum illud ipsum est, quod in Missa recitamus.

§. VII.

Canones de Hierarchia.

Quantum attinet ad Disciplinam, Concilium Constantinopolitanum prohibet, ne Episcopi Ecclesias, extra suam
c. 2. p. 947. Diœcesin positas, adeant, aut earum limites confundant. At secundum Canones Episcopus Alexandrinus solam Ægyptum regat; Episcopi Orientis solum Orientem; & Ecclesiæ Antiochiæ privilegia, in Canonibus Nicænis concessa, serve-
Can. Nic. 6. vent. Episcopi Diœcesis Asiæ soli Asiæ præerunt. Episcopi in Ponto, soli Ponto;

to; qui in Thracia ſoli Thraciæ. Epiſcopi ſuis Diœceſibus non exibunt, niſi ad Electiones, aut alia negotia Eccleſiaſtica vocentur; quæ in ſingulis Provinciis componenda, convocato Concilio Provinciali juxta Canones Nicænos definiantur. Eccleſiæ inter Barbaras Nationes juxta conſuetudinem Patrum tempore receptam regantur. Talis eſt ſecundus Canon Concilii Conſtantinopolitani. Hic Diœceſin appello, quod Græci nominant Διοίκησις, eratque vaſtum Regimen, complectens plures Provincias, in quibus ſingulis erat Metropolis. Nam quod hodie Gallice dicimus *Dioceſe*, nempe unius Civitatis ditio, uni Epiſcopo ſubjecta, id tunc Παροικία dicebatur, id eſt, vicinia, unde noſtrum vocabulum francicum *Paroiſſe* ortum eſt. Provinciam dico, quod Græci vocabant *Eparchia*, eratque minoris, quam Diœceſis, amplitudinis. (*) Hujus

Sæculum IV. A. C. 381.

Can. Nic. 4. 5.

vid. Thomaſin. Diſcipl. part. 1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12.

(*) Hier hat unſer Proteſtant eine Anmerkung angeflicket, in welcher er alſo anhebet: Es iſt eine unlaugbare Sache, daß die in der *Hierarchia* und Kirchen-Regiment vorgefallene Veränderung erſt im vierten Jahrhundert entſtanden ſey ꝛc. Es iſt zwar wahr, daß zur Zeit, als der Heil. Paulus zum Kayſer appelliret, und in der nächſt darauf folgenden eine vollkommene Einrichtung in dem Kirchen-Regiment nicht möglich war;

Sæculum IV. A. C. 381.

Hujus Canonis condendi causa fuit, quod sub Valentis persecutione quidam Episcopi in negotia Ecclesiastica aliarum Provinciarum utiliter se ingessissent, sicut & Eusebius Samosatenus, qui etiam Episcopos ordinaverat; nolebant autem Concilii Patres, ut ejusmodi exemplorum auctoritate alii eadem molirentur. In hoc Canone conspicitur totius Hierarchiæ in Ecclesia Orientali œconomia. Prima ponun-

Socr. V. c. 8.

Nichts destoweniger ist es richtig, daß diejenigen Bischöffe, welche unmittelbar von den Aposteln eingesetzet, oder gesandt worden, in einem gröſſern Ansehen gestanden. Also war dieses schon ein Anfang der Hierarchia unter den Bischöffen; nichts zu melden von dem sonderlichen Gewalt, welchen JEsus Christus dem Heil. Petrus mitgetheilet.

Hernach saget er: Dem sey aber wie ihm wolle, so hat der Erfolg gelehret, daß der Kirchen-Staat nach diesem Politischen Staat eingerichtet worden. ꝛc. Nein, mein Uebersetzer! die Einrichtung des Politischen Staats ist nicht so platter dinges die Richtschnur gewesen, nach welcher man das Kirchen-Regiment bestellet. Wenn man die Anmassung der Patriarchen zu Constantinopel ausnimmt, welcher die Römische Kirche allezeit widersprochen, so hat die Hoheit der übrigen einen andern Grund als die Politische Eintheilung. Die vornehmsten Stühle waren unstreitig zu Rom, zu Alexandria, zu Antiochia, zu Jerusalem, zu Ephesus. Nun zu Rom ist der Heil. Petrus als Statthalter Christi gesessen. Zu Alexandria

ponuntur duo Patriarchæ, quo nomine posteriori tempore appellati fuere, nempe Alexandrinus, & Antiochenus, quorum jura erant maxime diversa. Episcopus Alexandrinus omnibus Ecclesiis Ægypti, comprehensis Ecclesiis Lybiæ, & Pentapolis, præerat. Sed Episcopus Antiochenus quibusdam Privilegiis gaudebat, & Regimen Ecclesiasticum Diœcesis Orientalis, cujus Caput erat Antio-

Sæculum IV. A. C. 381.

vid. Thomassin. Disciplin. part. I. lib. I. c. 3.

Can. Nic. 6.

xandria der Heil. Marcus. Zu Antiochia der Heil. Petrus. Zu Jerusalem der Heil. Jacobus. Und zu Ephesus der Heil. Joannes. Alle diese Kirchen sind unmittelbar von den Heil. Aposteln gestiftet; das ist der Grund, auf welchem die geistliche Hierarchia gebauet worden, und was nachher geschehen, war keine Veränderung, sondern nur eine nähere Bestimmung. Nun aber, wenn gleich zu Anfang der Kirchenfreyheit unter dem Kayser Constantin die geistliche Hierarchia, Ordnung, Eintheilung der Erzbisthümer, der Patriarchat, und die Abhängigkeit der Bischöffe in der ganzen Welt unter einem Oberhaupt entstanden ist, so ist es ein unfehlbares Zeichen, daß diese Kirche die allgemeine, und die wahre sey; hingegen weil in denen Kirchen, welche sich nach der Zeit von der Römisch-Catholischen abgesondert, dergleichen auch heut alle Protestantische sind, dieses Band der Ordnung, Einträchtigkeit, Abhängigkeit, und Einigkeit nicht zu finden ist, sind sie nur Winkel-Kirchen, und kann keine die allgemeine genennet werden. Ferner heisset es in der Anmerkung: Es ist übrigens bey dieser neuen

Sæculum IV. A. C. 381.

chia, generatim Episcopis Orientis tribuitur, quos inter plures Metropolitani numerabantur. Episcopi Primates aliarum trium, & vastarum Diœcesium Asiæ, Ponti, & Thraciæ sequenti tempore Exarchæ titulum acceperunt. Asiæ Primas erat Episcopus Ephesinus, in Ponto Episcopus Cæsariensis in Cappadocia, Thraciæ Primas hactenus Episcopus Heracleensis fuerat, cujus auctoritatem jam ex tunc nascentis Sedis Constantinopolitanæ splendor opprimebat.

Cœterum in his omnibus Concilium Constantinopolitanum, sicut antea Nicænum, nihil novi statuere intendebat, sed

---

neuen Einrichtung dergestalt menschlich zugegangen, daß man sich darüber wundern muß, wie einige gelehrte Papisten die Vertheidigung über sich nehmen können, daß diese Kirchliche Verfassung von Christo, und seinen Aposteln herrühre. Es hat aber auch ein gelehrtes Mitglied der Römischen Kirche als *Pin* mit unbeantwortlichen Gründen das Gegentheil dargethan ꝛc. Daß diese eine Metropolitan-Kirche, eine andre ein Patriarchat, ein Erzbisthum, oder ein gemeines Bisthum geworden, ist freylich keine Einsetzung Christi; allein die Hierarchia überhaupt, und die Abhängigkeit aller Bischöffe in der Welt von dem Römischen Pabste hat in den Worten JEsu Christi: Pasce oves meas. Joan. 21. und andern mehr ihren Grund, welchen bis auf diese Stund kein Protestant hat umstossen können.

sed solum antiquas consuetudines confirmare. Easdem quoque confirmat in Regionibus Barbarorum, nempe ultra Romani Imperii limites sitis, nam locorum, morumque hominum illorum ratio habenda erat. Ita Scythis ad Danubii ostia habitantibus, unius erat Episcopus, forte quod adhucdum errantes, nullibi fixam sedem elegissent. Apud Gothos quoque uno plures Episcopos non invenimus. Totus Ecclesiasticæ Hierarchiæ ordo antiqua traditione definitus, confirmatusque erat. Isto Canone dum Conciliis Provincialibus integra in causis Ecclesiasticis auctoritas tribuitur, Patres facultatem ad Papam appellandi, a Concilio Sardicensi concessam, videntur retractare, & ad jus antiquum redire. (*) Hoc quoque in Concilio Constantinopolitano statutum, ut Episcopus Constantinopolitanus prærogativa honoris gauderet, nulli nisi Episcopo Romano secundus, eo quod Constantinopolis nova Roma esset. Inter omnes hujus Concilii Canones iste est celeber-

Soz. VI. c. 21.
Sup. XVI. §. 13.
Conc. Sardic. c. 3. 45.
Sup. l. XII. §. 39. c. 3.
Socr. V. c. 8.
Soz. VII. c. 9.

(*) Nempe salvo jure Primatus a JEsu Christo concessi. Ad hunc Fleurii locum Anonymus I. apposite dicit; *Hic Canon occasione Maximi Cynici in Episcopum Constantinopolitanum consecrati ab Episcopis, qui ex Ægypto venerant, nec de Appellatione, nec de Judiciis agit; sed hujusmodi molitionibus in futurum viam obstruit.*

Sæculum IV. A. C. 381.

leberrimus; sive autem Episcopo Constantinopolitano novus honor obtigerit, sive jam antea jus possessionis habuerit, gravissima fuerunt, quæ inde secuta sunt, brevique hæc simplex Dignitas in amplissimam jurisdictionem excrevit. (*)

§. VIII.

Alii Canones.

Can. 6. Ut tolleretur occasio facillime Episcopos calumniandi, statuit Concilium, ne liceret omnibus sine discrimine Episcopum accusare. Si causa sit particularis, & Personalis, tunc quidem nec accusatoris conditio, nec Religio ei nocebit, quia cuique jus suum tribuendum. Si causa sit Ecclesiastica, nec Hæreticus, aut Schismaticus, nec Laicus excommunicatus, nec Clericus depositus contra Episcopum in judicio stare poterit. Si quis ipse reus stet in judicio, Episcopum, aut Clericum accusare non poterit, antequam se ipsum plene

(*) Hic R. P. Balduinus objicit: *Dominus Fleurius nullam mentionem facit de Concilii Romani Decreto Ecclesiæ Romanæ favente, quod Patriarchatui Constantinopolitano opponitur.* Sæpissime refert Fleurius, Summos Pontifices illi Canoni Concilii Constantinopolitani, qui illius urbis Episcopo secundum post Episcopum Romanum locum, & Jurisdictionem in alios Orientis Episcopos tribuebat, omni conatu obstitisse. Ergo nulla hic malæ fidei umbra.

plene purgaverit. Si accusatores sint omni exceptione majores, coram omnibus Provinciæ Episcopis accusationem proferent. Si Concilii Provincialis non sit sufficiens auctoritas, ad Concilium Majus, id est, Diœcesanum recurrent. Non admittetur actor, antequam scriptum juramentum tradat, eandem pœnam subiturum, si calumniæ fuerit convictus. Si quis spreto hoc canone Imperatori, aut Judicibus sæcularibus importunus accidere ausus fuerit, vel Concilium Oecumenicum turbare, ad accusationem afferendam non admittatur. Nec iste Canon Papæ, aut Canonum Sardicensium mentionem facit. (*)

Sæculum IV. A. C. 381.

Concilium Constantinopolitanum etiam de modo recipiendorum hæreticorum ad Ecclesiam Catholicam redeuntium decernit. Ariani, Macedoniani, Sabbatiani, Novatiani, qui se ipsos Cathares,

Can. 7.

(*) Hic iterum Anonymus I. animadvertit; solum Silentium non sufficere ad derogandum Auctoritati Capitis Ecclesiæ. Appellationes ad Papam Conciliis Sardicensi, & Niceno Antiquiores, & fundatas in Potestate ampliſſima ligandi, & solvendi, a JEsu Christo S. Petro collata, ab aliquo Concilio Orientalium abrogari non potuisse. Eidem Concilio, quod in Divisione Magnarum Diœcesium nullam de Occidente Mentionem fecit, unice propositum fuisse, Ecclesiæ Orientalis Disciplinam definire.

Sæculum IV. A. C. 381.

thares, seu Aristeres dicunt, Quartodecimarii, & Apollinaristæ, si abjurationis formulam tradiderint, & omni hæresi renuntiaverint, recipiuntur; primo eis detur sigillum, seu unctio S. Chrismatis in fronte, in oculis, in naribus, in ore, & in auribus; dumque unctio fit, dicitur: *Sigillum doni Spiritus S.* at vero Eunomianos, qui unica immersione baptizati sunt, Montanistas, seu Phryges, Sabellianos, aliosque Hæreticos, præsertim, qui ex Galatia adveniunt, eo, quo Gentiles, modo recipimus. Prima die eos Christianis adscribimus, secunda Catechumenis, tertia exorcizamus, postquam ter eorum vultum, & aures afflavimus; ita informamus eos, diutius in Ecclesia audiendis Scripturis detinemus, & tandem baptizamus. In Euchologio Græcorum eadem unctiones, & eadem verba pro Sacramento Confirmationis inveniuntur. Hæretici autem, quos Concilium baptizari jubet; vel non erant baptizati, vel non secundum Ecclesiæ formam; nempe iidem sunt, & ex illa Regione de quibus loquitur S. Basilius in prima sua epistola Canonica ad S. Amphilochum, & quorum baptismum declarat esse nullum.

Euchol. p. 64. post Bapt.

Sup. XVII. §. 14.

Canon particularis in Concilio Constantinopolitano de communione cum Ecclesia Antiochena legitur in hæc verba:

Can. 5. *Quod spectat ad Tomum Occidentalium; etiam*

etiam illos Antiochenos recipimus, qui unicam Divinitatem Patris, & Filii, & Spiritus S. confitentur. Tomus iſte Occidentalium haud dubie epiſtolæ ſunt ad defenſionem eorum, qui Paulinum ſequebantur, ſcriptæ, quales autem fuerint præciſe dici non poteſt. Hæc omnia ſunt, quæ in Concilio Conſtantinopolitano ſtatuta. Sæculum IV. A. C. 381.

Epiſcopi Epiſtola Synodali ad Imperatorem Theodoſium data, & ſummatim enarratis, quæ pro fide, & Diſciplina egiſſent, ſubjungunt: *Rogamus igitur, ut Decreta Concilii tua auctoritate confirmes, & ſicut epiſtolis convocationis Eccleſiam honoraſti, ita etiam ſtatutis noſtris clauſulam, & ſigillum apponas.* (*) Poſt hanc *To. 2. Conc. p. 946.*

Ss 5 epiſto-

(*) Hier kömmt wiederum eine wilde und ungebundene Anmerkung des Ueberſetzers. Ohnerachtet, ſaget er: die Väter dieſes *Concilii* mit ihrer Unterſchrift bekennen, daß *Theodoſius* daſſelbe zuſammen berufen habe, und daß er auch auf die Schlüſſe deſſelben ſein Siegel drucken müſſe; ſo hat ſich doch *Baronius* erkühnet zu behaupten, daß *Damaſus* der Urheber dieſes *Concilii* ſey.

Es iſt in der erſten Anmerkung zu dieſem Buch erwieſen, daß dieſes Concilium nicht ohne Vorwiſſen des Heil. Damaſus ſey berufen worden. Ja wann auch dieſes nicht wäre, ſo zürnet der Ueberſetzer dannoch vergeblich über den Cardinal, und gewinnet

Sæculum IV. A. C. 381.

epistolam sequuntur septem canones. Primus, quo fides Nicæna confirmatur, & nominatim novi hæretici damnantur. Secundus, quo divisio Provinciarum, & primarum Ecclesiarum privilegia assignantur. Tertius, quo secundus locus Episcopo

---

winnet nichts zum Vortheil seiner Kirche. Denn Fleury hat die Frage im ersten Abschnitt dieses Buchs entschieden: toutefois il ne laisse pas d'être reconnu pour le Second Concile écumenique ou universel, par le consentement, que l'occident a donné depuis à ce qu'il avoit decidé touchant la Foy. Zu deutsch: **Nichts destoweniger wird dieses *Concilium* als das zweyte allgemeine erkannt, durch den Beyfall, welchen die occidentalische Kirche hernach zu demjenigen, was in Glaubens-Sachen ausgesprochen worden, gegeben hat.** Und wie hätte dieses Concilium vor diesem Beyfall als ein allgemeines können angesehen werden, wenn im Namen der occidentalischen Kirche niemand beygewohnet?

So hat sich doch *Baronius* erkühnet ꝛc. Wie dumm ist dieser Ausdruck! Der Hochgelehrte Cardinal Baronius, welchem unser Schmierer das Wasser nicht reichen darf, hat alles mit grosser Aufrichtigkeit geschrieben, und dieser Uebersetzer hat nebst des Fleury auch die Stellen der Heil. Väter unverschämt verfälscht. Der ehrliche Herr Simonetti, weil er im ersten Theile des Fleury die Römische Kirche nicht lästert, und den Fleury aufrichtig übersetzet, konnte seine Edition nicht fortbringen,

Episcopo Constantinopolitano tribuitur. Quartus, quo ordinatio Maximi Cynici rejicitur. Quintus de unione Ecclesiæ Antiochenæ. Sextus de actionibus contra Episcopos. Septimus de modo recipiendi hæreticos. Deinde ponitur Symbolum,

Sæculum IV. A. C. 381.

gen, aber unser unbenannte Uebersetzer hat es besser gemacht.

Ferner saget er: im eigentlichen, und nächsten Verstande hat der Kayser (dieses Concilium) bestätiget. Die rechtgläubigen Kayser haben selbst erkannt, daß sie in Glaubens-Fragen nichts bestätigen können; und die Kayserliche Bestättigung andrer Schlüsse, wenn sie dazu kömmt, ist der Kirche sehr nützlich. Endlich will der Uebersetzer den grossen Heil. Gregorius eines Widerspruchs beschuldigen, und saget: Merkwürdig ist, daß ein und eben derselbe Pabst *Gregorius* der Grosse geschrieben, daß die Römische Kirche weder die Acten, noch die *Canones* des Constantinopolitanischen *Concilii* erkenne, daß er aber anderwärts bezeuget, daß er 4 Oecumenische *Concilia* annehme, wie die 4 *Evangelia*; und indem er dieselben namhaft machet, so ist das Constantinopolitanische das zweyte darunter. Allein ein jeder Schüler in den Kirchen-Geschichten kann den H. Gregorius von dem Verdacht eines Widerspruchs retten, wenn er saget: dieser H. Vater rede einmal von den Glaubens-Schlüssen, und das andremal nicht. Da haben wir die Urtheilungskraft unsers Uebersetzers. Endlich sind in der deutschen Version die Fehler, so den Fleury ganz unverständlich machen, unzählig.

Sæculum IV. A. C. 381.

bolum, & in exemplis latinis subscriptiones centum, quadraginta septem Episcoporum, in suas Provincias divisorum; primi sunt Nectarius Constantinopolitanus, & Timotheus Alexandrinus. Legitur tamen etiam Nomen Meletii ante Timothei adventum defuncti. Inde conjectura est, toties Episcopos subscripsisse, quoties unum Decretum fuisset absolutum, & qui ultimo advenissent, omnibus antea actis nomen apposuisse. Canonibus Concilii datum appositum est: Septimo Idus Julii, id est, nona ejusdem mensis.

p. 945.

§. IX.

Lex Ecclesiæ favens.

L. 3. Cod. Theod. de fide Cath.

Socr. V. c. 8.

Soz. VIII. c. 9.

Theodosius Imperator, Patrum desiderio satisfacturus, legem edidit, datam tertio Kalend. Augusti, id est 30. Julii, eodem anno 381. qua jubet, missa omni mora, omnes Ecclesias tradi Episcopis S. Trinitatem confitentibus, unam Divinitatem in tribus Personis æqualibus credentibus, atque ad communionem admissis sequentium Episcoporum, nempe Nectarii Episcopi Constantinopolitani, in Ægypto Timothei Alexandrini, in Oriente Pelagii Laodiceni, & Diodori Tarsensis, in Asia Proconsulari, & Diœcesi Asiana Amphilochi Episcopi Iconiensis, & Optimi Antiocheni. In Diœcesi Ponti

Ponti Helladii Episcopi Cæsariensis, Otreii Militinensis, & Gregorii Nysseni, & præterea Terentii Episcopi Scythiæ, & Marmarii Marcianopolitani. Qui cum istis Episcopis communicant, in possessionem Ecclesiarum mittantur, qui ab istis in fide dissentiunt, tanquam hæretici manifesti ejiciantur, nec in futurum eisdem unquam restitui valeant, ut fides Nicæna persistat inconcussa. Hæc lex ad Asiæ Proconsulem directa est, quod ista Provincia plus quam aliæ hæreticorum, præsertim Macedonianorum, labe laboraret, quam emendare Concilium adnitebatur. Lex ista quinque majores Diœceses, Præfecto Prætorii Orientis subjectas comprehendit, quarum prima erat Oriens, speciatim ita dicta, nempe Syria. Deinde Ægyptus, Asia, Pontus, & Thracia. Quamvis urbs Constantinopolitana in hac ultima Provincia esset sita, tamen Episcopus Constantinopolitanus primo loco nominatur, cum jam primulum iste honor ei a Concilio esset concessus. Episcopi Magnæ Antiochiæ in Syria nulla fit mentio, eo quod adhucdum Schisma ibi dominaretur, nam Paulinum Orientales non agnoscebant, S. Meletius vivis excesserat, & Flavianus, ut ei succederet, electus, forte necdum manuum impositionem ab Episcopis faciendam receperat, certe multi eum Pastorem

Sæculum IV. A. C. 381.

v. Gothofr. in hanc L.

notit. imp. es

Sæculum IV. A. C. 381.

rem recusabant. Igitur Imperatori latis fuit Episcopos duos ex Diœcesi Orientis, omnibus probatos, nominare, Pelagium Laodicenum, & Diodorum Tarsensem. Asia Proconsularis, & Diœcesis Asiæ junguntur, licet enim duæ essent Diœceses, si Regimen civile spectetur, attamen in Regimine Ecclesiastico unitæ erant, ita ut Asiæ Diœcesis undecim Provincias complecteretur. Ephesus quidem Diœcesis Asianæ caput erat, nihilominus Episcopus Ephesinus hic non nominatur, sed tantum Amphilochus Iconiensis, & Optimus Antiochenus in Pisidia. In Diœcesi Ponti Episcopus Cæsarienſis, quæ urbs illius Diœcesis Metropolis erat, memoratur, nempe Helladius S. Basilii Successor. Ultimi duo Terentius, & Marmarius pertinent ad Diœcesin Thraciæ præter Episcopum Constantinopolitanum, primo omnium nominatum; Terentius Episcopus erat Tomitanus, Scythiæ Metropoli. Marmarius Episcopus Marianopolitanus, Mysiæ Metropoli. Has causas fuisse putamus, cur undecim isti Episcopi præ aliis fuerint nominati, quorum omnium nomina in subscriptionibus Concilii leguntur. Dicit Socrates, hos Episcopos creatos fuisse Patriarchas, quod de potestate amplissima, quæ iis in his vastis Diœcesibus data, accipiendum.

Theod. V. c. 28.

v. Vales. ad Socr. V. c. 8.

Plures

Sæculum IV. A. C. 381.

Plures alias leges Theodosii hoc anno 381. editas, & Religioni faventes invenimus. Una earum data est quarto Idus, id est, decima Januarii, qua hæretici omnibus Ecclesiis privantur, non obstantibus quibuscunque Rescriptis, forte obreptitie impetratis. Nominatim damnantur Photiniani, Ariani, & Eunomiani. Fides Nicæna laudatur, & omnia hæreticorum conventicula intra urbes prohibentur. Hæc lex directa est ad Eutropium Prætorii Orientis Præfectum, cujus Doctrinam, & virtutem S. Gregorius Nazianzenus commendat. Alia Lege ad Comitem Orientis missa, & decimo quarto Calendas Augusti, id est, decima nona Julii, data, Imperator Theodosius Eunomianis, Arianis, & Aetianis prohibet, ne in urbibus, aut ruri Ecclesias ædificent, adjecta pœna, ut tales domus, vel prœdia fisco adscribantur. Nempe ea effectui dari mandat, quæ in Concilio circa quinque Provincias, in Diœcesi Orientis contentas, statuta fuerant; quia ibi potissimum Ariani prævaluerant, ibique Eunomius, & Aetius docuerant.

L. VI. Cod. Theod. de hær.

Theodosii Leges.

Ep. 137. 138. L. 8. C. Theo. de hæres.

Eodem ferme tempore, nempe octava Maji, ejusdem anni 381. Legem condidit Theodosius adversus Manichæos, qua aliæ priores confirmabantur, ne quis Manichæus ab altero donatione aut testamento quidquam accipere posset, nec eis

L. 7. Cod. Theod. de hær.

Sæculum IV. A C. 381.

eis conventus agere liceret, sub cujuscunque nominis larva, Encratitarum, Apotactitarum Hydroparastatarum, aut Saccophororum se occultare niterentur. Erant hæc nomina hæreticorum antiquorum, qui non eo modo, quo Manichæi, omnibus erant inviſi; horum itaque nomina obtendebant, ut odia vulgi vitarent. Encratitas se dicebant, seu continentes, quia Matrimonium damnabant. Hydroparastatas, seu Aquarios, quia aquam solam in Evchariſtia adhibebant, omnem usum vini damnantes. Ob paupertatem, quam profitebantur, nomen Apotactitarum, seu renuntiantium, & Saccophororum, seu saccos portantium assumebant; sed ipsi omnium harum Sectarum erroribus, & adhuc multo pejoribus erant infecti. Hæc lex iterum directa est ad Eutropium Prætorio Orientis Præfectum; ad eundem dirigitur & alia, eodem mense, forte etiam eadem die data, qua Chriſtianis ad Paganos deficientibus potestas testandi adimitur, eorumque testamenta irritantur. Sub finem ejusdem anni, decimo tertio Calendas Januarii, nempe 21. Dec. primam, quam ab ipso habemus, legem condidit contra Paganos, quippe contra eos a tempore Constantii, & anno 356. nullas invenimus. Hac Theodosii lege Pagani nocte aut die, intentata proscriptionis pœna,

Sup. l. XVI. §. 41.

L. I. C. Theo. de Apost.

L. 7. C. Theo. de Pag. & ibi. Gothof.

pœna, ſacrificare prohibentur. Tunc vero necdum templa claudi juſſit, & anno ſequenti 382. Reſcriptum dedit, quo licentiam expreſſe faciebat, ut in templo celebri Osrhoenis congregari poſſent, quamvis ineſſent Idola, hac tamen conditione, ne ſacrificia offerrent. Eodem anno legem condidit contra Manichæos, priori longe rigidiorem, qua non tantum illa pœna confirmatur, ne de bonis ſuis poſſint diſponere, ſed etiam pœnam capitis in eos decernit, qui nomine Encratitarum, Saccophororum, aut Hydroparaſtatarum abutuntur, præcipitque Floro Præfecto Prætorii Orientis, ut Inquiſitores conſtituat, qui Manichæos obſervent. Hic omnium primo nomen Inquiſitoris in Hæreticos in legibus invenimus.

Sæculum IV. A. C. 381.

L. 9. C. Theo. de hær.

Imperator Theodoſius, auditis, quæ olim accidiſſent S. Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano, a Philippo Præfecto in ſuo exilio occiſo, corpus ejus Ancyra Conſtantinopolim referri juſſit, & magnifice terræ mandari in Eccleſia maxima, & ornatiſſima, quam Macedonius, Pauli Adverſarius, ædificaverat. Inde hæc Eccleſia S. Pauli nomen traxit, & plerique ex populo, præcipue fœminæ, S. Pauli Apoſtoli Lipſana ibi quieſcere credidere. Excubitores ad cuſtodiam Eccleſiarum, ubi reliquiæ ſervabantur, aliorumque lo-

Socr. V. c. 9. Sozo. VII. c. 10.

Sup. l. XIII. §. 8.

Sæculum IV. A. C. 381.

corum sacrorum erant constituti, qui exemptionibus personalibus Clericorum gaudebant. Hac super re celebrem Theodosii legem habemus, datam ultimo Martii, anno 381. ad Orientis Comitem directam; atque inde conjecturæ locus est, loca sacra, de quibus mentio fit, illa esse, quæ Jerosolymæ, & in reliqua Palæstina visuntur.

L. 26. C. Theod de Episc. & ibi. Gothof.

§. X.

Concilium Aquilejense.

Sup. XVII. §. 4.

Concilio Constantinopolitano proximum fuit Concilium Aquilejense, jussu Gratiani Imperatoris ab initio anni 379. indictum. Haud plures triginta duobus, vel tribus Episcopis, plerisque Italis in isto Concilio numeramus; aliæ vero Provinciæ, excepta Hispania, Legatos miserunt, ita ut totius Occidentis congregationem non immerito dixeris. Orientis quoque Episcopis venire liberum erat, si id expedire credidissent. S. Valerianus Aquilejensis primo sedebat loco, forte quod ætati honor haberetur, & domum suam agendis conventibus commodaret; at S. Ambrosius ut Metropolitanus Vicariatus Italiæ, cujus Mediolanum caput erat, totum Episcoporum cœtum dirigebat. Circa ejusdem Concilii tempus opus de Spiritu S. ante annos tres ab Imperatore Gratiano petitum,

Gesta Conc. n. 7. ap. Amb. ibid. n. 54. 55. &c.

Sup. XVII. §. 44.

tum, absolvit. Initio enim hujus operis mentionem facit de morte Athanarici Regis Gothorum, qui 25. Januarii, anno 381. obiit, atque Episcopos Romæ, Alexandriæ, & Constantinopolis nominat Damasum, Petrum, & Gregorium; unde dispicitur, S. Ambrosio necdum Petri mortem, nec Gregorii abdicationem fuisse cognitam. Hoc opus in tres libros divisit, atque contra Arianos, & Macedonianos probat; Spiritum S. esse Deum, Patri, & Filio æqualem, & ejusdem substantiæ; ipsum per Prophetas locutum; omnia denique reliqua stabiliuntur, quæ alii Doctores Catholici demonstraverant, quales sunt Didymus, S. Athanasius, S. Basilius, S. Gregorius Nazianzenus, & S. Gregorius Nyssenus, quorum conceptus, & argumenta prudenti judicio applicat, ut ea Ecclesiæ Occidentis innotescerent. A S. Ambrosio secundus in hoc Concilio Aquilejensi Anemius reperitur, qui ejusdem cura paulo ante Episcopus Sirmii, Illyrici Occidentalis Metropoli, electus fuerat. Deinde Constantius Scissiæ ex eadem Provincia, & Felix Jadrensis in ora Dalmatiæ. Ex Galliis delegati erant S. Justus Lugdunensis, Constantius Arausiæ, Proculus Massiliæ. Ex Alpibus, Theodorus Octodurensis in Vallesia, Dominus Gratianopolitanus, & Amantius Nicenus. S. Ju-

Sæculum IV. A. C. 381.

Prol. n. 17. 18

Sup. XVII. §. 44.

Gesta n. 61. 62.

Sæculum IV. A.C. 381.

ſtus Lugdunenſis idem eſſe creditur, ad quem Epiſtolæ duæ S. Ambroſii ſuper aliquibus de Scriptura quæſtionibus datæ ſunt. S. Juſtus a Concilio reverſus, relicta ſua Eccleſia, in Ægypti deſerta migravit, ubi aliquot annos tranſegit cum juvene Lectore, cui nomen Viator, & qui virum S. illuc ſecutus fuerat. Post eorum obitum amborum corpora Lugdunum 2da Sept. revecta ſunt, qua die Eccleſia adhucdum S. Juſti memoriam veneratur. Conſtantius Epiſcopus Arauſicanus pluribus aliis Conciliis interfuiſſe legitur, ſicut etiam Proculus Maſſilienſis, cujus nomini S. Hieronymus ſanctiſſimi & doctiſſimi Pontificis elogium addit, Monachumque Ruſticum hortatur, ut per ejus inſtructionem proficiat.

Ep. 7. 8. *vita apud Sur.* 2. *Sept.*

Mart. Rom.

Ep. 4. *c.* 10.

Epiſcopi Africæ, ad Concilium Aquilejenſe delegati, erant Felix, & Numidius. Nemo a Papa miſſus deprehenditur, neque ex illa Italiæ parte, quæ ei particulariter ſubjecta, id eſt, Romano Vicariatu. Ex reliquis Italiæ partibus adfuerunt Euſebius Bononienſis, cujus zelum in informandis, & regendis Virginum Collegiis S. Ambroſius laudat. Limenius Vercellenſis, S. Euſebii Succeſſor. Sabinus Placentinus, ad quem S. Ambroſius plures Epiſtolas dedit. Abondantius Tridentinus, Philaſtrius Brixienſis, ſanctitate, & libro de Hæreſibus edito celebris.

de Virg. c. 20. *n.* 129.

Martyr. Jul. 18.

lebris. Maximus Emonenſis in Iſtria. Baſſianus Laudanus, S. Ambroſii amicus. Heliodorus Altinenſis, S.Hieronymi amicitia notus. Eventius Ticinenſis, ſeu Papienſis, etiam Juventius dictus. Hi tres Sanctis annumerati ſunt. Exſuperantius Dertonenſis, S.Euſebii Vercellenſis Diſcipulus, & Confeſſor. Diogenes Genuenſis. Alii quoque nominantur, quorum Sedes reticetur, atque Epiſcopi titulus omittitur. Legitur etiam Nomen Chromatii Presbyteri, S. Hieronymo amicitia juncti, & poſtea Epiſcopi Aquilejenſis. Hæc ſunt nomina eorum, qui huic Concilio interfuere, ferme omnes ab Eccleſia inter Sanctos relati. Ex parte Arianorum plures non adfuere, quam Palladius, & Secundianus Epiſcopi, & Presbyter, cui nomen Attalus, Diſcipulus Valentis Petavii in Illyrico Epiſcopi; hic Valens tunc Mediolani latebat. Prima die Sept. Epiſcopi in Eccleſia Aquilejenſi convenerunt, urgentibus maxime Arianis, qui ſtatutam horam prævenerant. Ut ipſe hujus quæſtionis fons repeteretur, juſſa eſt prælegi epiſtola Arii ad S. Alexandrum Alexandrinum data, & Catholici inſtabant, ut Ariani blaſphemias in ea prolatas damnarent, quod ipſi pertinaciter facere detrectabant, quamvis nihilominus Arianos ſe eſſe negarent. Poſtquam diu inutiliter diſputatum, ſta-

Sæculum IV.
A C 381.

Martyr. 19.
Jan. ep. 4.
ad Felic. n. 1.
Hier. ep. 1. 2.
3. *Martyr.* 5.
Jul. Marty.
8. *Febr. Hier.*
ep. 43.

Ambr. ep. 10.
n. 2.

Synodica.

Sup. L. X.
§. 36.

Sæculum IV. A. C. 381.

tuerunt, ut Ariani in forma judicii condemnari possent, acta esse scribenda, jusseruntque, omnia, quæ dicebantur, notis consignari. Horum actorum initium ita habet.

§. XI.

Acta Concilii Aquilejensis.

Syagrio, & Eucherio Consulibus, tertio Nonas Septembris, id est, tertia ejusdem mensis, anno 381. *in Ecclesia sedentibus Episcopis, nempe Valeriano, Ambrosio, Eusebio,* & aliis, qui nominati fuere, Ambrosius dixit: *Diu jam sine actis disputavimus, quia vero Palladius, & Secundianus aures nostras tot blasphemiis torquent, ut posteris fidem facturi non simus, & ne fraudibus locus sit, eaque postmodum, quæ affirmarunt, negent, quamvis tot Episcoporum testimonium omni exceptione majus sit, nihilominus optimum factu visum, si dicta omnia in acta referrentur. Edicite igitur, sancti Episcopi, an id vobis placeat? omnes Episcopi dixerunt: Placet!* Tum S. Ambrosius Diaconum, cui nomen Sabinianus, Imperatoris Epistolam ad convocandum Concilium legere jussit, & S. Ambrosius dixit: *Audistis Imperatoris mandata. Noluit Episcoporum Auctoritati detrahere, quos Scripturarum Interpretes, & in hac causa arbitros agnoscit. Cum igitur Synodaliter*

daliter congregati ſimus, ad ea, quæ vobis proponuntur, reſpondete! prælecta fuit Arii Epiſtola, & ſi vultis, iterum legetur. In ipſo exordio apparent blaſphemiæ, dum dicit, ſolum Patrem eſſe æternum. Si creditis Filium Dei non eſſe æternum, demonſtrate, quocunque voletis modo! ſi creditis, condemnandam eſſe hanc propoſitionem, condemnate! ecce ad manus ſunt Evangelium, S. Paulus, & omnes Scripturæ. Probate, ut lubebit, Filium Dei non eſſe æternum.

Sæculum IV. A. C. 381.

Palladius dixit: *Veſtris conſiliis effeciſtis, ne Concilium eſſet univerſale, ſicut ex Epiſtola Imperatoris, quam legiſtis, cognoſcitur. Abſentibus Confratribus noſtris, reſpondere non poſſumus.* S. Ambroſius dixit: *Quinam ſunt Confratres veſtri?* Reſpondit Palladius: *Epiſcopi Orientales.* S. Ambroſius: *Verumtamen, quoniam ſuperiorum temporum uſus fert, ut Orientales ſua Concilia in Oriente, & Occidentales in Occidente celebrarent, nos Occidentales Aquilejæ Imperatoris juſſu congregati ſumus. Denique Italiæ Præfectus ſuis Epiſtolis declaravit, in poteſtate Orientalium eſſe, ut & ipſi ad hoc Concilium venirent, ſi vellent, cum vero conſuetudinem, de qua dixi, non ignorarent, venire noluerunt.* Palladius: *Gratianus Imperator noſter mandavit Orientalibus, ut venirent; an negas? id enim no-*

Sæculum IV. A. C. 381.

bis ipsis affirmavit. S. Ambrosius: *Mandavit utique, eo ipso, quod non prohibuerit.* Palladius: *Vestræ sollicitationes impedimento fuere, ne venirent, & mandato confecto, Concilium distuliſtis.*

§. XII.

Æternitas Filii Dei.

Sanctus Ambrosius dixit: *Ne longius discurramus! Respondete jam! an tene dixit Arius, solum Patrem esse æternum? an secundum Scripturas locutus est, vel non?* Palladius: *Nolo respondere.* Constantius, Episcopus Arausicanus, dixit: *Jam non respondes, postquam tandiu blasphemasti?* Hæc de disputatione præcedente, antequam acta scriberentur, accipienda sunt. Eusebius Bononiensis subjunxit: *Fidem tuam simpliciter enuntiare teneris; si Paganus te interrogaret, quomodo in JEsum Christum credat? nunquid oporteret te JEsum Christum erubescere?* Sabinus, Episcopus Placentinus, dixit: *Vos instantissime ursistis, ut conveniremus hodie, non exspectatis reliquis fratribus nostris, qui forte venissent. Itaque non licet vobis, quod semel placuit, retractare. An dicitis Christum creatum esse, vel Filium Dei esse æternum?* Palladius: *Diximus, nos venturos, ut convincamus vos, pessime a vobis factum, quod Imperatorem deceperitis.* S. Ambrosius:

Sæculum IV. A. C. 381.

brosius: *Legatur Palladii Epistola, ut exploretur, an hoc ad nos scripserit? & patebit, ipsum jam secundo fallere.* Palladius: *Legatur!* Episcopi dixerunt: *Cum Imperator Sirmii esset, nunquid tu sollicitasti, vel ipse apud te institit?* Palladius: *Imperator ad me: Ite! diximus: Num etiam Orientales vocati sunt? Respondit: Vocati sunt. Si enim Orientales non fuissent vocati, an nos adventuros fuisse putatis?*

S. Ambrosius dixit: *Mittamus Orientales! hodie tuam fidem exquiro; lecta est Arii Epistola; dicitis, vos Arianos non esse; jam Arium damnate, aut defendite!* Palladius iterum ob absentiam Orientalium jurgari, & S. Ambrosius subjunxit: *Vos ipsi institistis, ut conveniremus hodie, dixistis: Venimus Christiani ad Christianos; ergo vestro judicio Christiani sumus. Argumenta vestra expromere, & audire nostra promisistis. Obtuli vobis Epistolam, ab Ario scriptam, sub cujus nomine, dicitis, quod calumnias patiamini; respondetis, vos Arium non sequi. Hodie ut mentem vestram aperiatis, necesse est; aut Arium damnate, aut opinionem ejus, quibuscunque Scripturæ locis placuerit, propugnate.* His addidit: *Igitur secundum Epistolam Arii Filius Dei non est æternus.* Palladius adhucdum de Valore Concilii tricabatur. n. 12.

Sæculum IV. A. C. 381. Et S. Ambrosius sermonem prosecutus, dixit: *Omnium suffragiis damnatus est ille, qui dicebat; Filium Dei non esse æternum; hoc dixit Arius, hunc Palladius sequitur, dum Arium damnare non vult. Quamobrem judicate, an ejus opinio probanda sit, & an secundum Scripturam, vel contra Scripturam loquatur? Legimus enim: Virtus Dei æterna, & divinitas ejus. Et iterum: JEsus Christus est virtus Dei; ergo si virtus Dei est æterna, JEsus Christus æternus est.* S. Eusebius Bononiensis dixit: *Hæc est fides nostra! hæc est fides Catholica! qui hoc negat, anathema sit!* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema sit!*

Rom. 1. 20.

1. Cor. 1. v. 24

Palladius dixit: *Nunquam vidi Arium, nescio quis sit.* S. Eusebius dixit: *Arii blasphemia in medium proposita fuit, æternitatem Filii Dei negantis; an vultis blasphemiam unacum suo auctore damnare, aut defendere?* Palladius: *Extra Concilium Legitimum non respondeo.* S. Ambrosius ulterius Episcoporum suffragia exquirens, ad Gallorum Delegatos convertitur; tum Constantius, Episcopus Arausicanus, dixit: *Semper damnavimus impietatem damnavimus, & hodie etiam damnamus non solum Arium, sed quemcunque dicentem, Filium Dei non esse æternum.* S. Ambrosius suffragium S. Justi speciatim petiit, tanquam alterius Gal-

n. 14.

n. 15.

liæ

liæ Regionis Legati; respondit que S. Justus: *Qui non confitetur, Filium Dei coæternum Patri, anathema sit!* S. Ambrosio, etiam suffragia Legatorum Africæ expetenti, Episcopus Felix omnium nomine dixit; jam olim hunc errorem a se damnatum, & adhucdum damnari. Anemius, ut Episcopus Sirmiensis, primæ in Illyrico Sedis, sicut & alii, Arianis anathema dixit. Sæculum IV. A. C. 381. *n.* 16.

§. XIII.

Divinitas Filii Dei.

Sanctus Ambrosius dixit: *Audite, quæ sequuntur!* Tum in Epistola Arii illa Verba de Patre lecta sunt: *Solus æternus, solus sine initio, solus vere sanctus, solus immortalis!* S. Ambrosius: *Etiam in hoc articulo damnate eum, qui dicit, Filium non esse verum Deum.* Palladius respondit: *Quis dicit, Filium non esse verum Deum?* S. Ambrosius: *Arius dixit.* Palladius: *Cum dicat Apostolus, JEsum Christum esse Deum super omnia, num quis negare poterit, eum esse verum Dei Filium?* S. Ambrosius: *Ut sciatis, quod simpliciter veritatem quæramus, ecce! idem dico, quod tu dicis, tu vero non integram, sed tantum veritatis partem eloqueris; dum enim hæc dicis, negare videris, ipsum esse verum Deum. Si ergo simpliciter confiteris, Filium Dei esse verum* *n.* 17 *n.* 18.

Sæculum IV. A. C. 381.

verum Deum, edic ea verba eodem, quo ego pronuntio, ordine! Palladius: *Loquor tibi secundum Scripturas; dico, quod Dominus sit verus Deus.* S. Ambrosius: *An dicis, Filium Dei esse verum Dominum?* Palladius: *Cum dicam, esse verum Filium, quid ultra hoc opus sit?* S. Ambrosius: *Non peto id solum, ut dicat, esse verum Filium, sed Filium Dei esse Dominum.* S. Eusebius Bononiensis dixit: *Jesus Christus est verus Deus secundum fidem Catholicam.* Palladius: *Est verus Filius Dei.* S. Eusebius: *Etiam nos Filii sumus per adoptionem, ipse autem est per generationem divinam. An ergo fatevis, verum Dei Filium esse proprie, & naturа Dominum?* Palladius: *Dico, quod sit verus Filius unicus Dei.* Eusebius: *Ergo credis, quod contra Scripturas loquatur, qui dicit, JEsum Christum esse verum Deum?* Tacente Palladio, S. Ambrosius dixit: *Qui dicit tantum, esse verum Filium, & dicere non vult, esse verum Dominum, negare videtur. Ergo id Palladius, & hoc ordine fateatur, si studeat a sua pertinacia impetrare potest, & enuntiet, an credat, Filium Dei esse verum Dominum.* Palladius: *Filius dicit: ut te agnoscant solum verum Dominum, & quem misisti JEsum Christum. An hoc ex affectu dicit, vel in veritate?* S. Ambrosius: *S. Joannes dicit in sua Epistola:*

Joan. 17. v. 3

1. Joa. 5. 20.

stola: *Est verus Deus. Nega, si potes!* Palladius: *Cum tibi dico, esse verum Filium, etiam confiteor unam veram divinitatem.* S. Ambrosius: *Sub his ipsis verbis fraus latet; dum enim dicis, unam solam, & veram Divinitatem, hanc soli Patri, & non Filio tribuis. Si ergo clare loqui vis, dum me ad Evangelia remittis, dic cum S. Joanne Evangelista: Est verus Deus, aut nega, quod dixerit.* Palladius: *Nullus alius præter Filium est, qui sit genitus.* S. Eusebius: *JEsus Christus est verus Deus secundum fidem omnium, & Professionem Catholicam; secundum tuam opinionem dic! an non sit?* Palladius: *Est virtus Dei nostri.* S. Ambrosius: *Non loqueris mente sincera, & ideo anathema sit, qui non confitetur, Filium Dei esse verum Dominum!* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema sit, quiscunque dixerit, Christum Filium Dei non esse Dominum.*

Sæculum IV. A. C. 381.

n. 21.

Dum lectio Epistolæ Arii continuatur, illa verba examini subjecta; quod Pater solus immortalitatem possideat. Et S. Ambrosius dixit: *An Filius Dei immortalis est, vel non est secundum Divinitatem?* Palladius: *Quæro, an hæc verba Apostoli accipias, vel non: qui solus habet immortalitatem Rex Regum?* S. Ambrosius: *Quid dicis de Christo Filio Dei?* Palladius: *Nomen Christi estne divinum, aut*

1. Tim. 6. 16.

Sæculum IV. A. C. 381.

humanum? S. Eusebius: *Secundum Mysterium Incarnationis vocatur Christus, qui idem Deus est, & homo.* Palladius: *Christus est nomen carnis, & nomen humanum; etiam vos mihi respondete!* Eusebius: *Quare tricis inutilibus immoraris? Verba Apostoli, quæ pro Ario delegasti, si tamen ea intelligis, sub nomine Dei totius Naturæ Divinæ Dignitatem exprimunt; nam Pater, & Filius eodem Dei nomine designantur.* S. Ambrosius: *Jam peto, ut clare sensum tuum enuntiet!*

n. 23.

n. 24. *An Filius Dei secundum Generationem Divinam immortalis est, vel non?* Et postquam Palladius adhuc aliqua garrivit, subjunxit: *Quid vobis videtur de eo, qui negat, Filium Dei esse immortalem?* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema sit!* Palladius: *Generatio Divina est immortalis.* S. Ambrosius: *Iterum latet fallacia, ne clarius de Filio Dei mentem explicet. Dico, Filium Dei secundum Divinitatem esse immortalem; nega, si potes!* Palladius: *An JEsus Christus mortuus est, vel non?* S. Ambrosius: *Mortuus est secundum carnem. Nam neque anima nostra moritur. An ergo credis, JEsum Christum secundum Divinitatem mortuum?* Palladius: *Quare ad hanc vocem mortis expallescitis?* S. Ambrosius: *Nullatenus hanc vocem timeo, imo confiteor, Filium Dei secundum carnem meam mor-*

n. 25.

Disputatio cum Arianis.

mortuum fuisse, ipse enim, & nemo alius, me vinculis mortis liberavit. Cumque Palladius non cessaret ambigue loqui, dicens, quod Arium non novisset, & tamen eum damnare nollet, S. Ambrosius dixit: *Illi, qui libere, & bona mente fidem suam non explicat, anathema dico!* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!* Sæculum IV. A. C. 381. n. 26.

Dum lectio Epistolæ Arii continuatur, perventum ad illa verba: *Solus sapiens.* Palladius dixit: *Pater per se ipsum sapiens est, sed Filius non est sapiens.* S. Ambrosius, & S. Eusebius ad impia verba exclamarunt. Et Palladius fassus est, quod Filius Dei sit Sapientia. S. Ambrosius interrogavit: *Estne sapiens, an non?* Palladius respondit: *Est Sapientia. Ergo sapiens est.* Reposuit S. Ambrosius, *cum sit Sapientia.* Palladius: *Respondemus vobis secundum Scripturam.* S. Eusebius dixit: *Anathema illi, qui negat Filium Dei esse sapientem.* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!* Super hoc articulo etiam Secundianus interrogatus, noluit mentem suam aperire. n. 27. 1. Cor. 1. 24. n. 28.

Inde ad vocem, Bonus, progrediuntur. Palladius fatebatur, JEsum Christum esse bonum. S. Ambrosius dixit: *Ergo erravit Arius, quod solum Patrem bonum dixerit.* Palladius: *Qui negat JEsum Christum esse bonum, errat.* S. Eusebius: *Fateris quidem, JEsum Christum esse* n. 29.

Sæculum IV. A. C. 381.

esse bonum, at ego etiam bonus sum, nam ad me dictum est: Euge serve bone! & alibi: bonus homo res bonas de thesauro suo expromit. Palladius: *dixi, non respondebo, donec plenum adsit Concilium!* S. Ambrosius dixit: *Judæi dicebant: bonus est! & Arius negat, Filium Dei esse bonum.* Palladius: *quis hoc neget?* S. Ebsebius: *ergo Filius Dei, est Deus bonus!* Palladius: *Pater, qui bonus est, genuit Filium bonum.* S. Ambrosius: *etiam non genuit bonos, sed non secundum Divinitatem.* Cumque aliud ex obstinato non posset exprimere, dixit: *anathema illi, qui non confitetur, Filium Dei esse Deum bonum!* Omnes Episcopi dixerunt: *anathema!*

Matth. 25. 21. Luc. 6. 45. Joan. 17. 12. n. 30.

Ulterius lecta sunt verba: *solus Potens.* S. Ambrosius dixit: *estne Filius Dei Potens, vel non?* Palladius: *nunquid, qui fecit omnia, potens non erit?* S. Ambrosius: *ergo Arius male negavit. An ipsum saltem in hoc articulo condemnas?* Palladius: *quid ad me Arius?* (*) *pro me solo tibi respondeo.* Deinde fatus est, Filium Dei esse potentem, sed noluit fa-

n. 31.

tem,

(*) Ita etiam cum aliquando Lutheranæ Confessionis viro Manuscriptum Doctoris Lutheri exhiberetur, ad interrogationem an novisset hanc manum, respondit: *quid mihi, & Luthero?* was frage ich nach dem Luther?

teri, quod sit Dominus potens. S. Ambrosius: *homines quoque potentes sunt, quia scriptum est: quare gloriaris in malitia tua, qui potens es in iniquitate? & alibi, cum enim infirmor, tunc potens sum. Peto a te, ut confitearis, Christum Filium Dei esse Dominum Potentem, aut contrarium probes; quippe ego, dum dico, Patris, & Filii unam esse potentiam, dico, Filium Dei æque esse potentem, ac Patrem.* Palladius: *dixi jam: respondemus vobis in hac disputatione, sicut possumus; soli vultis esse judices, & partes. Modo non respondemus, sed in Concilio universali respondebimus vobis.* S. Ambrosius: *Anathema illi, qui negat, Christum esse Dominum Potentem.* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!*

Sæculum IV. A. C. 381.

n. 32. Psal. 51. 3. 2. Cor. 12. 10.

§. XIV.

Æqualitas Filii Dei.

Tunc attributum Judicis ad examen revocatum, & Palladius fatebatur, Filium Dei esse omnium Judicem. Sed subjunxit: *alius dat, alius accipit;* volens indicare, Patrem Filio dedisse judicandi potestatem. S. Ambrosius dixit: *An ei gratia, vel natura dedit hanc potestatem? nam ista potestas etiam hominibus tribuitur.* Palladius: *an dicis Patrem majorem esse, vel non?* S. Ambrosius videns, quod disputationem detorquere

n. 3.

Sæculum IV. A. C. 381.

vellet ad quæstionem, quæ erat Arianorum Achilles, dixit: *postea ad hoc respondebo.* Sed cum pertinaciter ultra progredi nollet, antequam sibi ad hanc quæstionem fuisset responsum, S. Eusebius Bononiensis dixit: *secundum Divinitatem Filius est æqualis Patri.* Scis ex Evangelio, *Judæos ipsum fuisse persecutos, quod diceret, Deum esse Patrem suum, & se æqualem Deo faceret; quod impii persequendo confitebantur, nobis Fidelibus negare non licet.* S. Ambrosius additis alibi legitur: *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed se ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Vides, quod in forma Dei æqualis sit? in quo ergo minor est? in forma servi, non in forma Dei.* S. Eusebius dixit: *sicut, quia erat in forma servi, non potuit esse infra servum, ita etiam, quia erat in forma Dei, non potuit esse infra Deum.* S. Ambrosius: *vel affirma, quod secundum Divinitatem Filius Dei minor sit;* Palladius: *Pater major est.* S. Ambrosius: *secundum carnem.* Palladius: *qui me misit, major me est. An caro missa est, vel Filius Dei?* S. Ambrosius: *ecce hodie convinceris, quod Scripturas adulteres! quippe scriptum est: Pater major me est; non vero, qui me misit, major est.* Palladius: *Pater major est.* S. Ambrosius: *anathema illi, qui ad Divinas Scri-*

n. 34.

Joan. 10. 33.

Philip. 2. 6.

Joan. 14. 28.

pturas

pturas adjicit, vel detrahit! (*) Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!* ulterius Disputatio tenuit de verbis: *Pater major est.* Surrexit Palladius, exiturus; mansit tamen, eoque de eodem diutius altercante, S. Ambrosius dixit: *Anathema illi, qui negat, Filium esse æqualem Patri secundum Divinitatem!* Omnes Episcopi dixerunt: *Anathema!* Sæculum IV. A. C. 381. n. 37. n. 38.

Palladius in eadem quæstione hærens, dicebat, Filium esse subjectum Patri, & ideo minorem; nolebat autem humanitatem a Divinitate distinguere, sæpius antiquam crambem recoquens, quod in hoc Concilio respondere non posset. Tandem S. Ambrosius resumpsit in hunc modum: *dum hic Blasphemiæ Arii legebantur, etiam illæ, quæ ex ore tuo prodierunt, damnatæ sunt, scilicet Arii Blasphemiis simillimæ! etiam in medio lectionis licuit tibi proponere, & proposuisti, quæ voluisti; respondimus, quo sensu accipiendum sit, quando Filius dixit, Patrem esse majorem se, nempe secundum carnem, quam assumpsit. Dixisti etiam, Filium Dei esse subditum, & responsum est tibi, quod sit secundum carnem, non secundum Divinitatem. Quæ sit fides nostra, audivisti, jam* n. 40. n. 41. n. 42. n. 43.

(*) Væ Luthero! qui hoc fulmine dignum se reddidit, dum Divinis Scripturis adjecit, & detraxit.

Sæculum IV. A. C. 381.

audi & reliqua; nos respondimus tibi, jam & tu responde ad ea, quæ legentur! Palladius: *non respondeo, quia nihil eorum, quæ dixi, notata fuere; illa tantum, quæ vos dicitis, scribuntur.* Non respondet S. Ambrosius: *tuis oculis vides, quod omnia scribantur. Denique, quod scriptum est, abundantissime impietatem tuam damnat. An affirmas JESUM Christum Creaturam esse, vel negas?* Palladius nolebat respondere, sed petiit, ut ejus Notarii convocentur, quod Sabinus Episcopus Placentinus ei concedendum arbitrabatur; sed Palladius plenius Concilium denuo postulabat.

Disputatio Catholicorum & Ariarum.

Tum S. Ambrosius Presbyterum Attalum, ex parte Arianorum stantem, de-

n. 44. 45. locutus, urgebat, ut ediceret, an non Concilio Nicæno subscripsisset? Attalus, postquam aliquamdiu siluisset, nihil aliud dixit, quam quod respondere nolit; tum Episcopus Sabinus dixit: *nos testes sumus, quod Attalus Concilio Nicæno subscripsi-*

n. 46. *rit, & jam respondere nolit.* S. Ambrosius ex omnium Episcoporum mente jussit, lectionem epistolæ Arii continuari, & ad Palladium dixit: *respondi tibi ad quæstionem: quis sit major? & ad alteram, an Filius sit subditus? jam tuum quoque*

n. 47. *est tandem aliquando respondere!* Palladius: *non respondebo tibi, nisi post Dominicam auditores adveniant.* S. Ambro-

sius

sius: *ad hanc quæstionem discutiendam veneras, nunc vero, quia epistolam Arii prælegi audivisti, quam damnare non vis, & defendere non potes, fugis, & ad cavillas converteris. Ecce totam tibi prælego! edic! an credas, JEsum Christum fuisse creatum? an fuerit tempus, quo ipse non erat? aut an Filius Dei unicus semper fuerit?* Palladius: *ego te impietatis manifeste reum teneo; Judex meus non es! sed legis prævaricator es!* Sabinus Placentinus dixit: *quod crimen ista tua fronte nostro fratri Ambrosio objicis? loquere, si potes!* Palladius: *quoties id, quod dixi vobis, repetendum erit? in Concilio universali, & coram Auditoribus respondebo.* S. Ambrosius: *si accusandus sum, & convincendus, volo, ut in conventu fratrum meorum id fiat!* (*) n. 48.

§. XV.

Palladius, & Secundianus damnantur.

Tum S. Valerianus Aquilejensis dixit: *parcius agite cum Palladio; quomodo veritatem Catholicam simpliciter confiteri posset, cum sua conscientia duplicis hæresis reus sit? a Photinianis ordinatus est,* n. 49. n. 50.

(*) Hier sind zween ganze Abschnitt ausgelassen in der deutschen Version. Wohl ein fleißiger Uebersetzer!

Sæculum IV. A. C. 381.

& cum eis damnatus, hodie cum Arianis damnabitur. Palladius: *proba, quod loqueris!* S. Ambrosius: *impietatis me reum dicis, proba, quod dicis!* & paulo post omnes Episcopi: *Omnes Palladio anathema dicimus!* S. Ambrosius: *vis Palladi, ut reliqua epistolæ Arii legantur!* Palladius: *date nobis auditores! etiam Notarii utriusque partis adsint!* S. Ambrosius: *quales petis Auditores?* Palladius: *sunt hic viri in Dignitate constituti.* S. Ambrosius: *Episcoporum est Laicos judicare, non vero ab iis judicari.* (*) *Nihilominus edic! quos tibi deposcas judices;* Chromatius Presbyter dixit: *Salva Episcoporum judicandi potestate, ordine legantur, qui cum Palladio sentiunt.*

n. 51.

n. 52. S. Ambrosius subjunxit: *erubescimus audire, quod iste, qui Episcopum se jactat, a Laicis judicari petat! & in hoc quoque damnari meretur, cum jam impiæ hæresis coram convictus sit; itaque ego eum Sacerdotio indignum pronuntio, Sacerdotali Dignitate privandum, & virum alium Catholicum in ejus locum ordinandum.*

n. 53. Tum S. Ambrosius Episcopos memores esse jussit, Imperatorem ipsis, tanquam Scripturarum Interpretibus, hujus Disputationis Decisionem reliquisse, & a singulis suffragia petiit. S. Va-

(*) Insigne pro Clericis a Laicis non judicandis Testimonium!

S. Valerianus, Episcopus Aquilejensis, primus sententiam dixit in hunc modum: *mihi quidem, qui Arium defendit, Arianus, & qui ejus blasphemias non condemnat, & ipse blasphemus esse videtur; quare, mea sententia, talis ex Episcoporum ordine rescindatur.* Palladius, videns, rem serio agi, seque, hic stantem, deponendum, irridentis specie assumpta, inquit: *ludere cœpistis, ergo pergite! non respondemus vobis nisi in Concilio Orientalium.* Quo dicto ultra nihil profatus est. Episcopi omnes suam prompsere sententiam, unusquisque speciatim, eodem sensu, quamvis aliis verbis; omnes Arianum, & Episcopatu depositum declararunt. S. Ambrosius, deinde ad Secundianum conversus, instabat, ut confiteretur, Filium Dei esse verum Deum; at moveri non potuit, ut aliud diceret, quam esse verum Filium unicum Dei, non autem esse verum Deum, dicebatque, hanc propositionem in Scriptura non legi; & quantumcunque urgeret S. Ambrosius, S. Eusebio Bononiensi adjuvante, aliud a contumaci obtinere nequiit. Postquam Disputatio tenuisset a Diluculo usque ad horam septimam, nempe primam pomeridianam, Secundianus, sicut Palladius Sacerdotio dejectus est, & similiter Attalus Presbyter condemnatus.

Sæculum IV. A. C. 381.

n. 54.

n. 55. 56. 57. & 6.

n. 65.

n. 70.

ep. Syn. n. 5. 8. 9.

Sæculum IV.
A. C. 381.

§. XVI.

Epistolæ Concilii Aquilejensis.

Concilium deinde Aquilejense plures scripsit epistolas, quarum quatuor ad nos usque pervenere. Prima data est ad Episcopos Galliæ, atque Provinciarum Viennensis, & Narbonensis, qua Patres Concilii gratias agunt, quod Delegatos misissent, & condemnationem Palladii, & Secundiani notam faciunt. Credere pronum est, similes litteras ad alias quoque Provincias, quæ Delegatos miserant, datas fuisse. Forte etiam una epistola mutatis nominibus ad omnes missa. Tres aliæ Concilii Aquilejensis epistolæ ad Imperatores, id est, ad Gratianum scriptæ sunt. Prima Episcopi pro convocato Concilio gratias dicunt, & narrant, quæ acta fuerint, nempe hæreticorum fallacias, cavillationes, blasphemias, & condemnationem. Rogant Imperatores, ut Concilii sententiam executioni mandari jubeant, & ad locorum Judices rescribant, ut Ecclesiis depellantur, & in eorum locum Episcopi Catholici a Concilii Delegatis constituantur. Injecta de Attalo Presbytero mentione, subjungunt:

Ap. Amb. ep. 9.

Ap. Ambr. ep. 10.

n. 8. *de ejus Magistro autem Juliano Valente quid dicemus? qui licet loco Concilii proximus, comparere non est ausus, ne eversor Patriæ, & civium suorum proditor*

n. 9. 10.

meritas pœnas dare cogeretur. Is etiam Romanorum exercitui occurrisse visus dicitur, Gothorum habitu, cum torque, & armilla Gentilium more, summa Sacerdotii ignominia; quippe post fata S. Viri Marci, cujus memoria admirationi est, Petavii Episcopus ordinatus fuerat; nunc patria incensa Mediolani hæret. Igitur postulant, ut, Italia expulsus, ad sua redire cogatur; ut Imperatores Concilii Delegatos clementer audire velint, iisque, quæ peterent, concessis, actutum reverti permittant; tandem ut leges præcedentes vigerent, & Photinianorum conventus, nam Sirmii adhucdum congregabantur, prohibere placeret.

Sæculum IV. A. C. 381.

Secunda ad Imperatores, seu potius ad Gratianum, Epistola Antipapam Ursinum respicit. Ad Episcoporum notitiam devenerat, Ursinum cum Arianis, præsertim Valente Petavino, scelestam iniisse societatem, ut Ecclesiæ Mediolanensis pacem turbarent; eosque jam conventus agere secretos, jam ante portas Synagogæ, jam in domibus Arianorum; Ursinum vero aliis pessimum Auctorem esse, ut Ecclesiæ Pacem turbarent. Episcopi Imperatorem rogant, ne veteratori benignas aures concedat, sed pernicioſa importune petentem fortiter repellat, non solum ideo, quod Hæreticis faveat, sed etiam quod nocere voluerit Ecclesiæ Romanæ,

ap. Ambr. ep. II. n. 3.

Sæculum IV. A. C. 381.

manæ, totius Imperii Metropoli, ex qua Communionis jus in omnes alias Ecclesias derivatur. (*)

n. 4.

Tertia Concilii Aquilejensis epistola ad Imperatores, præprimis ad Theodosium missa est, cum res Orientis tangat. Episcopi in hac epistola sic ferme loquuntur: *In toto Occidente soli duo Hæretici supererant, modo a nobis damnati; hi duo angulos Daciæ, & Mœsiæ turbabant. In omnibus reliquis partibus usque ad Oceanum omnes Fideles in eadem communione sunt. At in Oriente, quamvis Hæreticorum insania repressa sit, ut ad nos relatum est, ipsos inter Catholicos multæ contentiones fervent. Timotheus Alexandrinus, & Paulinus Antiochenus, nobis Christiana Communione semper junctis, dicuntur ab illis vexari, qui in fide constantes non fuere. Ipsorum reditum unice cupimus, ita tamen, ut communio, quæ nobis cum aliis est, nihil detrimenti patiatur. Diu*

ap. Ambr. ep. 12.

n. 3.

(*) Ad ejusmodi Testimonia irrefragabilia, quæ Protestans Noster sua manu in vernaculam transfert, obmutescit ut stipes. Ecce Patres Concilii Aquilejensis in Sæculo quinto credebant, ex Ecclesia Romana Communionis Jus in omnes alias Ecclesias derivari, & ex consequenti illos extra veræ Ecclesiæ Communionem existere, qui cum ea non communicarent. Quid habet, quod istorum Patrum Testimonio, & Auctoritati, opponat Interpres noster?

Diu est, ex quo litteras ab utraque parte accepimus, præsertim ab iis, qui Antiochiæ dissidebant, & propositum nobis erat, quosdam ex nostris delegare, qui pacem restituerent, sed hostium irruptio, & rei publicæ tumultus obstitit. Quapropter rogamus vos, ut aliud Concilium omnium Episcoporum Catholicorum Alexandriæ celebrari jubeatis, & ibi definiatur, quibus Communio concedenda sit, & quibus neganda. Hæc in Concilio Aquilejensis acta sunt. Ex hac ultima epistola clare cognoscitur, Concilii Patres aut Concilium Constantinopolitanum nuper celebratum, pro œcumenico non habuisse, aut, quæ ibi gesta fuissent, nesciviſse.

Sæculum IV. A. C. 381.

§. XVII.

Aliud Concilium in Italia.

Episcopi Occidentis mentem mutasse videntur, nihil enim de Concilio tunc Alexandriæ acto constat, sed illud exploratum est, ipsos petiisse, ut Concilium universale Romæ congregaretur, idque Imperatorem Gratianum mandasse; antequam autem hoc concilium ageretur, alterum celebratum est in Italia, in quo S. Ambrosius præsedit, & cujus duæ nobis supersunt epistolæ, ad Imperatorem Theodosium datæ. In prima dicunt Patres: *diu est, ex quo scripseramus, necessarium esse, ut duo Episcopi Antiocheni, Pauli-*

Soz. VII. c. 2.

Hier. ep. 27. ad Eustoch. c. 2.

ap. Ambr. ep. 13. 14.

Sæculum IV. A. C. 381.

Paulinus, & Meletius, quos ambos credimus Catholicos, inter se paciscerentur, aut saltem si unus morte decederet, in defuncti locum nullus sufficeretur; bodie autem plures constanter affirmant, Meletio mortuo, & Paulino in vivis agente, qui semper nostræ Communionis fuit, in locum Meletii substitutum, seu potius adjunctum esse tertium, omni jure, & ritu Ecclesiastico repugnante. Ferunt, id consensu & consilio Nectarii factum, cujus ordinationem legitimam non putamus; quippe Episcopus Maximus nuper nobis in Concilio demonstravit, se cum Ecclesia Alexandrina communicare, dum epistolas Petri S. memoriæ prælegit; clare etiam ostendit, ideo se in domo privata Episcoporum jussu ordinatum, quod Ariani adhucdum Ecclesias tenerent; hinc nulla nobis causa de ejus Episcopatu dubitandi visa, eo quoque minus, quod protestaretur, plerosque de populo, & Clericis sibi amicam vim intulisse, ut ordinari pateretur. Nihilominus, Auguste! ne partibus non auditis, & absentibus, præcox judicium feramus, omnia te edocendum existimavimus, ut pro Bono pacis, sicut visum fuerit, disponas; sentimus enim, Gregorium juxta traditionem Patrum Sedem Constantinopolitanam sibi attribuere non posse.

Deinde queruntur, quod Orientales, quamvis scirent Maximum in Occiden-

tem

tem veniſſe, ut in Concilio univerſali causam diceret, adeſſe noluerint, & judicium Occidentalium non exſpectaverint; *verumtamen*, ſubjungunt: *etſi nullum fuiſſet Concilium indictum, Majorum noſtrorum jure, & conſuetudine egit, dum ad judicium Eccleſiæ Romanæ, Italiæ, & totius Occidentis appellavit, quod fecerunt Athanaſius S. memoriæ, & poſt eum Petrus, ambo Epiſcopi Alexandrini, & plerique Orientales. Non nobis examinandi prærogativam tribuimus, ſed a judicio excludi non debuimus.* Concludunt, ſe communionem ſuam Maximo denegare non potuiſſe, nec eam Nectario concedere; non aliter litis finem futurum, quam ſi in Sedem Conſtantinopolitanam reducatur, qui ordinatione eſſet prior, nempe Maximus, aut in Concilio Romæ, præſentibus Occidentalibus, & Orientalibus hæc quæſtio, uter jure potior ſit, decidatur. *Etenim*, ſubjungunt: *Orientales examen Epiſcopi Romani, aliorumque vicinorum Epiſcoporum, & Italiæ recuſare non debent, qui ſolius Aſcoli judicium exſpectarunt, eumque ex partibus Occidentibus Conſtantinopolim acciverunt. Nos vero moniti, a Principe, fratre tuo, ut tibi ſcriberemus, petimus, ut judicium omnibus ejusdem Communionis commune ſit.* Hic frater, Imperator Gratianus, eſt.

Sæculum IV. A. C. 381.

Concilium in Italia.

Impe-

Sæculum IV. A. C. 381. Imperator Theodosius, datis ad hanc epistolam responsoriis, Episcopis Italiæ errorem ademit, docens, quis esset Maximus, & quantum ejus ordinatio abordinatione Nectarii diversa sit. Dicit etiam, de ejusmodi causis, sicut & causa Flaviani in Oriente, ubi omnes partes præsentes essent, judicandum, nec petere necessitatem, ut Orientales in Occidentem convocarentur. Hæc fuisse re-

ep. 14. scripta, deprehenditur ex secunda epistola S. Ambrosii, & Episcoporum Italiæ, qua Imperatori gratias dicunt, quod Ecclesias Orientis, & Occidentis conciliasset, & fraudes aperiendo, tulisset causam, ob quam eorum animi ab Orientalibus fuerant aversi. Excusant, quod scripserint, desiderare se reconciliationem; rogantque, ut querelas Orientalium sopiat, qui neglectos se credebant; *non enim*, inquiunt: *Concilium petiimus commodi nostri causa, cum totus Occidens in pace sit.* Aliam Concilio celebrando materiam subjungunt in causa eorum, *qui*, inquiunt: *in Ecclesiam introducunt ignotam doctrinam, Apollinari adscriptam.* Necessarium erat, ut causa præsentibus partibus discuteretur, & ita novæ Doctrinæ convictus non ulterius sub generali nomine fidei lateret, sed Sacerdotio privaretur. Ex his patet, Apollinarem adhucdum stetisse in gradu suo, & ejus hæresin,

resin, saltem in Occidente, necdum om- Sæculum IV.
nibus cognitam (*) fuisse. A.C. 381.

§. XVIII.

(*) Eine fernere Anmerkung des Protestantischen Uebersetzers lautet in ihrem vollständigen Innhalt also: Es ist dieses letztere auch daraus stark zu vermuthen, da selbst der Römische Bischof *Damasus* durch einen Schüler des *Apollinaris*, der *Vitalis* hieß, berücket worden; so, daß er denselben als einen *orthodoxen* Glaubensbruder an den *Paulinus* nach Antiochien recommandiret, doch aber bald darauf den begangenen Irrthum erkannt, und andere vor ihm gewarnet. Bey welchem merklichen Verstoß *Baronius* sich mit dem bekannten Trost der Elenden begnüget: *Solamen miseris &c.* indem er den artigen und der Infallibilität ziemlich nachtheiligen Schluß machet: es ist kein Wunder, daß *Vitalis* den *Damasus* betrogen, indem er mit eben diesem zweydeutigen Bekänntniß auch den *Gregorius Nazianzenus* hintergangen. Gewiß viel Ehre für diesen *Gregorius*, daß man ihn an Einsichten dem Pabst vorziehet, und den Fehler des einen mit der Schwachheit des andern entschuldiget. Was soll man nun aus dieser Anmerkung lernen, als daß dieser Protestant in der Frage: in was für einem Verstande die Catholiken einem Römischen Pabste die Infallibilität beylegen, ein Ignorant sey? Pabst *Damasus* hat den Irrthum bald erkannt; Nichts destoweniger ist es bey diesem Uebersetzer ein merklicher Verstoß, und *Baronius* hat daraus einen der Infalli-

Sæculum IV.
A. C. 381.

§. XVIII.

Secundum Concilium Constantinopolitanum.

Interim Imperator Theodosius, quod Concilium Aquilejensem petierat, aliud

---

Infallibilität ziemlich nachtheiligen Schluß gemachet.

Nämlich unser Uebersetzer will einmal als ein Mann angesehen seyn, welcher im Stande ist, die Römischen Päbste, und den Cardinal Baronius zu beschimpfen, und die Ehre haben, in seinen eleden Anmerkungen den Cardinal Baronius zu beschmutzen. Nun ob er schon keiner Antwort werth ist, so will ich doch ihm zu Liebe, und dem Leser zu einer Ergetzung, ein kurzes Gedicht ausschreiben, welches sich auf die Annales des Cardinals, und auf das vergebliche Bellen des Uebersetzers sehr wohl schicket. Ich habe es vor einem Jahre in gar muthigen Blättern gelesen.

* * *

So pflegt ein edles Roß beherzt einher zu schreiten,
Wenn zwanzig Rüden ihm gleich jeden Schritt bestreiten.
Es trabt voll Muth die Bahn, darauf es abgezielt,
Wenn mancher Kläffer billt, der nichts von Ehre fühlt.
Wie leicht wärs ihm, ein Huf an dessen Hirn zu wetzen,
Deß Ohnmacht wütend tobt, zu schwach, es zu verletzen.
Doch seine Großmuth fragt nach leerem Bellen nicht,
Und spritzt kaum Schlamm und Koth dem Läffer ins Gesicht.

aliud convocavit, ut Orientem, præsertim Ecclesiam Antiochenam pacaret. Non vero convocavit Alexandrian, sicut Occidentales optaverant, sed Constantinopolim, & plerique Episcoporum, qui Magno Concilio interfuerant, etiam anno sequente 382. Antonio, & Syagrio Consulibus, ineunte æstate, illuc commigrarunt. S. Gregorius Nazianzenus quoque invitatus excusavit absentiam, & hac super re ad quemdam in officio constitutum, cui nomen Procopius, litteras dedit in hunc modum: *mea indoles, ut veritatem fateor, omnes Episcoporum Conventus refugit. Quia nullum unquam Concilium vidi, cujus prosper fuisset exitus, quodque malum non auxerit magis, quam sustulerit. Ambitio, & vincendi pruritus (ne, quæso! verba mea scandalo tibi sint!) ultra quam credi possit, in his cœtibus dominantur. Et, qui improbos arguere vult, periclitatur, ne & suæ famæ detrimentum patiatur, & alios non emendet. Quamobrem in meipsum me colligo, nullamque animæ securitatem, quam in sola quiete invenio. Præterea alia causa me ista cura eximit, nam morbo laboro, qui iter facere prohibet, & proximam mortis horam annuntiat. Itaque excusatum me habe, & Imperatori suggere, ne me desidiæ accuset, sed infirmitati ignoscat, cujus causa summam gratiam obtinui, ut ab-*

Sæculum IV A. C. 381.

Theod. V. c. 8.

ep. 55.

Sæculum IV. A. C. 382.

dicare liceret. Credidere, morbum fingi, atque iterata mandata per alium spectatum Ministrum, atque Olympium, Cappadociæ Prætorem, missa. Cæterum tanta Conciliorum aversatio, quæ etiam in aliis S. Gregorii Nazianzeni scriptis reperitur, nullatenus reverentiæ nocere debet, quæ universaliter his sanctis Conventibus exhibenda, cum aliunde Conciliorum agendorum necessitas luculenter sit demonstrata. Facile quisque observabit, generosam viri indolem, iis, quæ contra optimam ejus voluntatem in magno Concilio Constantinopolitano evenerant, acerrime ictam fuisse; senectus quoque, & morbi continui tædium augebant.(*)

ep. 76. *ep.* 83 84. *p.* 842. *Carm. II.*

Episcopi Orientales, Constantinopoli congregati, Epistolam Synodalem, ab Occidentalibus missam acceperunt, qua ad magnum Concilium, quod tunc Romæ agebatur, invitabantur; ipsi vero excusatos se haberi petierunt, quod tam longum iter nullius fore utilitatis crederent. Epistola responsoria directa erat ad Damasum, Britonem, Val-

Theod. V. c. 8.

ibid. c. 9.

(*) Hic in adjecta Nota Protestans audet dicere; Concilia Ecclesiæ plus nocuisse, quam profuisse. Nempe, in Conciliis omnes Hæreses damnatæ fuere, & Interpres cum Ovidio canit; Eleg. 1.

Ignoscant Augusta mihi Loca, Diique Locorum,
Venit in hoc illa fulmen ab Arce caput.

Valerianum, Ascolum, Anemium, Basilium, aliosque Episcopos Romæ congregatos. Initium epistolæ ducunt a persecutione, quæ inter eos primulum cessabat, cujus tristissimi effectus non nisi longo tempore reparari possent, licet enim hæretici Ecclesiis essent depulsi, eorum tamen pseudo-pastores eos foris congregare, movere seditiones, & omnibus viribus Catholicis nocere; *itaque*, subjungunt: *quamvis maximo desiderio teneamur, charitati vestræ, qua nos invitatis, respondendi, Ecclesias nostras non possumus derelinquere, quæ resloresscere incipiunt; imo plerisque nostrum absolute impossibilis esset ista profectio; Constantinopolim enim venimus juxta epistolas, a vobis anno superiore post Concilium Aquilejense ad piissimum Imperatorem Theodosium datas;* (*) *ad hoc iter solum comparati eramus, ad hoc solum Concilium consensum Episcoporum, in Provinciis remanentium, afferebamus; de longiori peregrinatione nequidem cogitavimus, aut de ea aliquid ad aures nostras pervenit, antequam Constantinopolim adveniissemus. Præterea*

Sæculum IV. A. C. 382.

Epistola Orientalium.

(*) Ex his manifestum fit non sine S. Damasi Papæ consensu, ut Interpres Protestans falso affirmat, Concilium Constantinopolitanum Universale a Theodosio Imperatore fuisse convocatum.

Sæculum IV. A. C. 382.

terea quis tam brevi tempore longinqua profectioni necessaria parare potuisset? aut novam rem Episcopos nostræ communionis edocere, & exspectare consensum? cum hæc ita se habeant, nihil aliud fuit potuimus, quam ad vos Venerabiles fratres nostros Episcopos Cyriacum, Eusebium, & Priscianum mittere, quibus testibus præsentibus amorem, quo in pacem, & zelum, quo in veram fidem ferimur, percipietis.

Ita enim res se habet; si persecutionem sustinuimus, pro fide Nicena sustinuimus, quæ nos docet credere in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus S. id est, in unam Divinitatem, Potentiam, & æqualis Dignitatis, Regni coæterni in tribus perfectis Hypostasibus, seu tribus perfectis Personis PROSOPOIS *substantiam; ita ut errori Sabelliano locus non sit, qui Hypostases confundit, aut proprietates destruit; nec errori Eunomianorum, Arianorum, & Spiritus inimicorum, qui substantiam, naturam, aut Divinitatem dividunt, & reducunt naturam posteriorem, creatam, aut alterius substantiæ in Trinitate increatis consubstantiali, & coæterna. Etiam Deitatem Incarnationis purissime conservamus, nec in isto Mysterio admittimus carnem sine anima, aut sine intellectu imperfectam. Confitemur, Verbum Dei integre perfectum ante Sæcula, & his novissimis*

mis diebus hominem perfectum pro nostra Salute factum esse. Hæc est summa fidei, quam prædicamus, & de qua plenius edoceri potestis per Concilii Antiocheni Symbolum, & per Symbolum Concilii Oecumenici, quod anno superiore Constantinopoli celebratum. Istud, de quo mentio est, Concilium Antiochenum, illud anni 379. fuisse creditur; atque his dispicitur, Orientales Constantinopolitanum anni 381. pro Oecumenico habuisse. Sæculum IV. A. C. 382. *Sup. XVII. §. 48.*

Tum rationem reddunt de iis, quæ circa Disciplinam statuerant; *scitis*, inquiunt: *antiquam Regulam, Decreto Concilii Nicæni confirmatam, ut ordinationes fierent in qualibet Provincia ab Episcopis Provinciæ, &, si vellent, vicinos accerserent. Itaque ad Ecclesiam Constantinopolitanam nuper restauratam, ordinavimus Episcopum Venerabilem Nectarium in Concilio Oecumenico, communibus suffragiis, spectante piissimo Imperatore Theodosio, omnibus Clericis, & tota Civitate consentientibus. Pro Ecclesia Antiochena illius Provinciæ, & Diœcesis Orientis Episcopi Venerabilem Flavianum totius Ecclesiæ consensu Canonice elegerunt; atque toti Concilio hæc ordinatio tanquam legitima probata est. In Ecclesia Jerosolymitana Episcopum agnoscimus venerabilem Cyrillum, olim ab Episcopis totius Provinciæ ordinatum, qui diversis in locis*

Sæculum IV. A. C. 382. *ab Arianis multa passus est.* Orientales in fine suæ epistolæ Occidentales hortantur, ut in Spiritu unionis, & Charitatis, depositio omni præjudicio, & affectu privato in omnia consentiant.

§. XIX.

Concilium Romanum.

Soz. VII. c. 11. At Orientales Occidentalibus non persuaserunt, ut in articulo gravissimo, nempe ordinatione Flaviani acquiescerent. Damasus Papa, & omnes Episcopi Occidentis Epistolas suas Synodales ad Paulinum, tanquam Episcopum Antiochenum direxerunt; Flaviano non scripserunt, nec ultra cum Diodoro Tarsensi, & Acacio Bereensi communicarunt, qui eum ordinaverant. Ægyptii quoque, & Arabes Paulino adhærebant; at Syri, Palæstini, Phœnices, Armeni, Cappadoces, sicut plerique ex Galatia, & Ponto ad Flaviani partes accessere. Hæc omnia sunt, quæ de isto Concilio Romano scimus. Ex inscriptione epistolæ ad Orientales videmus, S. Ambrosium, S. Valerianum Aquilejensem, S. Ascolium Thessalonicensem, & Anemium Sirmiensem interfuisse; aliunde autem constat, S. Epiphanium, & Paulinum Antiochenum, comitante S. Hieronymo ex Oriente adveniisse. S. Epiphanius apud Paulam Matronam Romanam tunc nobilitate, & exinde

Hier. ep. 27. ad Eustoc. c. 2. ep. 16. ad Prim. c. 3.

exinde Sanctitate illustrissimam diversatus est; cum Paulinus quoque sæpius ad eam inviseret, ingens solitudinis desiderium in mulieris animo excitarunt. Hyeme Romæ transacta, anno deinde sequenti in Oriente reversi sunt; at S. Hieronymus ferme annos tres ibi moratus est. Sæculum IV. A. C. 382. *Ep. 99. ad Asell.*

S. Ambrosius, cum esset Romæ, a Matrona ex ordine earum, quæ dicebantur Clarissimæ, invitatus, ut in domum ejus trans Tiberim veniret, ibi Sacrificium obtulit. (*) Mulier quædam balneatrix decumbebat paralytica, sciensque Ambrosium in illa domo esse, illuc in sella transferri voluit; tum S. Ambrosio orante, & ægrotanti manus imponente, ipsa viri vestes tetigit, easque osculata, repente sanata est, & ingredi cœpit. Paulinus, S. Ambrosio ab epistolis, qui hoc miraculum narrat, id se in ipsa urbe Roma post aliquot annos quorumdam Sanctorum virorum testimonio didicisse ait. Hujus rei occasione discimus, non nunquam Sanctum Sacrificium in domibus privatorum fuisse celebratum. S. Ambrosius Romæ charissimam Sororem suam, S. Marcellinam, quæ ibi morabatur, *Paul. vita Ambr. n. 10.*

(*) Exemplum Missæ privatæ! hoc ut eluderet astutissimus Interpres Protestans addidit vocem feyerlich. Allwo er das Opfer der Christen feyerlich begieng.

Sæculum IV. A C. 382.

tur, invenit; eadem ipsi ægrotanti sororia charitate inserviit; S. Ascolus Thessalonicensis quoque ad ægrotum invisit, summo decumbentis solatio, nunquam enim antea eum viderat; ergo perversi sæculi mores deflentes, mutuis lacrymis sua vestimenta humectarunt.

Ambr. ep. 15. n. 10.

§. XX.

S. Hieronymus Romæ.

Hier. ep. 11. ad Ageruc. c. 3.

Ep. 99. ad Assell. ap. Hier. ep. 124. 144. 145.

Præf. in Evang. ep. 145.

Sanctus Hieronymus in ista Romana conversatione S. Damaso Papæ familiaris fuit, eumque in scribendis Epistolis juvabat, & Rescriptis, quæ, pro consilio rogatus, ad diversa Ecclesiarum Concilia dabat. Brevi tempore omnes S. Hieronymum magni facere, ejusque morum sanctitatem, humilitatem, & facundiam amare cœperunt, omnes virum Episcopatu dignum censebant. Damasus Papa virum jam antea sæpius de variis Scripturæ quæstionibus consuluerat, eumque ad emendandam latinam Versionem Novi Testamenti hortatus fuerat, cum ergo Hieronymum Romæ apud se haberet, ut labores suos in S. Scripturam continuaret, auctor fuit. Illo tempore, quo Romæ fuit, verosimiliter creditur, Tractatum in visionem Cherubinorum Isaiæ compositisse, & in Parabolam filii Prodigi, quem utrumque aliis scribentibus dictavit, cum ipse oculis laboraret; item

Ep. 142. 143. 146.

versio-

Sæculum IV. A. C. 382.

versionem duarum Homiliarum Origenis in Cantica, & correctionem Psalterii secundum Septuaginta. Illo etiam tempore, & S. Damaso Papa luce fruente, scripsit contra Helvidium, Auxentii Discipulum, qui librum ediderat, quo, se quidem judice, ostenderat ex Scriptura, S. Virginem, Domino nostro nato, ex S. Joseph alios liberos peperisse; tum ad Thesin transgrediebatur, & affirmabat, Virginitatem nullatenus Matrimonio esse meliorem. Is error in Oriente disseminatus, ut vidimus, dum de Antidicomarianitis locuti sumus, in Occidente etiam serpere cœperat. S. Hieronymus aliquamdiu Helvidii scriptum tum ob Auctoris obscuritatem, quem non noverat, quamvis & ipse Romæ ageret, tum ob vile operis pretium, sprevit; tandem amici persuaserunt, ut responderet; atque clare demonstravit, nihil in Scriptura inveniri, quod opinioni in Ecclesia receptæ adversaretur, Mariam semper Virginem mansisse, & S. Joscphum Virginitatis ejus custodem fuisse. Imo propugnat, sanctum Virum Virginitatem servasse. In hoc libro Virginitatis virtutem extollit, & Matrimonii laudibus nihil detrahit. Circa idem tempus Dialogum contra Luciferianos scripsisse creditur, qui Ursini Sectatoribus juncti, turbas ciere in Damasum Papam non desistebant.

Post. ep. 151. Præf. in Ps. Ep. 50. ad Pamm. c. 7. Gennad. in Helvid.

Sup. XVII, §. 26.

c. 8.

c. 9. in fin.

Sæculum IV. A. C. 382.

ſtebant. In iſto Tractatu S. Hieronymus luculenter oſtendit ex actis Concilii Ariminenſis, qua ratione Epiſcopi decepti fuiſſent.

Sup. l. XIV. §. 14.

Cœterum nihil S. Hieronymo, quamdiu Romæ manſit, tantum negotiorum faceſſivit, quam reſponſa danda iis, qui eum ſuper S. Scriptura conſultabant, præcipue Matronis Romanis; nam quamvis viri modeſtia, quantum poterat, earum occurſum vitaret, majus tamen in eo perquirendo erat fœminarum ſtudium; iſtarum numero S. Marcella, S. Aſella, ſoror ejus, & Mater earum Albina ſunt accenſendæ. Marcella brevi tempore, & in compendio Doctrina proficiens, quam ſibi S. Hieronymus longo labore comparaverat, ſæpe eum exinde, ut ex Epiſtolis apparet, conſuluit; ea ſeptimo poſt primas nuptias menſe vidua, moveri non potuit, ut deinde novo fœdere jungeretur Cereali, viro, ætate quidem gravi, ſed nobiliſſimo, & opulentiſſimo, qui ſub Conſtantio Romæ Præfectus, & anno 358. Conſul fuerat. Longiſſimam viduitatem tanta morum puritas commendavit, ut nemini unquam malæ rei ſuſpicio exorta. In domum ruralem prope Romam ſeceſſit, ubi diu cum filia ſua Principia Virgine vitam Monaſticam duxit; & pium earum exemplum magno Monaſteriorum, virorum, Virginumque

Epiſt. 99. ad Aſell. ep. 16. ad Princip. c. 3. præf. in ep. ad Galat.

Ep. 136. 137. &c.

Ep. 10. ad fur.

Ep. 16. ad Princip.

nume-

numero originem dedit. Jam pridem, nempe annos ante quadraginta pietatis, & vitæ Monasticæ amor S. Marcellæ instillatus fuerat, cum S. Athanasius sub Julio SS. Pontifice anno 341. Romam venit; tunc enim ipso docente S. Antonii, adhuc dum viventis institutum, & Disciplinam Monasteriorum S. Pacomii pro viris æque ac fœminis didicit. Sæculum IV. A. C. 382. *Sup. l. XII. §. 20.*

§. XXI.

S. Paula.

Paula Marcellæ amica, atque inter Matronas Romanas, S. Hieronymi Discipulas, facile illustrissima, ex Rogato & Blesilla parentibus orta erat. Pater ejus genere Græcus, gentis suæ originem ab Agamemnone repetebat. Mater a Scipionibus, & Grachis genus ducebat. Paula Julio Toxotio in matrimonium data est, viro ex familia Julia, atque ideo ex Julii, & Æneæ sanguine. Genuit tres filias, & filium unum. Filiarum primogenita, ab aviæ nomine Blesilla dicta, septem non pluribus mensibus in matrimonio vixit, quod & Marcellæ contigerat, & relicta est vidua, viginti annos nata. S. Hieronymus, Romæ agens, eidem librum Ecclesiastici interpretatus est, ut contemptum mundi insinuaret. Rogavit ipsa, ut sibi commentariolum hujus libri abiturus relinqueret, quo Scripturam *Hier. ep. 27 ad Eust. c. 1.* *Ep. 22. ad Eustoch. c. 6.* *Ep. 25. ad Paul.* *Ep. 116. ad Paul. & Eust.*

Sæculum IV. A. C. 382.

ram istam, ipso absente, posset intelligere, dumque ipse parat opusculum componere, illa violenta febri correpta, paucos post dies extincta est. S. Paulam, filiæ mortem vehementissime dolentem, S. Hieronymus data Epistola solatus est, qua memorat, Blesillæ græce, latineque loquendi peritiam; hebræam quoque paucis diebus cepisse, nec unquam S. Scripturam e manibus dimisisse.

Ep. 52. ad Pamm. ep. 50 ad Pamm. init.

Filia S. Paulæ, Paulina nuptui data est Pammachio, sanctæ Marcellæ cognato, ex familia Furia, qui plures inter Majores suos numerabat Consules. Veteri amicitiæ vinculo S. Hieronymo, quondam suo Condiscipulo, junctus erat, cui ille non nulla opuscula inscripsit. Paulina prior ex hac vita cessit; tum ipse ab uxore liber, & improlis totum se piis operibus, & Dei servitio dedit; vitam Monasticam amplexus, omnia bona sua juvandis pauperibus, præcipue peregrinis, hospitio prope portum Romanum exstructo, impendit. Tertia S. Paulæ filia Eustochium vocabatur, quæ, nunquam a Matre discedens, Virgo permansit. Quarta Ruffina fuit, postmodum Alethii ex ordine Clarissimorum Conjux. S. Paulæ filius, omnium natu minimus, nomine Patris sui Toxotius vocatus, duxit Letam filiam Albini, Gentilis, & Idolorum Pontificis, qui deinde in sua senectute, filia, &

Ep. 26. ad eund.

S. Paula & Filiæ ejus.

& genero hortantibus, fidem suscepit. Ex matrimonio Toxotii, & Letæ progenita est Paula junior, cujus gratia S. Hieronymus ad Letam, tunc jam viduam, præcepta de puella Christiane educanda scripsit. Talis fuit S. Paulæ familia. Sæculum IV. A. C. 382.

Alia etiam Elogia duarum viduarum, Leæ, & Fabiolæ, & Virginis Asellæ a S. Hieronymo accepimus. Lea monasterio Virginum præerat, quas magis exemplo, quam verbis instruebat; noctes in oratione transigebat, vili vestitu, & cibo utebatur, a quibus tamen paupertatis ostentatio aberat. Moribus humillima, omnium cœterarum ancilla videbatur, quæ olim maximo famularum, & mancipiorum numero imperaverat. Ejus memoriam Ecclesia 22. Martii agit. S. Hieronymo, quodam mane S. Marcellæ Psalmum 72. explicanti, relatum est, defunctam esse Leam; hinc, occasione arrepta, eidem deinde defunctæ Elogium misit. Post biduum eidem quoque misit Elogium Asellæ, ipsius Marcellæ sororis, adhucdum in vivis existentis; Hæc decennis Deo consecrata fuerat; duodennis cellulæ se inclusit, humi cubans, solo pane, & aqua victitans, sæpe duos, tresve dies, & in quadragesima integras septimanas jejuna. Tunc annos numerabat quinquaginta, & necdum tanta austeritas ejus valetudini nocuerat. Suis mani-

Ep. 24. ad Marcell.

Ep. 15. ad Marcell.

Sæculum IV. A. C. 382.

manibus laborabat, cella non exibat, nisi ut in Ecclesias Martyrum se conferret, a nemine visa. Nunquam viro locuta fuit. Raro sororem in conspectum admittebat, moribus simplex, semper sibi similis, & in medio urbis Romanæ tumultu solitaria. Ecclesia sexta Dec. ejus memoriam colit. Fabiola, illustri Fabiorum familia exorta, viro nupsit, ea morum dissolutione, ut, cum tolerare non posset, eum relinqueret; tum juvenilibus adhuc annis libertate, a legibus civilibus sibi concessa, utens, alteri juncta est. Marito hoc secundo elato, cœpit peccatum agnoscere, atque perpendens, secundas nuptias Legi Evangelii fuisse contrarias, publicam pœnitentiam subire sustinuit; ergo Sabbato ante festum Paschæ ad Basilicam Lateranensem, aliis pœnitentibus mixta, comparuit, sparsis capillis, habituque, quo cœteri omnes, ad tristitiam composito; huic spectaculo Episcopus, Presbyteri, omnisque populus illacrymatus est. Ipsa extra januam perseveravit, donec eam Episcopus, qui ejecerat, in Ecclesiam reduxit. Post hæc, venditis omnibus bonis, prima Romæ fuit, quæ ægrotis Nosocomium erexit, ubi suis manibus decumbentibus serviebat. Sua liberalitate Clericos, Monachos, Virgines non solum Romæ, sed in omni Hetruriæ ora, ubi jam tunc condi-

Mart. Rom.

ta

Sæculum IV. A. C. 382.

tae rant Monasteria, juvabat. Verosimile est, istam nobilium fœminarum, aliorumque divitum Christianorum charitatem magnum mendicorum numerum Romam contraxisse, atque ad hoc tempus Valentiniani junioris Decretum refertur, ad Præfectum Romæ anno 382. directum, quo jubetur mendicorum ætatem, & vires examinare; debilibus subveniat, validos Denuntiatori tradat, si servilis sint conditionis, si vero liberi, ad agriculturam inertes compellat. Constans semper sanctorum virorum opinio fuit, in largiendis eleemosinis pauperum selectum esse oportere, ne eorum maximo damno, qui vere pauperes sunt, vagorum hominum otium, & avaritia foveatur. (*)

L. un. C. de mendic.

Ambr. off. II c. 16.

§. XXII.

(*) Hier reisset der protestantische Uebersetzer die Gelegenheit bey den Haaren an sich die Bettelmönche zu lästern. Er saget: Das war auch eine Ursach, warum zu diesen, und in den nächstfolgenden Zeiten keine Bettelmönche geduldet wurden. . . . . Einen Mönch der nicht arbeiten wollte, sahen die Alten für einen öffentlichen Betrüger, und Strassenräuber an, wie solches *Socrates* angemerkt hat.

Wenn er als ein ehrlicher Mann schriebe, würde er einen Unterschied machen zwischen einigen Landläufern, dergleichen der heil. Vater Benedictus

Sæculum IV. A. C. 383.

§. XXII.

Epistolæ Damasi contra Apollinarem. &c.

Ambr. ep. 15. & 16. Sanctus Epiphanius, & Paulinus Antiochenus, hyeme Romæ transacta, anno sequente 383. in Orientem reversi sunt; per Macedoniam migrantes, pervenerunt Thessalonicam, cui eodem anno novus Episcopus obtigit; S. Ascolus obierat, cujus fata Episcopi Macedoniæ, & Clerici Thessalonicenses ad S. Ambrosium perscripserunt; is in responsoria defunctum meritis laudibus exornat, & gratulatur ob Anisii, ejus Discipuli Electionem, quem in defuncti locum suffecerant.

---

dictus in seiner heiligen Regel beschreibet, und zwischen Ordensmännern, welche sich zu einer gewissen Regel bekennen, und unter einem Oberhaupt mit dem Beyfall der ganzen rechtglaubigen Christenheit leben.

Allein die vollständige Antwort auf diese Anmerkung stehet in dem obigen Gedichte und XVII. Abschnit. Wie auch auf diejenige, in welcher er auf seiner 453. Seite die Thaten des heil. Damasus ohne Grund critisiret. Denn er meinet, weil der heil. Petrus, oder Paulus gleich die ersten acht Tage nach Christi des HErrn Himmelfahrt keinen Vicarium in Illyrien bestellet haben, so hätte es der heil. Pabst Damasus auch nicht thun können.

rant. Ipsi quoque Anisio scripsit, hortatus, ut Prædecessoris sui vestigiis strenue insisteret. S. Damasus Papa similem illi, quam S. Ascolo dederat, potestatem confirmavit, ut de omnibus causis in Illyrico Orientali cognosceret. Cum Paulinus Antiochenus Thessalonicæ esset, S. Damasus ad eum Epistolam dedit, cujus hoc est initium : *Antea tibi scripseram per filium meum Vitalem, me omnia tuæ committere prudentiæ; hinc ne quod dubium tibi remaneat circa eos, qui Ecclesiæ uniri volent, mittimus tibi fidei nostræ Confessionem, non tam tui causa, qui eadem nobiscum sentis, quam eorum, qui tuam Communionem petierint. Itaque post Concilium Nicenum, illudque, quod ab Episcopis Catholicis Romæ celebratum, quædam, Spiritum S. tangentia, adjecta sunt, quia posterius aliqui dicere ausi sunt, Spiritum Sanctum factum esse per Filium. Quapropter anathematizamus eos, qui non aperte affirmaverint, Spiritum Sanctum ejusdem Potentiæ, & ejusdem substantiæ cum Patre, & Filio esse. Anathematizamus Sabellianos, qui dicunt, Patrem, & Filium esse eundem. Arium, & Eunomium, qui æqualiter, diversis licet verbis, dicunt, Filium, & Spiritum S. esse creaturas. Macedonianos, qui alio nomine ab Ario proficiscuntur. Photinum, qui, Ebionis Hæresin recudens, defendit, Dominum*

Sæculum IV. A. C. 383.

Ep. Innoc. coll. R. ep. 46.

Coll. Rom. Holst. p. 180. to. 2. Conc. p. 864.

Ibid. p. 900.

Theod. V. hist. c. 11.

Sæculum IV. A. C. 383.

minum noſtrum JEſum Chriſtum non aliam, quam ex Maria Virgine habere originem. Eos, qui dicunt, dari duos Filios, unum ante Sæcula, alterum poſt incarnationem. Deinde anathema ponitur contra Apollinarem, & aliud contra Marcellum Ancyranum, quin tamen nominentur. Sequitur Canon contra translationes, jam tum in Oriente frequentes. Poſt hæc anathematizationes contra diverſas Arianorum, & Macedonianorum propoſitiones continuantur. Ultimo prohibetur, ne quis, dum de divinis Perſonis loquitur, Deorum voce in plurali utatur, quamvis id nominis Scriptura quandoque Angelis, & ſanctis hominibus tribuat. Tandem S. Damaſus ſubjungit, Paulinum alloquens: *Igitur, ſi filius meus Vitalis, & qui cum eo ſunt, communionem tuam petant, prius fidei Nicenæ ſubſcribant.* Et inferius: *Quia malis futuris mederi non poſſumus, radicitus extirpanda eſt hæreſis, quæ nuper in Oriente deprehenſa dicitur, & confitendum, ipſam Sapientiam, Verbum, Filium Dei aſſumpſiſſe corpus humanum, animam, & intellectum, id eſt, totum Adam, totum veterem hominem ſine peccato. Nam ſicut, dum confitemur, Filium aſſumpſiſſe corpus humanum, non ideo tamen eidem affectus humanos tribuimus, ita etiam, dum dicimus, aſſumpſiſſe animam hominis,* &

& intellectum, non ideo affirmamus, fuisse subjectum peccato, quod a cogitationibus oritur. Hic dispicimus, errorem Apollinaris Romæ fuisse optime cognitum, & damnatum; Vitalem vero, quamvis in eum suspicio caderet, erroris necdum fuisse convictum; econtra Damaso Papæ fidei formulam tradiderat, quæ Orthodoxa videbatur, atque Papa rem Paulino discutiendam reliquit. Sæculum IV. A. C. 382. *Greg. Naz. 2. ad Cledon. p. 746.*

Ad idem tempus refertur Epistola S. Damasi ad Orientales, quæ ita incipit: *Quando Sedi Apostolicæ honorem debitum exhibetis, nemo majus emolumentum, quam vos ipsi, honoratissimi filii mei! inde percipit.* Deinde docet, se jam a multo tempore Timotheum unacum Magistro suo Apollinari, præsente Petro, Episcopo Alexandriæ, damnasse; non igitur esse, cur petant, eum rursus deponi. Ergo hortatur, ut fidem Nicenam constanter teneant, & non tolerent, ut sibi subditi vana eloquia, & quæstiones dudum definitas auscultant. *Ap. Theod. V. c. 10.* *Sup. l. XVII §. 32.*

§. XXIII.

S. Ambrosii Tractatus de Incarnatione.

Eodem ferme tempore S. Ambrosius Tractatum de Mysterio Incarnationis contra supra dictos errores scripsit. Occasio- *Paul. vit. Ambr. c. 18.*

Sæculum IV. A. C. 383.

casionem scribendi dederunt duo cubicularii, seu camerarii Gratiani Imperatoris, qui erant Ariani. Hi S. Ambrosio, pro Concione dicenti, quæstionem de Incarnatione Domini Nostri proposuerunt, promittentes se altera die in Basilica Portiana adfuturos, ut responsum audirent. Altera die hi duo viri contemnentes promissum suum, Episcopum, & populum, in Ecclesia congregatum, conscenso curru urbe exierunt oblectationis causa. S. Ambrosius, postquam diu exspectasset, & ultra detinere populum non posset, suggestum Ecclesiæ ascendit, atque de illa quæstione differere cœpit, dicens: *Debitum, sicut promisi, solvere cupio, fratres mei! sed hesternos meos debitores non conspicio; nisi forte putent, fraudibus turbari nos posse? at vera fides nunquam turbatur. Forte tamen venient, interim hos duos agricolas, qui nobis in lectione proponuntur, consideremus.* Nempe Cain, & Abel quorum historia fuerat prælecta. Inde sumpta occasione materiam aggreditur, & statim illorum Hæreticorum numerum init, qui circa Filium Dei errabant; his illos accenset, qui animam rationalem a Mysterio Incarnationis excludebant, nempe Apollinaristas, quos tamen non nominat; tum subjungit, eos forte S. Trinitatem rite honorare, sed nescire Natu-

De incarn. c. 1.

c. 2. n. 11.

ram

ram humanam a Divina distinguere. *Natura Dei*, inquit: *simplex est; homo ex anima rationali, & corpore compositus, si alterutrum tollas, hominis totam naturam destruis.* Deinde contra Arianos disputans, Divinitatis Verbi æternitatem probat; & ad Apollinaristas digrediens, demonstrat diversitatem carnis JEsu Christi, & Divinitatis ejus; quippe dicebant Verbum in carnem fuisse mutatum. Tandem alterum eorum errorem refellit, quo JEsu Christo animam rationalem, tanquam peccati principium, eripiebant. Et hic sermonem claudit.

Sæculum IV. A. C. 383.

c. 3. 4.

c. 6. *n.* 49. *&c.*

c. 7.

Interim duo Cubicularii, dum longiori excursione oblectantur, curru excussi, & funesto lapsu ambo extincti sunt. Revecta corpora, terræ mandata; at S. Ambrosius, ne miserorum memoriæ insultare videretur, nusquam in suis libris, ne quidem, dum hunc ipsum sermonem, quem, ab ipsis provocatus, pronuntiaverat, conscripsit, de tristi casu mentionem facit. In dicto sermone Tractatus ejus de Incarnatione consistit. Imperator vero Gratianus, qui huic sermoni non adfuerat, Objectionem Ambrosio proposuit, in qua Ariani maximam vim contineri jactabant, nempe Filium, cum esset genitus, ejusdem cum Patre naturæ esse non posse, qui esset ingenitus. Ergo S. Ambrosius hujus objectionis solutionem

Sæculum IV. A. C. 383.

nem adjunxit, quæ in hoc versatur cardine; distinctionem Geniti, & non Geniti non Naturam, sed Personam respicere.

c. 9. n. 97. &c.

§. XXIV.

Epistola S. Gregorii Nazianzeni ad Cledonium.

Vita Greg. p. 32.

Sanctus Gregorius Nazianzenus quoque in suo secessu contra errores Apollinaris scripsit, quibus Ecclesia Nazianzena turbabatur. Is in Cappadociam reversus in prædium Arianzenum, quod sibi de paterna hæreditate obvenerat, concessit, ibique, quamvis magna corporis infirmitate debilitatus, vitam pœnitentiæ rigore asperam duxit, quam tamen quies, & solitudo ei suavem reddebant. Imo totum quadragesimæ tempus silentio exegit, & Poema concinnavit, quo sui silentii rationem explicat; aliud compositit in festis Paschalibus, ut interruptum sermonem rursus a Laudibus JEsu Christi inchoaret. Attamen rediens Ecclesiam Nazianzenam, non eo fervore, quo par fuisset, absentiæ suæ tempore cultam, invenerat, atque Apollinaris erroribus infectam; id quidem primo patienter tulit, videns autem Hæreticos, eo non contentos, quod errores propagarent, etiam seipsum calumniari, & affirmare, in eorum stare sententia, quia cum

Carm. 54. p. 128. Carm. 55. p. 131. Carm. 5. p. 74 Carm. jamb. 23. p. 244. orat. 51.

Sæculum IV. A. C. 383.

cum eis adhucdum, tanquam cum fratribus, agebat, neceſſarium eſſe exiſtimavit, ut mentem ſuam aperiret; ſcripſit hac ſuper re ad Presbyterum Cledonium, qui jam diu vitam ducebat Monaſticam, & cui in ſua abſentia præcipuam gregis curam reliquerat. Apollinariſtæ jactabant, ſe in Concilio quodam Occidentalium fuiſſe receptos; ad hoc S. Gregorius dicit: *Si recepti fuere, oſtendant, & ſufficiet nobis; non enim recepti fuerint, niſi ſanctam Doctrinam teneant, & alio modo oſtendere non poſſunt, quam Decreto Synodico, vel Epiſtolis Communionis, quia hæc eſt Conciliorum conſuetudo.*

Sup. l. XVI. §. 16. P. 738.

Ad rem ipſam deinde progrediens, dicit: *Nemo alios fallat, aut ſe falli patiatur, credendo hominem ſine intellectu, hominem Domini, ſicut ipſi vocant; ſed potius dicamus Dominum, & Deum noſtrum.* Hæc ideo dicit, quia Apollinariſtæ JEſum Chriſtum, hominem Domini, Græce Κυριακον, & latine Dominicum appellabant. Tum S. Gregorius ita proſequitur: *Non ſeparamus hominem a Divinitate; docemus, eundem eſſe, qui antea non erat homo, ſed Deus, & Filius unicus ante Sæcula ſine corporis, aut cujuscunque materiæ commixtione. Qui noviſſime etiam humanitatem pro noſtra ſalute aſſumpſit, in carne paſſibilis, Divinitate impaſſibilis, corpore finitus, Spiritu* Epiſtola.

v. Aug. I. retract. c. 19.

S. Gregorii Nazianzeni

Sæculum IV. A. C. 383.

tu infinitus, idem terrestris, & cælestis, visibilis, & invisibilis, comprehensibilis, & incomprehensibilis, ut homo totus in peccatum lapsus per illum reparetur, qui totus, verusque homo est, & Deus. Si quis non credit, Mariam Matrem Dei, Θεοτοκον, *a Divinitate alienus est. Si quis dicat, Filium per Mariam transiisse, sicut per canalem, non autem in ea fuisse formatum operatione divina simul, & humana, divina, quia homo non est cooperatus, humana, quia de cætero graviditatis leges fuerunt servatæ, impius est! Si quis dicat, formatum fuisse hominem, in quem Deus deinde intraverit, damnandus est! Si quis duos Filios affirmet, unum ex Deo Patre, alterum ex Matre, & dicat esse distinctos, jure adoptionis veris Fidelibus promissæ dejiciatur! nam duæ sunt naturæ, Deus, & homo, sicut anima, & corpus; sed non sunt duo Filii, neque duo Dii, sicut non sunt duo homines, quamvis S. Paulus interiorem, & exteriorem hominem, quasi essent duo homines, memorat. Ut verbo uno complector omnia! Salvator duobus diversis constat, cum visibile, & invisibile idem non sit, sicut etiam aliud est, quod tempore mensuratur, & quod tempore mensurari non potest; sed duæ Personæ non sunt; hoc ut dicam, avertat Deus! nam duo unita sunt; Deus factus est homo, vel homo factus est Deus! hoc ut lubet, enuntiare licet. Di-*

Sæculum IV. A. C. 383.

Dico vero Deum, & hominem duo esse diversa, si cum Trinitate comparentur; nam dicimus alium esse Patrem, & alium Filium, ne Hypostases confundamus, non autem dicimus aliud esse Patrem, aliud Filium. Tres Divinitate unum sunt. Si quis dicat, Deum in JEsu Christo per gratiam operatum esse, sicut in alio Prophetâ, non vero ei in substantia fuisse unitum, is Gratia Divina privetur! Si quis non adorat Crucifixum, anathema sit, & inter ejus interfectores adnumeretur! Si quis dicat, JEsum Christum per opera sua ad perfectionem pervenisse, & ad dignitatem Filii elevatum post baptismum suum, aut suam Resurrectionem, sicut mortui, qui a Gentilibus Deorum numero inseruntur, anathema sit! nam quod initium habet, quod perficitur, aut crescit, Deus non est; quamvis alicubi de JEsu Christo hoc dicatur, quia sensim in oculis hominum se- Luc. II. 52. ipsum manifestabat. Si quis dicat, quod modo carnem dimiserit, Divinitas ejus S. Gregorii *corpus exuerit, & cum corpore, quod assumpsit, & retinet, non sit venturus, is adventum ejus, & gloriam non videat! Si quis dicat, carnem JEsu Christi de Cælo descendisse, eamque inter nos non* Epistolæ. *p. 740 fuisse assumptam, anathema sit?*

Deinde ad punctum, quod hæresis Apollinaristarum caput erat, transiens, dicit: *Si quis sperat in hominem sine in-*

Sæculum IV. A. C. 383.

tellectu, ipse intellectu caret, & salute indignus est! Deus enim nihil aliud sanat, & salvat, quam quod assumpsit. Si Adam non nisi secundum unam sui partem lapsus est, non opus fuit nisi, ut Christus assumat, & salvet mediam hominis partem. Si Adam totus peccavit, ne nobis invideant salutem perfectam! nec putent, Salvatorem ossibus tantum, & nervis constitisse, atque inanem fuisse hominis effigiem, si homo fuit sine anima. Hocipsum Ariani dicunt, ut possint passionem Divinitati tribuere, tanquam vitæ principio in corpore ejus. Si Christus animam habet sine intellectu, quomodo homo est? nam homo non est animal sine ratione; talis creatura nil nisi figura, & habitatio hominis erit cum anima equi, bovis, aut alterius bruti. Sequeretur talem, & non aliam creaturam esse salvatam, meque a veritate esse deceptum, si ob honorem non mihi, sed alteri collatum, superbiam. Deinde objectionibus Apollinaris respondet; tandem protestatur, illos, qui monitis suis non obtemperaverint, sed ulterius Corpus Ecclesiæ dilaceraverint, pervicaciæ pœnas in extremo judicio daturos. Apollinaris scriptorum suorum multitudine, & carminum amœnitate multitudinem fallebat; hinc S. Gregorius quoque plura scripturum se, & etiam versus compositurum promittit. Hæc causa

sa fuisse videtur, quod tot carmina post reditum suum ab urbe Constantinopoli ediderit. Sæculum IV. A. C. 383.

S. Gregorius alteram quoque Epistolam dedit ad Cledonium, ut satisfaceret quibusdam, sanæ fidei suæ argumenta petentibus, quasi vero necdum eam satis probasset. Simpliciter edicit, fidem suam non esse aliam, quam Nicenam, ea solum adjiciens, quæ ad Spiritum S. pertinent, de quo tunc temporis nulla quæstio mota fuerat. Etiam fidem suam de Incarnatione aperit, & loquens de Apollinaristis, dicit, cupere se omnibus notum esse; quomodo se res habeat inter eum, & Vitalem; *Ne accúser*, inquit: *hodie Confessionem fidei ejus, quam prius receperam, rejícere;* Eandem nempe, quam scriptam petenti Beato Damaso Episcopo Romano tradiderat. Ex his verbis colligitur, hanc Epistolam aliquamdiu, postquam Vitalis Confessionem fidei tradidisset, & post mortem S. Damasi scriptam fuisse. Tum S. Gregorius prosequitur, dicitque, Apollinaristas hæresis suæ arcanum solis suis Discipulis aperire, & quoties disputando ex notionibus communibus, quas nobis Scriptura de Incarnatione suggerit, ab adversariis premerentur, ipsos fateri, JEsum Christum habere rationem, & intellectum, atque esse perfectum hominem; sed hoc ita accipere, *Orat.* 52. S. Gregorius Nazianzenus

Sæculum IV. A. C. 383.

pere, quod Divinitas ea, quæ ex parte naturæ humanæ deficerent, suppleat; ut in Disputatione S. Epiphanii contra Vitalem vidimus. *Quis ergo miretur?* pergit S. Gregorius: *si bona fide in meliorem sensum accepi Vitalis verba, quæ nunc scandalo sunt aliis, horum verborum verum sensum intelligentibus? Hinc factum existimo, quod ipse Damasus, veritatem edoctus, sciensque, ipsos primis suis explicationibus inhærere, eos excommunicatos declaraverit, eorumque fidei formulam anathemate percusserit, indignatus, quod sua simplicitate abuti ausi fuissent.* Et inferius: *Quis non videt, quantum a sana ratione abhorreat, hodie velle annuntiare Doctrinam a tempore JEsu Christi huc usque ignotam? Si enim triginta anni sunt, ex quo eorum fides nata est, quamvis, ex quo JEsus Christus apparuit, ferme quadringinti effluxerint, Evangelium nostrum toto isto tempore nihil profuit, vana fuit fides nostra, in vanum Martyres passi sunt, frustra, & perverse tot Magni Præsules populis præfuerunt!* (*)

Sup. l. XVII §. 25. p. 748.

Greg. Naz. Ep. 71. ad Posthum. ep. 72. ad Satur.

§. XXV.

(*) Hier ist wiederum eine Anmerkung des Uebersetzers. Es heisset: Die ersten christlichen Lehrer hätten unter dem Namen der Tradition keine neue Glaubenswahrheiten verstanden, die weder

Sæculum IV.
A. C. 383.

§. XXV.

Eulalius Episcopus Nazianzenus.

EOdem ferme tempore S. Gregorius Ecclesiæ Nazianzenæ curam penitus a se amolitus est; ab Episcopis Provinciæ, præprimis ab Helladio Cæsarienſi, ejusdem Metropolitano, instantissime petiit, ut huic Ecclesiæ Episcopum darent, & tandem obtinuit, Eulalio in Præsulem Nazianzenum ordinato. Non abs re creditur, idem esse, quem S. Gregorius in pluribus locis laudat; is Gregorium affinitate contingebat, & vitam Monasticam professus, inter cœteros virtute eminuerat. Hunc igitur S. Gregorius, a se Presbyterum, & Chor-Episcopum creatum, magno gaudii sensu in Sedem Nazianzenam collocari vidit. Verumtamen hæc ipsa res S. Gregorii æmulis novam calumniandi materiam præbuit, dicentibus aliis, spretam fuisse ab eo hanc Ecclesiam; aliis affirmantibus, ipso invito Successorem ei fuisse subrogatum. Qua de

Ep. 225. *p.* 912. *Ep.* 54. *in fi. Ep.* 42. *vit. S. Greg. p.* 33. *ep.* 195. *Suf. L. XVII.* §. 5. *Carm.* 47. *p.* 108. *Ep.* 88. *p.* 833.

weder im Evangelio JEsu, noch auch in den ältesten Glaubensbekänntnißen gegründet gewesen. Das ist wahr, und lehren es auch die neuen römischcatholischen Lehrer. Es hat noch niemand können darthun, daß eine Glaubenslehre geprediget werde, welche nicht in der heil. Schrift ihren richtigen Grund hat.

Sæculum IV. A. C. 383.

de causa ad S. Gregorium Nyssenum, ejusdem Provinciæ Episcopum scripsit in hunc modum: *Nemo calumnietur me, quasi me invito alius Episcopus fuisset ordinatus. Non ita omnibus contemptus, vel invisus sum; sed Episcopos, ut id facerent, vehementer rogavi; ego enim semi-mortuus Ecclesiæ neglectæ gravissimum onus reformidabam; hanc igitur gratiam petii, nec, quod petii, canonibus est contrarium, sed mihi maxime commodum. Tandem per preces vestras dignus vobis, viris Sanctis, Episcopus huic Ecclesiæ datus est; hunc in manus vestras committo, Venerabilem Eulalium, inter cujus manus Spiritum reddere cupio. Si quis dicat, vivente Episcopo, alium non fuisse ordinandum, sciat, id nihil officere causæ meæ; quis enim est, qui nesciat, me Ecclesiæ Sasimensi, non autem Nazianzenæ fuisse ordinatum? hujus Ecclesiæ Regimen interim, tanquam extraneus, & in reverentiam Parentis mei, aliorumque, qui me rogarunt, suscepi.*

Ep. 225.

Ep. 42.

Cum S. Gregorius comperisset, proxime Concilium Constantinopoli agendum, & præteritorum experientia docuisset futura timere, duobus Magistratibus in Oriente præcipuis, Saturnino anni 383. Consuli, & Posthumiano Prætorii Præfecto, ambobus Christianis, amicis suis scripsit, rogans, ut in hoc Concilio

lio pacem, & Bonum Ecclesiæ, quantum possent, promoverent. *Ut ut enim*, inquit: *Dignitatem deposui, affectus tamen, & Ecclesiarum sollicitudo durat.* Sæculum IV. A. C. 383.

§. XXVI.

Concilium Constantinopolitanum tertium sub Theodosio.

Concilium, ut propositum fuerat, celebratum est. Theodosius Imperator, procurandæ Ecclesiarum paci nunquam non intentus, omnium Sectarum Episcopos Constantinopoli congregandos existimavit, ratus, si colloquia conferre juberentur, ad unam omnes sententiam adduci posse. Ergo Episcopi ex omnibus partibus, & omnis Religionis Constantinopolim confluxerunt mense Junio, Merobaudo, & Saturnino Consulibus, id est, anno 383. Imperator, vocato ad se Nectario, Episcopo Constantinopolitano, de mediis pacandi Ecclesiam cum eo deliberans, dixit, quæstionem, divisionis causam, plene dilucidandam, & omne dubium tollendum. Hæc Imperatoris verba magnam Nectario ingessere sollicitudinem. Misit, qui Agelium, Novatianorum Episcopum, ad se accerseret, quem secum in Doctrina de Trinitate consentire sciebat, eique voluntatem Imperatoris aperit; Agelius, in arte Dialectica parum *Socr. V. c. 10 Soz. VII. c. 12.*

Sæculum IV. A. C. 383.

parum versatus, suæ Ecclesiæ Lectorem, cui nomen Sisinnius, venire jussit, virum doctum, gerendis rebus exercitatum, methodi peritum, qua Scripturæ explicari solerent, & profanæ Philosophiæ non ignarum; is experientia tenebat, disputationes alendis, quam extinquendis litibus aptiores; sciebat etiam, antiquos Patres nullum Filio dare initium, sed ipsum credere Patri coæternum; ergo Nectario suasit, ut disputationibus, & argumentationibus rejectis, ad antiquorum sententiam, & judicium appellaret, atque auctoritate Imperatoris Sectariorum Duces ante omnia edicere jubeantur, an Doctorum Catholicorum, ante hanc divisionem celeberrimorum, testimonium accipiant, an vero illud, tanquam ad stabiliendam Ecclesiæ Doctrinam nihil faciens, & inutile rejiciant? *Si hos Patres rejiciunt*, inquit: *eos etiam anathematizent, necesse est, quod si facere ausint, populi furorem non effugient, & veritas manifeste triumphabit; si auctoritatem antiquorum Doctorum recipiunt, nostrum erit, eorum libros proferre, nostræ Doctrinæ testes luculentos.*

Nectarius, audito Sisinnio, ad Regiam properans, Imperatori, quid sibi suggestum fuisset aperuit; placuit Theodosio hanc viam ingredi, & quod suadebatur, solerter exequi statuit. Igitur id unum

ex

ex hæreticis ſciſcitatus eſt, an auctoritatem illorum, qui in Eccleſia ante ortam his ſuper quæſtionibus diviſionem docuerant, magni ponderis eſſe exiſtimarent? id negare non ſunt auſi, ſed magis affirmarunt, hos ſe, tanquam ſuos Magiſtros venerari. Inſtitit Imperator quærere, an hos viros, ut teſtes fide dignos in Doctrina Chriſtiana, ſequerentur? Repetita quæſtio Sectarum Duces, &, quos magno numero adduxerant, Dialecticos, ad diſputationem inſtructiſſimos, haud ſane leviter perturbavit; tunc diviſi ſunt, quibusdam dicentibus, opportunam eſſe Imperatoris quæſtionem, aliis, cauſæ ſuæ eſſe noxiam, affirmantibus. Quippe de libris antiquorum inter ſe diſſentiebant, & ne quidem eorum, qui cæteroqui uni Sectæ adhærebant, una erat ſententia. Imperator litigantium confuſione delectatus, & agnoſcens, eorum cauſam non antiquorum teſtimoniis, ſed inani diſputatione innixam, uno paſſu progreſſus, juſſit, ut Sectæ ſingulæ ſcriptam fidei ſuæ confeſſionem afferrent. Qui inter ſuos exercitatiſſimi habebantur, ſuam fidei formulam exquiſitis verbis conſcripſerunt, &, die ab Imperatore conſtituta, omnes Epiſcopi in Palatio comparuere. Aderat Nectarius, Dux eorum, qui Conſubſtantialem defendebant. Demophilus Arianorum, & Eu-

Sæculum IV. A. C. 383.

SS. Patrum Auctoritas.

Sæculum IV. A. C. 385.

nomius, cujus fidei confessionem, illo tempore scriptam, hodieque habemus, Eunomianorum Principes. Macedonianorum caput Eleusius Cyzicenus fuit. Imperator, acceptis omnium chartis, secedens, Divinum imploravit auxilium, ut se ad eligendam veritatem dirigeret; tum perlectis omnibus formulis, illisque, quæ Trinitatem dividebant, rejectis, & laceratis, illam solam, qua Consubstantialis asserebatur, recepit, & approbavit. Hæc ita contigisse Socrates, & Sozomenus testatum faciunt.

in Not. Vales. ad Socr. V. c. 10.

Credere oportet, Imperatorem Theodosium, quamvis esset Doctrinam Catholicam plene edoctus, id tamen solo suo arbitrio non feciisse, sed Nectarii, aliorumque Episcoporum Catholicorum, tunc præsentium consilio usum fuisse, quales erant S. Gregorius Nyssenus, cujus oratio, in illo Cœtu pronuntiata, nobis superest, & S. Amphilochus, qui eximiæ pro fide fortitudinis dedit specimina. Ut autem hoc se habuerit, ingens fuit hæreticorum pudor, atque alter Episcopus in alterum siniistri eventus causam rejiciebat, singuli vero a suis Sectatoribus turpis ignorantiæ incusati. Recessere ergo tristes, & quisque, datis ad suæ Sectæ homines litteris, hortabatur, ne magno se deferentium, & fidem Consubstantialis amplectentium numero turbarentur,

Orat. de Dei Filio &c. to. 2. p. 896.

Socr. et Soz. ibid.

rentur, *quia*, inquiebant: *multi sunt vocati, pauci vero electi*; quod illo tempore non dicebant, ut observat Socrates, quo magna sua in aulis potentia majorem populi numerum ad se rapiebant. Sæculum IV. A. C. 383.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Illo anno Imperator aliquas leges tulit, quibus hæretici conventus agere prohibebantur, ad id S. Amphilochi Episcopi Iconiensis forti facto excitatus. Paulo ante, nempe mense Januario ejusdem anni 383. Theodosius Filium suum Arcadium, vix expleto vitæ sexennio, Augustum declaraverat, & cum S. Amphilochus quadam die, aliquot Episcopis comitantibus, in Regiam venisset, exhibitis Imperatori consuetis reverentiæ signis, filium ejus Arcadium, quamvis Parenti proximus staret, nullo honore prosecutus est; credidit Theodosius filii sui præsentiam ab Episcopo non observari, monuitque, ut filium, jam Augustum, debitis obsequii signis honoraret. S. Amphilochus accedens, puerumque manu demulcens, dixit: *bona dies! fili mi!* Imperator offensus, jussit, ut crudum Senem e conspectu depellerent; cumque jam ad fores protruderetur, ad Theodosium vultu converso, & vocem extollens, dixit: *Filium tuum sperni, ferre non potes! scias* *Soz. VII. c. 6* *Theod. V. c. 10.* *Soz. VII. c. 12.* *Chr. Pasch. pag. 304.*

Sæculum IV. A. C. 383.

vero, non minori odio Deo homines illos esse, qui cultum, sibi debitum, filio suo negant! Theodosius, Episcopi Sapientiam admiratus, ad se revocato, ignovit, statimque legem, conventus hæreticorum prohibentem, sicut S. Amphilochus petierat, condere decrevit.

Arcadius Augustus.

Hinc lex supereſt ad Posthumianum, Prætorii Orientis Præfectum, missa, & data Constantinopoli, octavo Calendas Augusti, Merobaudo, & Saturnino Consulibus, id est, 25. Julii anno 383. & illius ferme Concilii tempore, qua omnes hæretici conventus agere, etiam in domibus privatis prohibentur, facta omnibus Catholicis eos coercendi licentia. Alia lege ad eundem Posthumianum directa, & data trigesima Septembris, eadem prohibitio iteratur, atque Apollinaristæ Arianis, & Macedonianis, in priori lege nominatis, adjunguntur. Per hanc Hæreticis neque ruri convenire licet, nec Episcopos ordinare. Domus, in quibus congregati fuerint, Fisco abscribuntur; eorum Doctores, & Ministri publici pellantur, & ad locum suæ nativitatis mittantur; tandem minæ adduntur, a Ministris Prætorum, si negligentiæ rei fuerint, pœnas reposcendas; hanc tamen legem non illico accurate fuisse servatam, ex eo patet, quod videamus, idem iterato præcipi lege edita duodecimo Calendas Febr. id

L. II. Cod. Th. de hær.

L. 12. ibid.

L. 13. ibid.

Soz. VII. c. 12.

id est, 21. Jan. anni sequentis. Quippe, cum Imperator Theodosius nihil magis percuperet, quam Hæreticos ad Ecclesiam reducere, terrere, non nocere volebat. In dicta lege de Novatianis nulla mentio, quod in materia Trinitatis cum Catholicis consentirent; hinc ipsi rursus in urbibus congregari cœperunt. Sæculum IV. A. C. 383. *Socr. V. c. 10.*

Circa idem tempus, nempe vigesima Maji, Theodosius alteram edidit legem contra Fideles, & Catechumenos, ad Paganismum revertentes, ablata testamentum condendi facultate. *L. 2. Cod. Theod. de Apost.* Valentinianus junior in Italia aliam promulgavit eodem ferme tempore contra triplicis generis Apostatas, nempe Christianos ad Paganos, Manichæos, & Judæos deficientes, eorumque Seductores. *L. 3. Cod.* Anno sequenti 384. Theodosius legem tulit, Judæis prohibentem, ne servos haberent Christianos, aut eos ad Judaicam superstitionem pellicerent, adjecta pœna, ut circa tales jure Dominii priventur. *L. 5. C. Th. de contr. emp.*

§. XXVIII.

Mors Gratiani. Maximus Imperator.

Inter hæc orta est seditio contra Gratianum, semper in Galliis adversus Germanos bellum gerentem: Maximus, natione Hispanus, copiis imperabat in Britannia, ubi sub Theodosio militaverat; cujus fœderatum se dicebat, ejusque ad *Zos. l. IV. p. 760. Oros. VII. c. 34. Victor. in epit. Grat.*

Sæculum IV. A. C. 383.

Imperium adoptionem æquo animo non ferebat. Igitur solerter in rem suam usus odio militum Romanorum, quo Gratianum prosequebantur, querentes, quod, se despectis, fiduciam in Barbaros, præsertim Alanos, poneret, obtinuit, ut se Imperatorem agnoscerent, atque Purpuram, & Diadema darent. Mari trajecto, in Galliam ad Rheni ostia pervenit, & populos in Gratianum commovit; is a parte suorum desertus, tamen prœlio decernere prope Parisios parabat, sed primos transfugas pluribus sequentibus, & Maximi castra transeuntibus, cum trecentis equitibus, qui sibi soli supererant, ad alpes contendit, Italiam petiturus. Urbes, penes quas viam dirigebat, fugienti portas clausere. Tandem Lugduni captus est, & Andragathii perfidia occisus. Ad convivium invitato, manu tangentes Evangelia, fidem jurant; mox non cogitantem interficiunt; nec cuiquam licuit saltem mortuo sepulturæ honorem exhibere. Hic fuit exitus Imperatoris Gratiani octavo Calendas Septembris, Merobaudo, & Saturnino Consulibus, id est, 25. Aug. anno 383. annos vitæ numerabat viginti quatuor, cum natus esset & sedecim partim cum Patre, partim cum fratre, & Theodosio regnasset. Is fuerat spectabili corporis habitu, venusto vultu, litteris apprime instructus, &

Hier. ep. 3. c. 10.

Ambr. in Psalm. 61. n. 23. 25. &c.

de obit. Val. n. 79.

Socr. V. c. 11 Marcell Chron. ann. 383. Hier. Chr. an. 360.

& Religione, quam S. Ambrosii sollicitudine semper servavit integerrimam. Ubi moriturum se scivit, S. Ambrosii præsentiam optare, sæpiusque de eo loqui auditus est. Nec somno, nec vino, nec muliebribus deditus; mansuetus alias, & patiens, nihilominus in bello strenuus erat, & intrepidus. Dum vero voluptatis amorem, suæ ætati familiarissimum, intra honesti limites continere voluit, nimium exercitationibus corporis indulsit, præsertim ferarum insectationi in vivario. Facetiosus erat, & in publico plus æquo timidus, hinc ab illis, quorum familiaritati adsueverat, regi patiebatur, qui ut avaritiam explerent, omnia auro vendebant, & Principis animum, sponte negotiorum labores aversantem, in otio fovebant. Sæculum IV. A. C. 383. *Chr. Pasch. an.* 359. *p.* 293. *Amm. XXVII. c.* 6. *XXXI. c.* 10. *Victor. in Grat. Ruf.* 1. *c.* 13. *Zos. l.* 4.

Maximus Imperii socium, Victorem filium, sibi adlegit, jussitque Flavii nomine appellari, quod a temporibus Constantini veneratione erat. Ipse autem Magnus, Clemens, Maximus dicebatur. Imperii sui Sedem fixit Treviris Galliarum Metropoli, quibus sicut Hispaniæ, & Britanniæ dominabatur, nempe illis Provinciis, quas sibi Gratianus reservaverat. Merobaudum Consulem, aliosque primæ sortis viros neci dedit. Macedonius Magister officiorum, pecunia corruptus, ut Priscillianistis faveret, tunc meritas avaritiæ, Maximus Tyrannus. *Paul. vit. Ambr. c.* 37.

Sæculum IV. A. C. 383.

ritiæ, & hæreticæ perfidiæ pœnas dedit, atque S. Ambrosii vaticinium implevit; quippe, cum aliquando S. Episcopus ad Macedonii Palatium se contulisset, gratiam pro altero petiturus, fores invenit clausas, nec in conspectum admissus est; tunc S. Ambrosius: *tibi quoque, Macedoni! post hæc ad Ecclesiam venienti, ingressus denegabitur;* veracem fuisse vatem, eventus docuit, nam, occiso Gratiano, Macedonio ad Ecclesiam confugienti, quamvis fores paterent, tamen ingredi non licuit.

Haud multo post, quam Maximus Treviros advenisset, S. Ambrosius, ab Imperatore Valentiniano, vel verius Imperatrice Justina, Matre eius, & Proceribus, qui ob ætatem Principis rebus gerendis necdum maturam (quippe duodenni major non erat) Imperii habenas moderabantur, missus adfuit. Quamvis Justina, utpote Ariana, S. Ambrosio semper esset infensissima, tamen præsente necessitate ad notam sibi viri prudentiam, & auctoritatem confugit, ejusque curæ filii sui fortunam commisit. S. Ambrosius longum iter, & Legationem periculosissimam in se suscepit, totamque hyemem in aula Maximi transegit, reditum Comitis Victoris exspectans, quem Maximus vicissim ad Valentinianum miserat. Tandem S. Ambrosius optatam pacem

de obit. Val. n. 28.

Ep. 24. *n.* 5. 6. 7.

cem obtinuit, ne Maximus in Italiam moveret, effecit, & cunctando Valentiniano tempus dedit, ut suæ securitati consuleret. Toto, quo Treviris fuit tempore, vir Sanctus cum Maximo non communicavit, utpote quem Domini sui percussorem æstimabat. Sæculum IV. A. C 383. *Ruf. II. c. 15. Ep. 20. Ambr. n. 23.*

§. XXIX.

Ithacius Priscillianistas accusat.

Ithacius Episcopus interim Treviris morabatur, persequendis Priscillianistis intentus. Mandatum Gratiani, a Macedonio obreptitie obtentum, quo in Hispaniam duci jubebatur, eluserat; ubi autem fama didicit, Maximum in Britannia imperare, & propediem in Galliam trajecturum, acquiescere statuit, donec adveniisset. Postquam Maximus Treviros pompa victoris intravit, Ithacius ei supplicem libellum tradidit, plures accusationes contra Priscillianum, & sectatores eius continentem. Maximus, qui Christianus erat, & si ambitioni suæ modum posuisset, alioqui vir probus, hoc libello commotus, Præfecto Galliarum, & Hispaniarum Vicario rescripsit, ut omnes universim, hoc errore infecti, Burdegalam deducerentur, in Concilio judicandi. Instantius, & Priscillianus igitur illuc perducti sunt. Primo interrogatus Instantius, cum inepte se defenderet, Episcopatu *Sup. XVII. §. 58. Sev. Sulp. l. 2. Oros. VII. c. 34.*

Sæculum IV. A. C. 383.

copatu indignus declaratur. Priscillianus, coram Episcopis respondere non ausus, ad Imperatorem appellavit, quam appellationem Episcoporum ignavia admisit, cum potius, ut dicit Sulpitius Severus, Episcopi judices eum, ob contumaciam damnare aut, si merito suspectus esset, hanc causam ad alios Episcopos devolvere, nullatenus vero judicium tam manifestorum criminum, ab Episcopo commissorum, Imperatori deferre debuissent. Hæc omnia sunt, quæ nobis de Concilio Burdegalensi constant.

Ergo Treviros ad Maximum perducuntur omnes hac accusatione impliciti; Episcopi duo Idacius, & Ithacius aliorum accusatores sequebantur itinerantes. Hæc vero bonis omnibus non probabantur, cum palam esset, hos duos id magis vincendi studio, quam amore justitiæ facere; nam in Ithacio nec morum Sanctitas, nec gravitas, Episcopi ornamenta, deprehendebantur; vir erat impudenter audax, garrulus, prodigus, vorax; & si quos videbat jejunio, & Lectioni addictos, esse Priscillianistas calumniabatur. Eadem tempestate S. Martinus Treviris degebat, quo, gratiam Principis pro miseris quibusdam, & damnatis deprecaturus, advenerat. Is non cessabat Ithacium reprehendere, & monere, ut ab incepto desisteret; alia ex parte Maximum rogabat,

gabat, ut reorum ſanguini parceret, di- Sæculum IV.
cens, ſufficere, ſi lata ab Epiſcopis ſen- A. C. 383.
tentia, quod eſſent hæretici, ex Eccleſiis pellerentur; denique rem ſine exemplo eſſe, ut cauſa Eccleſiaſtica Judici ſæculari ſubmitteretur. Ithacius, S. Martini exhortationibus pejor factus, auſus eſt virum Sanctum hæreſis accuſare, nempe more ſuo, omnes calumniabatur, quorum vitæ Sanctitas morum ejus improbitatem redarguebat. Sed tanta fuit S. Martini apud Maximum Imperatorem auctoritas, ut illo temporis ſpatio, quo ipſe Treviris fuit, reorum judicium differretur, & Maximum, cum ipſi abiturus valediceret, permoverit, ut fidem daret, ſe reorum ſanguinem non fuſurum.

§. XXX.

Priſcillianus morti adjudicatur.

Poſt S. Martini abitum Imperator ceſſit malis conſiliis Epiſcoporum Magni, & Rufi, quorum ſecundus Epiſcopus in Hiſpania fuiſſe creditur, poſteriori tempore ob hæreſin depoſitus. Ergo lenitatis oblitus Priſcillianiſtarum cauſam Evodio, quem Præfectum Prætorii creaverat, judicandam commiſit, viro juſtitiæ amanti, ſed præfervido, & magis quam par eſſet, rigido. Is de Priſcilliano bis quæſtione habita, eum plusquam unius criminis proprio ore convictum tenuit; non enim nega-

Sæculum IV. A. C. 383.

negabat, se studiis omnino pudendis operam dedisse, noctu conventiculis cum perditis mulieribus interfuisse, atque orationes nudo corpore peragere adsueviſse. Ergo Evodius convictum pronuntiavit, misitque in carcerem, donec quæ in quæstione comperisset, detulisset ad Cæsarem; ubi allata judicii acta Imperator inspexit, Priscillianum, & complices capitis damnandos existimavit. Tunc demum intellexit Ithacius, quanto Episcoporum odio se ipsum esset oneraturus, si ultimis actionibus contra hos reos adesset, nam adhue semel judicandi erant & sententia finalis pronuntianda, jamque plurimum invidiæ sibi contraxerat, quod etiam miserorum quæstioni adstare sustinuisset. Itaque ne omnium odia in se crescerent, discessit, atque Imperator alium loco ipsius Actorem constituit, quemdam, cui nomen Patricius, fisci advocatum. Hoc igitur Actore, Priscillianus ad mortem damnatur, & cum eo duo Clerici Felicissimus, & Armenius, qui ante breve tempus, relicta Ecclesia Catholica, ipsum secuti fuerant. Latrocinianus quoque Laicus, & Euchrocia capite damnati sunt, & hi quinque ultimo supplicio puniti. Instantius Episcopus jam antea in Conciliis Cæsar-Augustano, & Burdegalensi damnatus in Insulam Sylinam, ultra Britanniam sitam, relegatus est. Tunc etiam

Pacati paneg. n. 29.

Sæculum IV. A. C. 383.

iam aliorum Priſcillianiſtarum cauſa diſcuſſa; Aſarinus, & Aurelius Diaconi ad pœnam capitalem damnati. Tiberianus in dictam Inſulam relegatus. Bona ejus fiſcus abſtulit. Tertullus, Potamius, & Joannes mitiori exilio in Gallias ad tempus miſſi, quod eſſent conditionis inferioris, & ſe ipſos, cum conſciis ante habitam quæſtionem accuſando, majori commiſeratione digni. Hoc rigore Maximus in Priſcillianiſtas animadvertit. Eodem tempore una mulier, nomine Urbica, cum pertinaciſſime illorum hæreticorum impietatem defenderet, a populo Burdegalenſi lapidibus oppreſſa.

Chr. Proſp. an. 385.

Priſcilliani ſupplicium Sectam ejus non extinxit, ſed auxit. Sectatores ejus, qui Magiſtrum ut Sanctum ſuſpexerant, cultum Martyri debitum exhibuere; nec ſanctius eis fuit juramentum, quam ſi quidquam in ejus nomine promitterent. Priſcilliani, aliorumque, morte affectorum, corpora in Hiſpaniam revecta, & ſolemnibus exequiis honorata. S. Hieronymus, cum exinde poſt ſeptem, octove annos ſuum Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum ſcriberet, ubi de Priſcilliano loquitur, dicit, Idacii, & Ithacii factione ad mortem condemnatum, eumque a quibusdam de Gnoſticorum Hæreſi accuſari, ab aliis autem defendi. At poſterius hoc factum melius edoctus, tanquam

Sæculum IV. A. C. 384.

quam de homine hæretico loqui non dubitat, & juste condemnato. Priscillianum plura opuscula scripsisse memorat, & de opusculis Matroniani, & Tiberiani, qui ambo erant hujus Sectæ, & Hispani, ita loquitur: *Matronianus, qui idem ac Latronianus esse creditur, doctus erat, & elegantes versus canebat. Tiberianus suæ hæresis apologeticum stilo turgenti, & jactanter compositio, scripsit; in exilio, ærumnarum pertæsus, a Priscillianistis se separavit, at aliam culpam admisit, dum filiam suam, quæ Deo Virginitatem consecraverat, nuptui dedit.*

adv. Pelag. ad Ctesiph. c. 2. de Script.

§. XXXI.

Symmachi Relatio.

Am. l. XXI. c. XXVII. Sup. l. XIII. §. 45. lib. XV. §. 3.

Gentilibus, quos Gratianus legibus editis presserat, ipso e vivis elato, spes rediit, rem suam publicam sub debili Regimine pueri Valentiniani, & mulieris, Matris ejus, posse resurgere. Constantius Romam adveniens anno 357. ex loco, quo Senatus conveniebat, aram Victoriæ aufferri jusserat; at jubente Juliano denuo erecta, Valentiniano primo Imperante, stare permissa est. Gratiano rerum potito, rursus destructa, qui prædia templorum, redditus, Sacrificiis, & Pontificum sustentationi destinatos, census Virginum Vestalium, quibus etiam ademit privilegia, fisco adscripsit; imo illa

illa quoque fisco tribuenda decrevit, quæ aliquis testamento Templis, Pontificibus, aut Vestalibus legasset. Contra hanc Legem Senatores Gentiles querebantur, atque Symmachum, virum sui sæculi eloquentissimum, alterius Symmachi, Romæ sub Valentiniano I. anno 365. Præfecti, filium, legatum ad Gratianum miserunt, & quidem tanquam totius Senatus nomine. At Senatores Catholici, quorum numerus erat admodum magnus, suo quoque nomine libellum tradiderunt, quo Paganorum libello contradicebant, atque tam publice, quam privatim protestabantur, ultra ad Senatum non accessuros, si Cæsar Gentilium petitioni annueret. Damasus Papa hunc Senatorum Christianorum libellum supplicem ad S. Ambrosium misit, ab ipso, sicut factum est, in manus Imperatoris Gratiani reddendum. Gratianus, rejecto libello, Paganos conspectu non est dignatus. Hæc circa annum 382. gesta. Gratiano occiso, Symmachus Romæ Præfecturam obtinuit, Clearco, & Ricimero Consulibus, id est, anno 384.

Sæculum IV. A. C. 384.

Ambr. ep. 17. n. 10. Gothofr. Prosopogr.

Is igitur Decretum nomine Senatus scribi jussit, quo omnia dicta jura sibi erepta querebantur; tum tanquam vi officii de iis, quæ Romæ fiebant, rationem redditurus, Relationem composuit, in qua easdem repetebat querelas, & secundum

Sæculum IV. A. C. 384.

cundum temporum illorum formulam ad tres Imperatores, Valentinianum, Theodosium, & Arcadium dirigebatur, quamvis soli Valentiniano fuerit tradita. Itaque Symmachus in hac Relatione, arte Rhetoricæ suæ usus, dicit, duas se subire Personas urbis Romæ Præfecti, & Legati. Queritur, se in prima sua Legatione non auditum, dicitque jam se in spem erigi, sub novo Principe errata Regni prioris emendanda. Deam Victoriam non proscribendam, nec lædendam hortatur; ac si tota Deæ potentia in hac ara resideret; antiquæ consuetudinis auctoritati cedendum, contendit. Tum Rhetorum figuram adhibens, quam Prosopopeiam vocant, urbem Romam inducit loquentem; in illa Religione perseverare velle, in qua maxime floruisset; nolle sui Senectuti probrum inferre, & mutari; injuriam facere, qui a tot Sæculorum anu exigeret, ut mores peregrinos imitaretur. Ut Imperatoribus Christianis assentetur, persuadere nititur, a Gentilibus unum Deum sub diversis nominibus coli. Dicit, Principes generosos oportere vile lucrum spernere, quod sibi confiscationibus, de quibus queritur, esset obventurum. Nec viam terroris intentatam relinquit, dum calamitatum publicarum causam antiquæ Religionis contemptui adscribendam censet. Tum tragi-

Relat. Sym. l. 10. ep. 54. apud Ambr. post. ep. 17.

tragicam famis effigiem ante oculos ponit, quæ anno præcedenti Romam afflixerat. Hæc argumenta disertissimus illorum temporum Orator defendendæ Idololatriæ aptissima existimabat. Sæculum IV. A. C. 384.

§. XXXII.

S. Ambrosii Responsum.

Quamprimum S. Ambrosius de Symmachi Relatione audivit, ad Imperatorem Valentinianum litteras dedit, hortatus, ne in favorem Paganorum animum suum occupari sineret. *Subditi tui*, inquit: *tibi serviunt, tu Deo! tuum ergo est, saltem impedire, ne falsis Diis serviatur. Ex tuo profecto Gentilibus largieris, si ea donas, quæ tamdiu tuus fiscus possedit. De bonorum jactura queruntur illi, qui nunquam non Christianorum sanguinem crudelissime fuderunt, & Ecclesias nostras funditus everterunt! Privilegia exposcunt, qui nos, Imperante Juliano, omnibus hominibus communi loquendi, docendique libertate privarunt! tam parum expedit tibi, ut quidquam eorum, quæ Antecessores tui in causa Religionis statuerunt, mutes, quam in iis, quæ in Regimine Civili decreverunt. Nemo tuam juventutem decipiat! si Idololatra est, qui tibi hæc suadet, æquum non est, ut illam tibi libertatem eripiat, quam tu ipsi indulges! neminem enim, quod non vult, adorare co-*

ep. 17. ep. 18. n. 1.

Sæculum IV. A. C. 384.

gis. Si a Senatoribus Christianis exigas, ut coram ara illa juramentum præstent, idem feceris, ac si in eosdem persecutionem commoveas; nam modicus Senatorum Ethnicorum numerus totius Senatus nomine abutitur. Rogo te igitur ut Episcopus, & omnium Episcoporum nomine, qui mihi se jungerent, nisi res hæc tam subita esset, & incredibilis, ne hoc libello permotus, quidquam statuas! saltem prius rem ad Imperatorem Theodosium, Patrem tuum, deferri jube, quem in rebus arduis consulere consuevisti. Peto, ut mihi descriptum exemplum, Relationis tibi traditæ, detur, quo amplius respondere possim! si aliud jusseris, dissimulare non poterimus. Venies forte ad Ecclesiam, sed Episcopum ibi non invenies, aut invenies resistentem tibi, & oblationes tuas spernentem. Deinde Valentinianum, Parentem ejus, excusat, dicens, ipsum nesciviſſe, exstare in Senatu aram, & ibi offerri Sacrificia.

Postea S. Ambrosius, exemplo Relationis Symmachi accepto, in responsum edidit librum, quo allitum artis Rhetoricæ fucum ab hac materia abstergit; Prosopeiæ ejus alteram ejusdem generis figuram opponit, & urbem Romam fateri fingit, se quidem tot victorias, tot partas lauros neutiquam falsorum Deorum auxilio in acceptis referre, quos utique devictæ a Romanis gentes non mi-

Ep. 18.

nus

nus coluere, sed unice militum suorum fortitudini. Tum vero, quam funesto exitu Imperatores Idololatræ interierint, enarrat. Ad Paganorum querelam ob reddituum, & privilegiorum suorum jacturam respondet: *dicam, quantum Christianorum simplicitas, sordida Gentilium avaritia præstet! fratrum nostrorum in JEsu Christo numerus paupertate, oppressione, suppliciis accrevit; ipsi, nisi lucrum eorum avaritiam satiet, stare Deorum cultum posse non credunt. Non credunt Virgines continentiam, nisi obscænæ voluptatis jactura ostentatione, & vanis honoribus compensetur, servare posse. Vix septem Vestales numerare est; has paucula ad servandam castitatem cogitis, non perpetuo, sed destinato tempore, atque interim ornatu capitis, purpura, lecticarum pompa, copioso famulatu, singularibus privilegiis, & censibus opimis mulierculas has delinitis.* His S. Ambrosius opponit ingentem Virginum Christianarum multitudinem, quamvis earum paupertas, vitæ humilitas, & rigor alias ejusdem sexus magis absterrere, quam ad sui imitationem allicere possint.

Sæculum IV. A. C. 384.

n. 11.

S. Ambrosius.

n. 12.

Tum vir Sanctus prosequitur in hunc modum: *queruntur, quod Sacrificulis, & templorum Ministris annui census, ex ærario publico non dentur; dum interim nos Christiani novissimis legibus etiam priva-*

Sæculum IV. A. C. 384. *torum hæreditatem adire probibemus, quo jure Miniſtri templorum non privantur. Si Presbyter oneribus urbium exemptus eſſe cupit, Majorum ſuorum bonis abdicare ſe cogitur, dum interim Centurio ab iisdem oneribus liber eſt. Non hæc memoro, ut conquerar, ſed ut oſtendam, quanta illa ſint, de quibus non conqueror. Reſpondent; Eccleſiis noſtris ſuos redditus eſſe; quæro ego, cur non ipſi in eosdem uſus ac nos noſtro exemplo cenſus ſuos expenderint? Eccleſiæ bona ſunt panis pauperum. Oſtendant illi numerum captivorum, quos ex templorum ærario redemerint, pauperes, quos aluerint, exules, quibus ſubſidium miſerint! quæ prius Sacrificulorum avaritiæ ſerviebant, hodie Bono publico impenduntur, & hanc Charitatem calamitatum publicarum eſſe cauſam calumniantur.* Poſt hæc Symmachi mendacium refellit, dicentis, annonæ inopiam, & famem, pœnam eſſe, qua Dii ſui contemptum ulciſcerentur. Oſtendit, ſimilia ab omnibus retro ſæculis mortales afflixiſſe, & ultimo anno ſolam Italiam hac calamitate fuiſſe preſſam. Luctuoſum Gratiani interitum objicientibus, reſpondet, funeſtiſſimos Principum Ethnicorum, præcipue Juliani, exitus ſatis probare, hæc rerum humanarum viciſſitudini adſcribenda. His duobus S. Ambroſii libellis in Conſilio Valentiniani Comite

ep. 73. n. 5.

Bau-

Bautone, Militiæ Magistro, & Rumorido ejusdem Dignitatis, sed Pagano, prælectis, victus Imperator adductis argumentis, nihil eorum, quæ Pagani petebant, concessit. Sæculum IV. A. C. 384.

§. XXXIII.

S. Damasi obitus. S. Siricius Papa.

Symmachus eodem Præfecturæ suæ anno, quam Justitiæ amantes Christiani essent, suo bono expertus est. Is apud Imperatorem Valentinianum insimulabatur, aliquos Christianos injuste vexasse, occasione accepti mandati, ut in eos, qui urbis muros labefactaverint, inquirat. Christianos ex Ecclesiarum Sanctuariis abstraxisse dicebatur, ad quæstionem rapiendos, atque plures Episcopos tam ex vicinis, quam remotis urbibus vinctos adduci jussisse, & in carcerem compingi. Epistolam, quam, ut objecta dilueret, ad Imperatorem dedit, habemus. In illa allegat testimonium ministrorum sibi subjectorum; nullum Christianum in vinculis, aut carcere inveniri, quamvis alii ob diversa crimina ibi custodirentur. At testes innocentiæ suæ, omni exceptione majores, producit epistolas Damasi Papæ, affirmantis, dicti mandati occasione nullum Christianorum læsum, nullum vinculis datum. S. Damasus Papa mortalitatem exuit eodem anno 384. undecima Dec. prope octo- *Symm. X. ep. 34.*

Hier. script. Prosp. Chro. an. 385.

Sæculum IV. A. C. 384.

octogenarius, cum S. Sedem tenuisset annos octodecim, nempe ab anno 366. Hunc plura miracula vivum, & post obitum patrasse referunt. In quodam loco, ubi Reliquiæ S. Sixti, & aliorum Martyrum servabantur, corpus suum sepeliri concupierat, sed mutavit propositum, quod indignum se crederet, cujus cineres, cum Sanctorum cineribus commiscerentur. Hinc exuviæ ejus in Ecclesia, quam in Catacumbis ædificaverat, via Ardeatina, penes Matrem, & sororem suam Virginem Irenem, cui Epitaphium composuerat, terræ mandatæ sunt. Sibi ipsi quoque Epitaphium concinnavit, quo fidem suam de Resurrectione expressius manifestat. Ecclesiam S. Laurentii prope Theatrum, cui post Patrem suum ministraverat, vel ædificavit, vel reparavit; hodieque nomine ejus dicitur. Hanc picturis, Historias Sacras repræsentantibus, ornavit, quæ quadringentis abhinc annis conspiciebantur. Huic Ecclesiæ quoque donavit patenam argenteam, quindecim libras habentem; rursus vas cælatum decem librarum. Decem Calices argenteos, quemlibet trium librarum; quinque coronas argenteas, ferendis cereis, quorum quisque octo librarum esset, aptas. Candelabra cuprea sedecim librarum. Domos, circum Ecclesiam sitas, quarum census quinquaginta quin-

Sup. l. XVI. §. 8.

Dam. carm. 29. Anast. in Damas.

carm. 28.

carm. 16.

carm. 18.

Epist. Hadr. 1. Conc. VII. c. 19. to. 7. Conc. p. 955. C. Anast.

quinque asses aureos æquabant. Agrum, cujus census ducentis viginti assibus æstimabatur, & alterum qui centum & tribus. Balneum haud procul ab Ecclesia positum, cujus census viginti septem asses aureos reddebant. Omnes hi reditus quadringentos quinque asses aureos conficiunt, atque si singulos octo librarum esse æstimes, tria millia ducentas quadragintæ nostræ monetæ libras exæquabunt. Vasorum vero argenteorum pondo, si ad duodecim uncias libræ Romanæ reducas, octoginta marcarum pretium, sine operis mercede, æstimabitur. S. Damasus etiam aquam e scaturiginibus Vaticani, quæ corpora ibi sepulta humectabant, collegit, & fontes baptismales paravit. Quædam scripta post se reliquit, atque inter alia multa Epitaphia, & Inscriptiones stylo ligato, ferme quadraginta numero. (*)

Sæculum IV. A. C. 384.

carm. 39. *Hier. script.*

(*) S. Hieronymus de Script. Eccles. hæc pauca habet: *Damasus Romanæ urbis Episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque, & brevia metro edidit, & prope octogenarius sub Theodosio Principe mortuus est.* Vel istud Interpres Protestans S. Papæ invidet, & adjecta Nota maculam ipsius memoriæ aspergere conatur. Scilicet de eo vere, quoties de SS. Pontificibus sermo recurrit, dici potest illud Maronis Ecloga III. *Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.*

Sæculum IV. A. C. 385.

Siricius Papa.

Anast. Baron. in app. to. 4. Chr. Cod. Theod. ap. Baron. an. 385. n. 6.

In Damasi locum electus est Siricius Romanus, Tiburtii filius, Tituli Pastoris Presbyter, qui ferme annos quindecim sedit. Imperator Valentinianus, tunc Mediolani residens, hanc Electionem ratam habuit, ut ex Rescripto apparet, ad Pinianum Romæ Præfectum, junioris Melaniæ Maritum directo. In illo dicitur, Siricium una omnium voce electum, & Ursinum populi acclamationibus rejectum; ex quo dispicitur, Ursinum ne tunc quidem quievisse. Hoc rescriptum septimo Calendas Martii, id est, vigesima tertia Februarii, anno 385. datum est.

§. XXXIV.

Decretales S. Siricii.

Himerius, qui a longo tempore Ecclesiam Tarraconensem, Magnæ Hispaniarum partis Metropolim, regebat, Romam miserat ad Damasum Papam Presbyterum, cui nomen Bassianus, ut super diversis Disciplinæ Ecclesiasticæ articulis SS. Pontificem consuleret. Is Romam advenit, Siricio jam ordinato, qui Pontificatus sui exordio rescripsit epistolam celeberrimam, inter epistolas hujus generis, quæ ad nos usque pervenerint, primam, & Decretales dicuntur, quia sunt Rescripta, quæ habent vim legis. (*)

To. 2. Conc. p. 1017.

Hæc

(*) Anonymus II. in Paragrapho I. suarum obser-

Hæc Decretalis data est tertio Idus Febr. Arcadio, & Bautone Consulibus. Id est, undecima Febr. anno 385. atque Papa respondet in hunc modum: *Consultatio tua in Conventu fratrum nostrorum lecta est.* Sæculum IV. A. C. 385.

observationum dicit, alterum ex duobus virulentis Principiis, quibus, ipsius opinione, Historia Fleuriana nititur, esse, quod credat, aliqua Jura SS. PP. falsis Decretalibus originem suam debere. Hodie nemo est, qui eas tueatur. Clarissimus D. Eusebius Amort in Prolegomenis ad Elementa Juris Canonici hac super re scribit pag. 5. *Postquam Sæculo IX. Authoritas suppositiarum ejusmodi Epistolarum sensim invaluit, nova Juris Canonici apparere facies, & non solum Causarum Ecclesiasticarum frequentior ad Forum Romanum Accessio, sed etiam magna Pars Jurisdictionis Episcopalis hactenus in Synodis Provincialibus cum matura Deliberatione exercita, cum jam ob Regnorum scissionem Synodi Provinciales commode convocari non possent, & plurimorum Episcoporum ob recepta Imperii Feuda ad militandum adstrictorum circa Res, & Causas Ecclesiasticas immedicabilis negligentia, vel intrusorum Episcoporum imperitia, spem reducendi primævi ordinis penitus præscinderet, Summo Pontifici tanquam Patriarchæ Occidentis ipsismet Episcopis plerisque Jus novum collaudantibus reservari cœpit.*

Quid igitur causæ subest, cur Anonymus II. & alter Theologus, ambo Belgæ, in Fleurium tam atrociter invehantur?

Sæculum IV. A. C. 385.

est. Hoc intelligi potest de Episcopis, qui ejus Electioni adfuerant, nam Decretales plerumque erant alicujus Concilii conclusa. Deinde: *ad singulos articulos respondebo, postquam te de Ordinatione mea certiorem reddidero, ut oportebat.* Ex hoc dispicitur, Pontifices obligatos se credidisse, ut Ordinationem suam ad Episcopos primarum Sedium perscriberent. Tunc Regulas statuit, ad reformandos varios abusus, qui in Ecclesias Hispaniæ irrepserant. De Baptismo. Prohibet Arianos rebaptizari juxta Decreta post reprobatum Concilium Ariminense a Liberio Papa in Provincias missa. *Sicut alii Hæretici,* inquit: *recipientur, sola S. Spiritus invocatione, & manuum Episcopi impositione.* Id est, Sacramentum Confirmationis illis conferetur. In Hispania tempore, quo sibi videbatur, baptizabant, in Nativitate Domini, in Epiphania, in Festis Apostolorum, & Martyrum. Siricius Papa hunc abusum damnat, & juxta usum conformem omnium Ecclesiarum jubet, ut solo tempore Paschali, & sequentibus quinquaginta diebus usque ad Pentecosten baptizent; & tunc etiam illos solum, qui selecti fuerint, qui saltem ante quadraginta dies, id est, ante quadrageſimam, nomina sua tradiderint, & qui per exorcismos, orationes quotidianas, & jejunia prius mundati fuerint.

§. 1.

§. 2.

Reli-

Reliquo anni tempore sanctæ istæ præparationes ita accurate servari non poterant. At de infantibus, necdum loqui valentibus, de iis, qui premuntur necessitate, qualis est naufragium, hostium incursus, urbis obsidio, morbus desperatus, *volumus*, inquit Papa: *ut qui in istis periculis constituti Baptismum petierint, statim recipiant, ne si quis sine Baptismo mortuus fuerit, ejus anima a nobis cum nostræ periculo exquiratur. Exceptio circa infantes parvulos annotari meretur, & usus nostri eosdem omni tempore baptizandi antiquitatem probat.* Sæculum IV. A. C. 385.

De Pœnitentia. *Apostatæ, qui ad Idololatriam revertuntur, Sacramentis privantur, & solum in articulo mortis reconciliabuntur, si totam vitam reliquam in pœnitentia transegerint.* c. 3. *Qui post pœnitentiam ad peccatum redeunt, sive militando, aut munera publica obeundo, frequentando spectacula, aut novas nuptias contrahendo, isti, cum pœnitentiæ remedium non habeant, tantum in precibus Fidelium partem capient, & Viaticum in morte accipient, si se prius emendaverint.* c. 5. Militia, & Nuptiæ pœnitentibus publicis erant prohibitæ, ita ut novum peccatum committerent, si, tempore pœnitentiæ nondum exacto, militiæ nomen darent, matrimonium inirent, aut matrimonii antea initi jure uterentur. Verba illa supe-

Sæculum IV. A. C. 385.

superius: *Post pœnitentiam*, accipi possunt, nempe post partem pœnitentiæ notabiliorem, ante gradum ultimum, & acceptam absolutionem. Monachi, & Moniales, qui, sua Professione spreta, nuptias sacrilegas, tam legibus Civilibus, quam Ecclesiasticis damnatas, contraxerint, ex communitate Monasteriorum, & Ecclesiæ Conventibus ejiciantur, & carceribus includantur, ut ibi peccata sua defleant. Communionem non nisi in mortis articulo accipiant. Hic adnotari potest, jam ex tunc in Hispania communitates Religiosas exstitisse, præter hæc quæ jam ad Concilium Cæsar-Augustanum observavimus; & matrimonia inter hujus Professionis homines utriusque tam Laicæ, quam spiritualis Potestatis concursu fuisse damnata. Puella, alteri desponsata, ab altero duci prohibetur; &, Benedictionem sponsaliorum violare, sacrilegii species dicitur.

c. 6.

Sup. XVII. c. 55.

v. Hist. Ord. S. Ben. l. 1. c. 6.

Dec. 4. *c.*

§. XXXV.

Regulæ circa Ordinationes.

In Hispania Presbyteros, & Diaconos invenire erat, qui diu post suam Ordinationem cum uxoribus, aut etiam aliis mulieribus commercium habebant, & gignebant liberos; in excusationem suæ incontinentiæ adducebant exemplum Sacerdotum in veteri Lege. Ad hoc Pon-

c. 7.

tifex

Sæculum IV. A. C. 385.

tifex respondet; veteribus ideo usum Matrimonii fuisse necessarium, quod, ita præcipiente Deo, nefas esset, alios Altari ministrare, quam ex familia Levi procreatos; eosque saltem tempore sui Ministerii ad uxores suas non accessisse; postquam vero JEsus Christus venisset, ut legem perficeret, Presbyteros, & Diaconos lege inviolabili teneri a die Ordinationis suæ sobrietatem, & continentiam servare, ut quotidie Sacrificia offerentes, Deo placere possint. Itaque ait SS. Pontifex: *Qui ignorantia peccaverunt, & errorem agnoscunt, actus ordinis, quem acceperunt, exerceant, hac conditione, ut in futurum continentiam servent; qui errorem defendere volent, ab omni functione Ecclesiastica arceantur.* Hæc universaliter de Episcopis, Presbyteris, & Diaconis dicta sunt. Non satis in mores Ordinandorum inquirebatur, præsertim an non essent bigami? Hinc Papa sequentia statuit: *Qui a pueris Ministerio Ecclesiæ se addixit, ante annos pubertatis baptizetur, & ordini Lectorum aggregetur. Si usque ad annum vitæ trigesimum probatis fuit moribus, una uxore contentus, quam cum Benedictione Sacerdotis Virginem duxerit, Acolytus sit, & Subdiaconus. Exinde ad gradum Diaconatus ascendere poterit, si dignus videbitur, & servare continentiam promiserit; si Dia-*

c. 8.

Sæculum IV. A. C. 385.

Diaconus ultra quinquennium digne ministraverit, ad Presbyteratum admitti poterit; & tandem post alterum decennium ad Cathedram Episcopalem, nisi sit, quod in fide ejus, aut moribus reprehendatur. §. 10. *Is vero, qui ætate jam matura inter Clericos adscribi cupit, non obtinebit nisi ea conditione, ut Lectoribus, aut Exorcistis statim post suum baptismum adnumeretur; si modo unicam habuerit uxorem, eamque Virginem acceperit. Post duos annos Acolytus, & Subdiaconus esse poterit per quinquennium, & ita ad Diaconatum promoveri, demum decenti intervallo ad Presbyteratum, & Episcopatum, si a Clericis, & populo eligatur.* Hæc prima invenitur lex Ecclesiastica, ubi ætas ordinandorum, & ordinationis interstitia designantur. Hic discimus ab Ecclesia probari, ut Laici se ipsos offerant, ordini Clericorum adscribendos. §. 11. Clericus, qui viduam duxerit, aut secundam uxorem, ad communionem Laicam solum admittatur. §. 12. Fœminæ in domibus Clericorum habitare prohibentur, illis solum exceptis, quibus id Concilium Nicenum concedit. *Nic. can. 3.*

Cupimus, inquit SS. Pontifex, *ut Monachi, si sint digni, ad Clericatum suscipiantur, posita conditione, ut si necdum annum trigesimum attigerint, solum ad minores ordines per omnes gradus promo-* §. 13. *veant.*

veantur, & ætate matura ad Diaconatum, seu Presbyteratum ascendant, sed non subito saltu ad Episcopatum. Cum Clericis publice pœnitere non liceat, ita etiam Laici, qui pœnitentiam publicam sustinuerunt, quamvis culpas eluerint, & sint reconciliati, ad Status Clericalis honorem admitti non debent. Indulgentia conceditur illis, qui de præterito nescientes contra has leges peccaverunt, & se inter Clericos, quamvis fuissent pœnitentes, vel bigami ingesserunt, ita tamen ut in suo ordine semper permaneant, sibique spem ad superiorem ascendendi præcisam sciant. Dum Pontifex hos Canones ad Himerium Episcopum misit, hortatur, ut eosdem omnibus Episcopis communicet, non solum Provinciæ suæ Tarraconensis, sed etiam Carthaginensis, Beticæ, Lusitaniæ, & Gallæciæ, aliarumque Provinciarum in sua vicinia; quod nempe de Gallia Narbonensi intelligebatur. (*)

Sæculum IV. A. C. 385.

c. 14.

c. 15.

§. XXXVI.

(*) In der hier beygesetzten Anmerkung ersieht man die Dummheit unsers Uebersetzers in ihrem vollen Licht. Er saget; Paphnutius habe in der Nicenischen Kirchenversammlung wider das ehelose Leben der Geistlichen solche Gründe vorgetragen, die bis auf den heutigen Tag vom Pabstthum noch nicht sind widerleget worden. Da doch, wie

Sæculum IV. A. C. 385.

§. XXXVI.

S. Hieronymi in Palæstinam reditus.

Præf. in Didym. ad Paul.

Post S. Damasi Papæ obitum S. Hieronymus haud diu Romæ moratus est. Summæ eruditionis opinio invidiam, & Sacerdotalis libertas, qua vitia Clericorum reprehendebat, aliquorum odium in virum sanctum concitaverant. Tempore, quo Romæ fuit, scripsit exiguum Tractatum de modo servandi Virginitatem ad Virginem Eustochium, S. Paulæ filiam, in quo monet, ut hypocritas utriusque sexus fugiat, & ubi speciatim de Clericis agit, dicit: *Sunt, qui Presbytera-*

Hier. ep. ad Eust. c. 22. c. 12.

---

wie wir in der Anmerkung bey diesem Concilio im dritten Theile gesehen, der heil. Paphnutius nichts anders gesaget, als daß man die Ehemänner, so man ordiniren wollte, nicht sollte zwingen ihre Frauen zu verlassen, und übrigens bekannt hat, es seye eine alte (wohl gemerkt! schon zur Zeit des Niceniſchen Concilii eine alte) Kirchensatzung, daß diejenigen, welche ordiniret würden, und keine Frau hätten, hernach niemal heirathen dörften. Zuletzt heisset es: Und bey dem allem behält diese Unordnung den Schandfleck den ihr Paulus zum Voraus angehänget hat. Ich bitte GOtt, daß dieser verwegene Mensch einmal den heil. Paulus, und die heil. Schrift verstehen lerne. Eine Menge anderer Fehler verschweige ich.

Sæculum IV. A. C. 385.

byteratum, vel Diaconatum ambiunt, quo liberior ad fœminas accessus pateat. Prima cura est vestium splendor; ut elegantes calceati incedant, & odores aromaticos spirent. Capillos calamistro in cincinnos cogunt, splendent in digitis annuli, pedum articulis erecti ambulant, Neo-Sponsis, quam Clericis similiores. Sunt, quorum unicum studium est, scire nomina, domosque nobilium fœminarum, & in quos illæ propensiore sint animo. Unius mores effingam utpote in hac arte, scilicet, Magistri. De lecto surgit, cum sol oritur. Earum nomina, quas hac die invisere statuit, memoria tenet; viam semper eligit breviorem, atque importunus senecio vix satis a cubiculis, ubi mulieres dormiunt, arceri potest. Si pulvinar, mantile, aut quidquam aliud domesticæ supellectilis, quod ipsi arrideat, conspexerit, laudat, nitorem admiratur, palpat, dolet, dicitque, beatum se fore, si talia possideret, & tandem donationem non tam obtinet, quam extorquet. S. Hieronymus quorumdam etiam avaritiam arguit, dicens, eosdem Clericos, habendi cupidos, dum manum ad dandam Benedictionem extenderent, eadem pecunias accipere, atque ita illis fœminis obnoxios fieri, quas regere debuerant. In alio loco illorum avaritiam culpat, qui homines senes, & improles demulcebant, atque

Ep. 2. ad Nepot. c. 7.

Sæculum IV. A. C. 385.

obsequia vilia, & Clericis indigna assidue exhibebant, ut hæreditatis eorum participes fierent.

Ep. 8. ad Demet. c. ult. ep. 100. ad Bon. ep. 99. ad Asellam.

Hæc S. Hieronymi libertas offendit multos, qui dictis ejus se ipsos perstringi suspicabantur. Nullum maledicentiæ genus fuit, quo eum non insectarentur; gressus ejus, risus, vultus compositio, agendi simplicitas, omnia videbantur suspecta. Tandem eo progressa est calumniandi libido, ut famam Viri sancti denigrare conarentur, obtentu conversationis cum mulieribus, & Virginibus, quibus sacram Scripturam explicabat, quamvis, ex quo Baptismum receperat, purissimis semper fuisset moribus, & ab avaritia alienissimis, & quamvis nullis aliis colloqueretur mulieribus; quam quæ probatissimæ vitæ essent, & in luctu rigidæ pœnitentiæ viverent. Populus vero Romanus contra omnes æque Monachos, ex Oriente advectos, querulabatur; esse homines græcos & veteratores, qui puellas primis stirpibus ortas perverterent, atque nobilibus animis Auctores essent, ut tristi, & austera vita contabescerent.

Ep. 23. ad Marcell. in fin. ep. 25. ad Paul. c. 6. 3. Apolog. in Ruff. c. 7.

Ergo S. Hieronymus cedere invidiæ statuit, & urbe relicta in Palæstinam redire. In portu Romano, mense Augusto hujus anni 385. cum fratre suo juniore Pauliniano, Presbytero, cui nomen Vin-

Vincentius, & quibusdam aliis Monachis in navem delatus est. Discessurum aliqui, amicorum piissimi, deduxerunt, &, omnibus paratis, antequam navem conscenderet, ad S. Asellam litteras exaravit, quibus sui discessus causas refert, calumniatores suos ad Tribunal JEsu Christi provocat, & SS. Matronarum, quas Romæ relinquebat, precibus se commendat. Primo devectus est Rhegium, inde per mare Ionium, & præter Cycladas in Insulam Cyprum appulit, ubi a S. Epiphanio exceptus est. Tum Antiochiam venit, divertens apud Episcopum Paulinum; qui comitatus est abeuntem, & Jerosolymam iturum, quo summa hyeme pervenit. Inde migravit in Ægyptum, ibique novum Alexandrinum invenit Episcopum; quippe Timotheo fatis functo anno 385. Arcadio, & Bautone Consulibus, ei Theophilus successerat, qui Sedem hanc annis viginti septem tenuit. Habemus responsa Timothei circa octodecim articulos de conscientiæ casibus, Sacramentorum administrationem respicientibus. S. Hieronymus Alexandriam se contulit, ut præprimis celebratissimum Didymum cœcum videret, & ab eo disceret, quamvis & ipse jam canitie esset venerabilis, & inter Doctores Ecclesiæ sapientissimos haberetur. Uno mense apud Didymum moratus, quæ in omni-

Sæculum IV. A. C. 385.

S. Hieronym.

Socr. V. c. 12 to. 2. Conc. p. 1791.

Ep. 75. ad Pamm. c. 1. ep. 51. ad Domn.

Ruff. in vet.

Sæculum IV. A. C. 385.

bus Scripturis intellectu difficilia sibi videbantur, proponebat. Ab ipso rogatus Dydimus, commentarium, in tres libros divisum, composuit in Oseam, & quinque libros in Zachariam, ut ea, quæ Origenes omiserat, suppleret.

Lib. 2. p. 176. Hier. Proem. ad Ephes.

Apol. c. 7. ep. 65. c. 1.

In hac profectione S. Hieronymus lustravit Ægypti Monasteria, & illico in Palæstinam reversus, Bethlehemum secessit. Postquam Didymum audiverat, nihil ulterius discere posse credebatur, sed ipse Magistrum adhucdum adscivit Judæum, qui stipulata mercede ad eum veniebat, ut doceret noctu, ne id facere ab aliis Judæis deprehenderetur. Tum demum S. Hieronymus S. Pauli Epistolas explicare aggressus est; primo quidem Epistolam ad Philemonem, tum ad Galatas, & Ephesios. S. Cyrillus Jerosolymitanus circa id tempus beato fine quievit, postquam Sede sua sæpe pulsus, sæpe restitutus, octo annis pacate sub Theodosio eam tenuisset. Supersunt ipsius octodecim catecheses, ad explicandum Symbolum Catechumenis compositæ, & quinque aliæ, quibus tria Sacramenta neobaptizatis, quæ modo acceperant, exponebantur. S. Cyrillo successit Joannes, qui prius vitam monasticam duxerat.

Præf. ad Gal. Præf. ad Ephes. Hier. Scrip.

inf. n. 55.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Sæculum IV. A. C. 385.

S. Paulæ Profectio.

Sanctum Hieronymum preſſis veſtigiis ſecuta eſt S. Paula. Ea Roma exceſſit, & materno affectu diſcuſſo, quippe Ruffinam filiam nubilem, & Toxotium filium infantem relinquebat, navigio ſe impoſuit. Filiam Euſtochium ſecum abduxit, & pauciſſimos domeſticos; primum in Inſula Pontia, in Italiæ littoribus aliquantum ſubſtitit, ut piæ curioſitati ſatisfaceret, & S. Domitillæ cellulas videret, in quibus exilii ſui tempus ſub Imperatore Domitiano ante annos trecentos peregerat. Inde S. Paula in Cyprum appulſa, S. Epiphanii pedibus advoluta eſt, qui, ut quieſcendi tempus daret, diebus decem eam retinuit. Ipſa hos dies viſitandis illius Regionis Monaſteriis impendit, iisque ſolitariis eleemoſinas largita eſt; nam ſancti Epiſcopi Charitas ex omnibus mundi partibus vitæ ſolitariæ cupidos illuc attraxerat. Ex hac Inſula Antiochiam delata eſt, & aliquantum, urgente Paulino Epiſcopo morata. Ex hac urbe media hyeme iter ingreſſa eſt, miſero aſello vecta, quæ antea ab Evnuchis, ſervis ſuis, portari adſueverat.

Hier. ep. 27. ad Euſt. c. 2.

Sup. L. II. §. 52.

Paula, peragrata Syria, Sidonem venit, nec procul ab hac urbe, nempe Sareptæ, in modicam Prophetæ Eliæ tur-

Sæculum IV. A. C. 385.

rim ingreſſa eſt. Cæſareæ domum Centurionis Cornelii vidit, in Eccleſiam ædificatam. Vidit quoque S. Philippi domum, & penetralia quatuor Virginum, Prophetiſſarum, filiarum ejus. Prope Jeroſolymam vidit ſepulchrum Helenæ, Reginæ Adiabenes. Palæſtinæ Prætor, cui nobiliſſima Paulæ familia non erat ignota, miniſtrorum ſuorum præcipuos venienti obviam miſit, qui Palatium, quo habitaret, adornarent, cui ipſa pauperem cellulam præhabuit. Omnia loca ſacra obivit, tanta devotione accenſa, ut, ſi alicubi preces perageret, inde nulla ratione, quam alia loca pia, ſibi necdum viſa, adeundi deſiderio avelli poſſet. Ante Crucem proſtrata, Salvatorem non minori fervore, ac ſi eum oculis corporis affixum conſpexiſſet, adorabat. Sepulchrum ingrediens, lapidem, quem Angelus revolverat, oſculabatur; illum autem locum, quem incumbens JEſu Chriſti mortui corpus contigerat, oſculis premere non ceſſabat. Cum montem Sion viſeret piiſſima Paula, monſtrata eſt ei columna, adhucdum JEſu Chriſti ſanguine aſperſa, & illo tempore Eccleſiæ porticum ſuſtentans, qua in flagellatione alligatus fuit. Oſtenſum eſt etiam eidem cœnaculum, quo Spiritus Sanctus die Pentecoſtes in Apoſtolos deſcendit. Jeroſolyma, diſtributis largiter in pauperes elec-

Sup. l. 1. §. 26

Hier. ep. 27. c. 4.

eleemosinis, Bethlehemum concedens, in via sepulchrum Rachelis inspexit, cavernam Nativitatis ingressa, conspicere sibi videbatur, infantulum JEsum a Magis, & pastoribus adorari. Inde Turrim Ader, seu gregis, visit, & omnia loca Palæstinæ, quæ fama commendabat, obiit. Inter alia vidit Bethphage sepulchrum Lazari, atque Marthæ, & Mariæ domum. In monte Ephraim sepulchra Josue, & Eleazari Pontificis venerata est. In Sichar Ecclesiam intravit, puteo Jacob superædificatam, ubi Dominus mulieri Samaritanæ locutus est. Post hæc duodecim Patriarcharum sepulchra adiit, & Sebaste, seu Samariæ sepulchra Elisæi, & Abdiæ vidit, præcipue vero Sepulchrum S. Joannis Baptistæ reverita est, & perterrita mirabili potestate Dæmonis in Energumenos, qui illuc spe recuperandæ salutis adducebantur. Morasthi Ecclesiam vidit, ubi aliquando Prophetæ Micheæ sepulchrum fuerat. Hæc de peregrinatione S. Paulæ S. Hieronymus scribit, atque ita sacræ antiquitatis vestigia, quæ suo tempore in Palæstina monstrabantur, nos edocet. Sæculum IV. A. C. 385. c. 6.

Inde S. Paula comitante filia sua Eustochium, & pluribus aliis Virginibus, in Ægyptum digressa, primum Alexandriam, deinde in desertum Nitriæ venit, ubi eidem Isidorus Episcopus, & Confes- c. 7.

Sæculum IV. A.C. 385.

for cum innumerabilibus turmis Monachorum, quorum aliqui Presbyteri erant, aut Diaconi, obviam processit. Celeberrimos invisit Anachoretas, cellulas intrabat, eorum pedibus prosternebatur, nec quidquam aliud ab hoc deserto eam cum suis puellis abstrahere potuit, nisi in sanctis Redemptionis humanæ locis habitandi vehemens amor. Igitur prompte in Palæstinam reversa, Bethlehemi sedem vixit, ubi in angusta domo tribus annis morata est, donec cellulas, Monasteria, & excipiendis peregrinis hospitia prope viam ædificasset. Hic sub Regimine S. Hieronymi, qui & ipse ibi dies suos clausit, reliquum vitæ tempus transegit, sacrarum Scripturarum studio, & pietatis operibus in peregrinos intenta.

§. XXXVIII.

Theodosius Idololatriam persequitur.

Zosim. l. 4. p. 762. Theod. V. hist. c. 1. Sup. l. XVI. §. 29.

Theodosius in Oriente Idololatriæ extirpandæ omnibus viribus incumbebat. Constantinus Magnus prohibuit quidem, ne Dæmonibus sacrificaretur, sed Templa non diruit, contentus, paganos ab ingressu arcere. Patris exemplum secuti sunt filii. Julianus Idolorum cultum reducere conatus est, quem Jovianus iterum ejecit. Valens solis Catholicis bellum movit, omnes alios, quæcunque Religio placuisset, sequi passus,

ita

ita ut, ipso regnante, Idolis publice Sacrificia offerrentur, & Bachi Orgia celebrarentur. Rebus Religionis ita comparatis, superveniens Theodosius, Idololatriam radicitus evellere statuit. Cum necdum sibi vires suæ placerent, ut Maximo bellum diceret, legatione ab eo accepta, oblatum fœdus iniit, Collegam appellavit, & Cynegium Præfectum Prætorio Orientis in Ægyptum missum, Maximum Augustum proclamare jussit, & imaginem ejus Alexandriæ populis honorandam exponere. Simul discedenti Cynegio in mandatis dedit, ut templa clauderet, & omnibus Idola adorare prohiberet; idque effectui datum. In ejusmodi legibus semper observamus, in Ægypto maxime exstitisse superstitionum fontes, atque in hac potissimum Regione Idololatriam profundissimas radices egisse. Legem invenimus Theodosii, ad Cynegium directam, & datam Constantinopoli, octavo Calendas Junii, Arcadio, & Bautone Consulibus, id est, 25. Maji anno 385. qua sub gravissimi supplicii pœna prohibetur, ne quis Diis sacrificet animalia, cujus exta deinde inspiciat, & futura scrutetur; universim in hac lege quodcunque demum Divinationis genus adhibere vetatur.

Sæculum IV. A. C. 385.

Idat. fast. an. 388.

L. 9. Cod. Theod. de pag.

Sæculum IV. A. C. 385.

§. XXXIX.

S. Marcellus Apamienſis.

Chro. Paſch. an. 379. & ibi. Cang. Theod. V. hiſt. c. 21.

Heliopoli in Phœnicia magnum, & celebre templum Balanii, ſeu Belenii, quod Solis nomen eſſe creditur, in Eccleſiam mutatum. Idem Damaſci factum. S. Marcellus, Apamienſis Epiſcopus, primus cœteris exemplum dedit, & urbis ſuæ templa evertit, legi, & auctoritati Imperatoris confiſus. Is ſucceſſerat Epiſcopo Joanni, qui magno Concilio Conſtantinopolitano anno 381. interfuit, erat Marcellus vir ſingulari pietate, cui litterarum commercium fuerat cum Martyribus, id eſt, veroſimiliter cum S. Euſebio Samoſateno, aliisque ſub Valente perſecutionem patientibus; tandem & ipſe Martyrii coronam aſſecutus. Orientis Præfectus, nempe Cynegius, Apamiam cum duobus Tribunis, & militibus eorum venerat, quibus urbem occupantibus, populus nihil movere auſus. Præfectus Jovis templum demoliri agreſſus, ædificium ſua magnitudine, & ornamentorum multitudine præcipuum, dimiſit propoſitum, quippe tam ſolido fundamento nitebatur, ut illud velle diruere, ſupra humanas vires videretur. Magnis lapidibus, exquiſita arte junctis, conſtabat, & præterea ferro, plumboque firmabatur. S. Marcellus, videns, Præfectum

Sæculum IV. A. C. 385.

ctum his impedimentis abſterreri, conſilium dedit, ut ad alias urbes procederet; ipſe vero oratione apud Deum inſtitit, ut modum deſtruendi ædificii ſuggereret. Ubi altera dies illuxit, quidam homo nec artis fabrilis, nec murariæ peritus, ſed vilis operarius, ultro Epiſcopo ſe ſiſtit, promittit, ſe templum facili modo diruturum, nihil ultra pro labore petens, quam ut merces, operariis dari conſueta, ſibi geminaretur. Id ſpopondit Epiſcopus; atque iſte mercenarius in hunc modum opus aggreſſus eſt; Templum in colle ſtabat, & a quatuor lateribus contigua erat porticus; columnæ totius templi altitudinem æquantes, in circuitu ſingulæ ſedecim cubitorum erant, de ſaxo duriſſimo, & quibuscunque inſtrumentis difficulter mobili. Mercenarius, terra circum columnas effoſſa, eas ſuppoſitis fulcris ex ligno olivario ſuſtentavit; cum hoc modo columnis tribus fundamentum terreum ſubtraxiſſet, lignis, quibus fulciebantur, ignes admovit; ſed ardere non poterant, viſusque eſt Dæmon, obſcuri ſpectri ſpecie, flammas compeſcere. Poſtquam hæc ligna incendere aliquoties fruſtra tentarunt, rem ad S. Marcellum deferunt, qui forte, more habitantium in Regionibus calidis, ſomno refocillabatur meridiano. Confeſtim Vir ſanctus in Eccleſiam feſtinavit,

rm.
o.
ennad. Script. in Fauſt. Libel. Marcell. & Fauſt. p. 32. p. 29.

Sæculum IV. A. C. 385.

vit, jussitque vas aqua impletum sub Altare deponi, tum pronus jacens in pavimento, oravit ad Deum, ut Dæmonis potentiam coerceret, ne ultra deciperentur Infideles! & signo crucis super aquam facto, mandavit Diacono, cujus sibi nota fides, & zelus, & cui nomen Equitius, ut cito curreret, fulcra lignea aspergeret, & ignem subjiceret. Fugit Dæmon, hujus aquæ virtutem non ferens; sunt verba Theodoreti; &, ac si oleum fuisset affusum, ligna flammis correpta, statim consumpta sunt. Tres columnæ, fundamento destitutæ, collabentes, in eandem ruinam duodecim alias, & integrum templi latus pertraxerunt. Tanti casus fragor tota urbe exauditus; & accurrens ad spectaculum populus in Dei Laudes solvebatur. S. Marcellus eodem modo alia templa tam in urbe, quam in agris destruxit, certus, Infideles aliter non nisi difficillime posse converti.

Soz. VII. c. 15.

Sciens, quod in Regione territorii Apamiensis, quæ Aulona dicebatur, magnum templum staret, illuc se cum militibus, & gladiatoribus contulit; nam Pagani templa sua vi tuebantur, & sæpe ad ea custodienda Galilæos, & montis Libani incolas accersebant. S. Marcellus ubi haud procul a templo Aulonæ pervenit, extra teli jactum substitit, quia pedibus captus nec dimicare, nec perse-

qui,

qui, nec fugere poterat. Militibus, & gladiatoribus templum invadentibus, quidam Infideles ex illa parte, quæ ab aggressoribus erat aversa, templo exeuntes, & solum Episcopum videntes, comprehensum, & in ignem conjectum, necarunt. Res primo omnes latuit, sed lapsu temporis cognita est, volebantque S. Marcelli Liberi ob Patris necem pœnas reposcere, quod Concilium Provinciæ fieri prohibuit; namque Episcopi existimabant, non esse judicio vindicandam viri justi mortem, pro qua magis Deo gratias agi oporteret. Ecclesia S. Marcellum Apamiensem 14. Aug. ut Martyrem honorat. *Mart. Rom. 14. Aug.*

Sæculum IV. A. C. 385.

§. XL.

Rescriptum Luciferianis favens.

Theodosius ad eundem Cynegium Rescriptum, Luciferianis schismaticis favens, direxit. Duo hujus Sectæ Presbyteri, Marcellinus, & Faustinus tribus Imperatoribus Valentiniano, Theodosio, & Arcadio libellum supplicem tradidere, quo petebant, ut se contra persecutionem Catholicorum, ut ipsi dicebant, tuerentur. Catholicos prævaricatores vocant, quod ad suam Communionem recepe-rint, in Concilio Ariminensi lapsos. Schismatici isti fatentur, Sectatorum suorum numerum esse valde exiguum, & Episcoporum *Edit. Sirm.* 1650. *Gennad. Script. in Faust. Libel. Marcell. & Faust. p. 32. p. 29.*

Sæculum IV. A. C. 385.

coporum ſanctiſſimos condemnant; S. Hilarium, quem prævaricatorum, & ipſorum hæreticorum fautorem fuiſſe accuſant; Oſium, quem, poſt lapſum perſecutorem fuiſſe, dicunt, & morte horrenda defunctum, narrant, incredibili fabula. Nec S. Athanaſio parcunt, ſed præcipue S. Damaſo Papæ iraſcuntur, ſeque ex parte Antipapæ Urſini ſtare aperte pronuntiant. Cujus vero auctoritatem maxime extollunt, & pro ſuæ Communionis capite habent, eſt Gregorius Epiſcopus Illyberitanus in Hiſpania; huic miraculorum donum tribuunt, dicuntque, neminem unquam auſum fuiſſe, hunc virum Sede ſua pellere, aut proſcribere. Inter Epiſcopos Orientis præcipuum habent Heraclidem Oxyrinchenſem in Ægypto, quem magnas perſecutiones ab Arianis, Catholicisque paſſum ajunt. Imo Romæ Epiſcopum habebant, cui nomen Epheſius, aut Eureſius. Conqueruntur, quod Luciferiani appellentur, ſed ſe ſimpliciter Chriſtianos affirmant, cumque Lucifer nullam opinionem hæreticam docuiſſet, tanquam auctorem Sectæ particularis immerito reprehendi. Denique poſtulant, ut quiete vivere juxta conſcientiæ ſuæ inſtinctum ſinerentur, & promittunt, ſe aliis lubenti animo relinquere Eccleſias, ſtructura magnificas, & poſſeſſionibus opulentas, quarum affectu

pag. 39.

p. 72. *Præf.*

p. 65. 73.

Sup. l. XVI. §. 39.

p. 40.

p. 76. 77. *&c.*

p. 69. 84. *v. Gothorf. ad l.* 28. *C. Tho. de hær.*

p. 70.

p. 97.

ctu excœcati, inquiunt: fidei integritatem amiserunt. Imperator Theodosius ad hunc libellum respondit, dato ad Cynegium Rescripto, quo Gregorium in Hispania, & Heraclidem in Oriente Episcopos vitæ sanctæ, & laudabilis dicit, & prohibet, ne quis hujus Communionis hominibus quocunque modo molestus sit, utpote in fide Catholica vivere, & mori desiderantibus. Ita Theodosius horum Schismaticorum fraudibus patuit. Non tamen apparet hoc Rescriptum multum utilitatis attulisse ipsorum Sectæ, quæ brevi post tempore extincta est. (*)

Sæculum IV. A. C. 385

§. XLI.

Justina S. Ambrosio infesta.

Ea ipsa pax, cujus inter Maximum, & Valentinianum stabiliendæ S. Ambrosius Auctor fuerat, Imperatrici Justinæ juvenis Principis Matri otium fecit, persequendi sanctum Episcopum, quod ei vivo Valentiniano Marito suo, aut Gratiano

Sup. §. 28.

Ruff. II. c. 15

(*) Hier ist eine kurze Anmerkung des Uebersetzers, in welcher er noch den schon verstorbenen Pabst Damasus verfolget. Die 2. Schismatici aber Marcellinus, und Faustinus, die offenbare Lügen, sonderlich von dem Bischoffe Osius in ihr Libell eingerücket, sind bey ihm die hochwertheste Zeugen.

Sæculum IV. A. C. 385.

no non licuiſſet. Cum prope eſſet feſtum Paſchæ anni 385. miſit Juſtina ad S. Ambroſium, qui peterent, ut Eccleſiam concederet, in qua Ariani, quos apud ſe habebat, congregari poſſent. Primo Baſilicam Porcianam petierunt, quæ extra urbem erat, & hodie S. Victoris nomine dicitur. Paulo poſt Baſilicam novam altera majorem, & intra mœnia poſitam, ſibi poſtularunt. Qui primum miſſi fuerant, Comites conſiſtoriales dicebantur, nempe in rebus, bonum publicum tangentibus, Principis Conſiliarii, petentes, ut Baſilicam Arianis deſignaret, & populum, forte ſeditionem moturum, cohiberet. Reſpondit Ambroſius; qui templum Dei inimicis traderet, non Epiſcopum, ſed proditorem fore. Hæc die Veneris ante Dominicam Palmarum facta; ſequenti die Sabbati Præfectus Prætorii Eccleſiam intravit, ubi S. Ambroſius erat cum populo, atque perſuadere nitebatur, ut ſaltem Baſilicam Porcianam concederet! ad hanc vocem populo conclamante, ait Præfectus, ſe rem ad Imperatorem delaturum.

Ambr. ep. 20. ad Sor. n. 1. Mabill. Itin. Ital. p. 17.

Ambr. ep. 20. n. 2.

n. 3.

n. 4.

Die Dominica poſt lectiones S. Scripturæ, & exhortationem, dimiſſis Catechumenis, S. Ambroſius Symbolum in Baptiſterio Baſilicæ quibusdam Competitoribus explicabat. Competitores erant, ut dictum, Catechumeni ſelecti, qui

Sæculum IV. A. C. 385.

qui tota quadrageſima præparabantur ad baptiſmum, feſtis Paſchalibus recipiendum. S. Ambroſio, his occupato, nuntiatur, miſſos eſſe ex Regia Decanos, qui in Baſilica Porciana, ſcuta Cæſarea ſuſpenderent, quo audito populi partem illuc confluere. Hi Decani erant quoddam apparitorum genus, & ſcuta Cæſarea, in velis picta, ſi alicubi ſuſpenderentur, indicabant, illam domum, aut Hæreditatem ad Imperatoris Dominium pertinere. Accepto nuntio, S. Ambroſius ab incepto non deſtitit, ſed Miſſam, id eſt, Oblationem inchoavit. Ipſo S. Sacrificium (*) offerente, adſunt, qui indicant, quemdam Caſtulum, Arianorum Presbyterum, cum per plateam incederet, a populo fuiſſe comprehenſum; tum vero S. Ambroſius amariſſime flere, & in ipſa Sacrificii actione Deum rogare, ne permitteret, in cauſa Eccleſiæ cujusquam ſanguinem fundi, aut certe nullius alterius niſi ſuum, quem promptiſſime non modo pro populi ſui, ſed etiam hæreticorum ſalute daturus eſſet; ſtatimque miſſis Presbyteris, & Diaconis Arianum illum Presbyterum periculo liberavit.

Sup. l. XI. §. 21.

n. 5.

Popu-

(*) Vocem: *Sacrificii*, nempe luculenta contra ſe teſtimonia, Interpres Proteſtans more ſuo declinat.

Sæculum IV. A. C. 385.

Populum resistentem aula seditionis incusavit; illico graves pecuniarum mulctæ in totum mercatorum collegium decernuntur. Multi vinculis dati sunt integra hebdomada majori, qua mos erat vinctos dimittere secundum ultimorum Imperatorum leges; imo secundum legem ab ipso Valentiniano hoc eodem anno 23. Febr. latam. Hoc quidem verum, in illis legibus reos læsæ Majestatis excipi. Tribus diebus a mercatoribus ducentæ libræ aureorum exactæ sunt, id est, trecentæ Marcæ. Dicebant autem paratos se duplum dare, si modo fidem salvam præstare possent. Carceres mercatoribus erant impleti; qui Palatio ministrabant, qui ab Epistolis erant, Imperatoris Procuratores, minoribus officiis destinati, & qui sub diversis Comitibus serviebant, in aula detinebantur, & in publicum prodire prohibebantur, ne si cum cæteris conversarentur, spiritu seditionis afflarentur. Terribiles minæ viris, in Dignitate constitutis, intentabantur, nisi Basilicam Arianis traderent. Tandem persecutores ita exarserant, ut, si ansam dedissent Catholici, timendum fuisset, ne in extremam sævitiam prorumperent.

n. 6.

L. 8. *C. Th. de indul. crim.*

S. Ambrosius

n. 8.

Comites, & Tribuni ad S. Ambrosium venerunt, jubentes, ut absque cunctatione Basilicam traderet; Imperatorem

rem uti jure ſuo, cum omnia in Principis poteſtate eſſent. Reſpondit Præſul: *Si Imperator a me peteret, quæ mea ſunt, agros, pecunias tradere non recuſarem, quamvis, quæcunque mea ſunt, pauperum bona ſint; at res divinæ poteſtati Imperatoris non ſubjiciuntur.* (*) *Si vobis patrimonii mei deſiderium eſt, accipite! ſi corpus vultis torquere lubens offero. Si vultis vincire, & ad mortem ducere, nihil mihi optabilius. Non confertis circa me populi cuneis me tuebor; non Sacroſanctum altare manibus complectar, vitam deprecans, ſed pro altari mori geſtio.* In hæc verba S. Ambroſii zelus erumpebat, quod ſciret, immiſſos eſſe armatos, (**) qui Baſilicam vi occuparent; præterea ſummo horrore concutiebatur, cogitans, fieri poſſe cædes, quas non urbis modo, ſed totius Italiæ calamitas ſequeretur. Vitam propriam in Sacrificium offerre cupiebat, ut averteret ab Eccleſia invidiam, & ſanguinem humanum

Sæculum IV. A. C. 385.

n. 9.

(*) Teſtis omni exceptione major, quos limites Jus Principum in Sacra habeat.

(**) Der deutſche Ueberſetzer giebt: Weil er wußte, daß ſchon die Dragoner beordert waren. Herr Ueberſetzer! im 4. Jahrhundert Dragoner? Vielleicht iſt ihm hier dasjenige eingefallen, was in Frankreich im Jahre 1685. als das Edictum von Nantes abgeſchaffet wurde, geſchehen.

Sæculum IV. A. C. 385.

num ſervaret, quem ſæva perſecutio ſuſum ibit. Cum deinde inſtarent, ut populi furorem cohiberet, reſpondit: *Meum quidem eſt, populum non concitare, at mitigare animos in ſolius Dei poteſtate. Si vero creditis, populum mea præſentia ad ſeditionem accendi, pœnas exigite, aut in deſertum, quocunque libuerit, me mittite.* His auditis receſſerunt. S. Ambroſius tota die in veteri Baſilica permanſit, ad noctem vero in domum ſuam dormiturus conceſſit, ut præſto eſſet, ſi advenirent, ſe comprehenſuri.

§. XLII.

Quæ in iſta perſecutione ſecuta ſint.

§. 11. Antequam illuceſceret, domo egreſſus eſt, & Baſilicam milites cinxerunt, qui ad Imperatorem nuntios miſiſſe dicebantur, ſi exire vellet, neminem obſtiturum, & ſi ad Conventum Catholicorum iret, præſidio ſe futuros, alias vero ad illum, in quo Ambroſius eſſet, tranſituros. Nempe milites omnes, ſicut & cives Mediolanenſes, Catholici erant; nulli hæretici, niſi pauci Imperatoris aulici, & Gothorum ex Gente aliqui; Imperatrix vero, quocunque iret, communionis ſuæ homines ſecum trahebat, quorum nullus tunc præſenti periculo audebat prodire. S. Ambroſius ex populi gemitibus cognovit, Baſilicam, in qua eſſent, a mi-

a militibus circumdari. Dum lectiones recitantur, S. Ambrosio referunt, etiam Basilicam novam populo redundare, majorem videri Fidelium numerum, quam aliis temporibus soleret, quibus Ecclesias adire liberum fuisset, eosque petere, ut Lector sibi submitteretur. Milites, Ecclesiam circumstantes ubi erat Ambrosius, comperto, quod jussisset, ut omnes ab eorum Communione abstinerent, in concionem ingredi cœpere; quibus visis mulieres perterritæ, unaque earum fuga se abripuit. At milites dicebant, ad orandum intrasse se, non pugnandum. Populus sæpius exclamabat modeste quidem, & constanter, ac si Imperator præsens esset, & loquentes audire posset: *Rogamus te, Auguste! non rebellamus, nec timemus quidquam, sed rogamus!* Ad S. Ambrosium vero dicebant, ut ad alteram Basilicam transiret, ubi a populo expetebatur. Sæculum IV. A. C. 385. n. 14.

Ipse tunc incepit explanare librum Job, qui, sicut illius temporis officium exigebat, fuerat prælectus. Usus iste hodieque in Ecclesia Græca observatur, in qua liber Job ad officium nocturnum per hebdomadam majorem legitur, nempe die Lunæ incipiunt, & die Veneris finiunt. S. Ambrosius hanc lectionem præsentis persecutionis circumstantiis accommodans, populi sui patientiam laudat, *Trodium impres. an.* 1636. n. 15.

Sæculum IV. A. C. 385.

dat, & cum Jobi patientia comparat. Inter suas quoque ærumnas, & hujus S. Patriarchæ comparationem adornat, & inquit: *Dæmon vos filios meos, solas nempe meas divitias, eripere mihi conatur! & quod eidem necdum in corpus meum sævire licuerit, inde forte est, quia Deus infirmitatem meam cognoscit.* n. 16. Uxori Job similem dicit Imperatricem, quæ se cogere volebat ad tradendam Ecclesiam, & maledicendum Deo. Ejusdem persecutionem Evæ Adamum tentanti, nequitiæ Jezabel, & Herodiadis exæquat. n. 17. 18. *Jubeor*, inquit: *Basilicam concedere. Respondeo: Hanc concedere mihi non licet, tibi vero, Imperator, nocebit hanc accipere! Affirmant; omnia Imperatori licere, ipsi in omnia Dominium competere. Respondeo: Ne usque adeo te ipsum fallas! tuo damno credideris, tibi, quia Imperator es, jus quodquam in res divinas convenire! dixerunt nomine Imperatoris: Oportet, ut & ego unam Basilicam habeam. Respondi: Nunquid oportet commercium tibi esse cum adultera? nempe cum Hæreticorum Ecclesia.* S. Ambrosio in hunc modum concionante, aliqui referunt, Imperatoris parmas fuisse ablatas, & Basilicam plenam esse populo, qui Ambrosii præsentiam expoſceret. Quosdam Presbyteros illuc misit, ipse vero ire noluit, & dixit: n. 20. *Confido in JEsu Christo*

Persecutio Mediolani.

sto fore, ut Imperator nobiscum stet. Tum orationem ad rem, quæ nunc referebatur, convertens, sermonem ita prosecutus est: *quam profunda sunt S. Spiritus oracula! meministis, fratres mei! quo dolore respondimus ad illa verba hodie mane prælecta: Domine! venerunt Gentes in hæreditatem tuam! venerunt Gothi, aliique alienigenæ armati, Basilicam cinxerunt, sed venerunt Gentiles, & facti sunt Christiani; venerunt, ut hæreditatem invaderent, & in Dei cohæredes mutati sunt. Defensores habeo illos, quos inimicos putabam.* Sæculum IV. A. C. 385. Ep. 78.

Adhuc agebat Deo gratias ob felicissimam mutationem, admirans, quam cito Imperatoris animus militum amore, Comitum rogatu, & populi precibus fuisset mitigatus, cum monetur, missum adesse ab Imperatore Scribam, qui mandata afferret; tum aliquantum secessit, aitque ad eum Notarius: *Quomodo ausus es, contra Imperatoris mandatum agere?* S. Ambrosius respondit: *nescio quodnam hoc mandatum sit, aut cujus rei incuser?* Notarius dixit: *quare Presbyteros misisti ad Basilicam? si tyrannus es, fac ut sciam, & arma contra te in defensionem meam expediam?* S. Ambrosius: *nihil egi, quod plus justo Ecclesiæ tribuat. Ubi comperi, Basilicam a militibus cinctam, ingemiscere contentus, cum plures hortaren-* n. 22.

Sæculum IV. A. C. 385.

tur, ut illuc irem, dixi: nec Basilicam tradere possum, nec me præliari oportet! ubi rescivi, ablata fuisse vela, quamvis a populo peterer, Presbyteros misi, ipse non

n. 23. *ivi, sperans, Imperatorem ex parte nostra futurum. Si tibi hoc videtur esse Tyrannis, cur moraris, me percutere, nulla sunt mihi arma, nisi sola potestas vitam meam periculo exponendi. In Lege veteri Sacerdotes Regna dabant, & sibi non accipiebant; hodie dicentes audias, Imperatores magis ambire Sacerdotium, quam Sacerdotes Imperium. Sane Maximus Tyrannum me non appellat, sed auditur conqueri, Legatione, quam suscepi, effectum, ne in Italiam arma verteret.* Catholici totam diem tristes transegere, nisi quod pueri colludentes Imperatoris insignia laceraverint; hæc erant vela, seu vexilla, quibus Imperatoris imago exhibebatur, in signum ipsius Dominii, ubicunque appenderentur. At S. Ambrosius, militibus Basilicam circumstantibus, domum se conferre non potuit. Psalmos recitavit cum fratribus in parva Ecclesiæ Basilica, id est, verosimiliter noctem orantes perdurarunt in quodam oratorio, quod in eadem majori Ecclesia continebatur. Nam Ecclesiis juncta erant alia ædificia, conclavia, triclinia, balnea, porticus; unde intelligimus, quomodo populus integros dies, noctesque ibi permanse-

n. 24.

v. l. 2. Cod. ut nemo priv. l. II. tit. 16. Greg. IV. ep. 33.

leg. 4. c. Th. de his qui ad Eccles. l. IX.

manserit. Loca erant, ubi decenter comedere, aut dormire poterant. Sæculum IV A. C. 385.

Altera die, quæ erat Cœna Domini, lectus est de more liber Jonæ, quem Ecclesia adhucdum, sed tantum Sabbato Sancto legit. Lectione finita S. Ambrosius concionem exorsus est his verbis: *Lectus est liber, fratres mei! in quo prædicitur, peccatores pœnitentiam esse acturos.* Ad hæc verba populus spem bonam concepit, quod ipse auguraretur, statim eventurum. Dum S. Ambrosius orationem prosequitur, adveniunt, nuntiantes, jussu Imperatoris milites a Basilica recessisse, & mulctas a mercatoribus expressas, iisdem fuisse restitutas. His auditis populi lætitia in plausus, & gratiarum actiones erupit; gaudebat quoque, id accidere illa die, qua Ecclesia pœnitentibus absolutionem concedit. Viri etiam militares hæc nuntiare festinabant, & altaria complexi, in signum pacis osculabantur.

c. 25. S. Ambrosius. *n.* 26.

S. Ambrosius hæc omnia, sicut tunc contigerant, Sorori suæ, Sanctæ Marcellinæ, Romæ existenti, perscripsit, quæ ubi de persecutionis initio audiverat, sæpe, & maxima sollicitudine, quæ agerentur, scire expetebat. In fine hujus narrationis adjungit; prævidere se graviores motus; *namque*, inquit: *cum Comites Imperatorem rogarent, ut in Ecclesiam se conferret,*

n. 1. *n.* 27.

Sæculum IV. A. C. 385.

ferret, respondit: nempe, ut si imperet Ambrosius, me pedibus, manibusque ligatum, inimicis meis tradatis! deinde addit: *Evnuchus Calligonus, Cubiculariorum Præfectus, ad me misit, qui diceret: Valentinianum spernere audes, me vivo? quieti caput non dabo, antequam tibi cervices fregerim. Respondi: faxit Deus! ut quod minaris, etiam effectum præstes! ego quidem, ut Episcopus sancta morte defungar; tu vero facies, quod infamem Eunuchum decet.* Haud multo post hæc Calligonus, nefandi criminis reus, & convictus, capite plexus est.

Aug. VI. cont. Jul. c. 14. n. 41.

§. XLIII.

Lex Arianis favens.

Ruff. II. c. 16. Soz. VII. c. 13.

Justina Imperatrix ob populi motus in S. Ambrosium exacerbatior, filio suo Valentiniano persuasit, ut legem conderet, vi cujus Ariani, auctoritate publica muniti, conventus agere possent. Benevolus, Libellis Præfectus, id est, illorum primus, qui a secretis erant, hanc legem concipere recusavit, quia erat ab unguiculis Religioni Catholicæ addictissimus, quamvis necdum baptizatus. Novam ei, & majorem Dignitatem promisere, si obediret; sed magno animo respondit: *hanc potius, quam possideo, dignitatem auferte, & fidei integritatem relinquite!* simul ante Imperatricis pedes

Gaudent. Præf.

cingu-

Sæculum IV. A. C. 386.

cingulum, ſuæ Dignitatis ſignum, projecit. Igitur Imperatoris gratia excidit, & Dignitate; tum Brixiam, Patriam ſuam, rediit, ubi Sanam Doctrinam S. Philaſtrii opere didicerat. Benevolus exinde, accepto Baptismo, inter ſplendidiſſima hujus Eccleſiæ ornamenta effulſit, S. Gaudentii, qui S. Philaſtrio ſucceſſit, amicorum intimus. Nihilominus Lex pro Arianis ſcripta, & in publicum edita Mediolani, decimo Calendas Febr. Honorio, & Evodio Conſulibus, id eſt, 23. Jan. anno 386. Honorius erat Theodoſii filius ſecundo genitus, natus nona Sept. 384. & paulo poſt, quam natus eſſet, Conſul deſignatus cum titulo nobiliſſimi infantis. Evodius ex primis Maximi purpuratis, ab eo Prætorio Præfectus anno 385. fuerat. Illo tempore mos obtinuerat, ut Conſul unus pro Oriente, & alter pro Occidente crearetur.

Lib. ult. C. Theod. de fid. Cath.

Idac. faſt. Chr. Paſch. an. 384. Socr. V. c. 10.

Lex Valentiniani, Arianis favens, hujus erat tenoris: *Licentiam facimus conventus celebrandi iis, cujus opiniones conformes ſunt expoſitioni fidei, ſub Conſtantio felicis memoriæ in Concilio Ariminenſi receptæ ab Epiſcopis, ex toto Romano Imperio congregatis, & ab iis ipſis, qui hodie huic fidei reſiſtunt, atque in Concilio Conſtantinopolitano confirmatæ. Liberum etiam erit in Eccleſiam convenire illis, quibus indulſimus* (nempe Catholicis) *ſciant*

Sæculum IV. A. C. 386. *sciant autem, si quid turbarum contra hoc noſtrum mandatum cieant, ſe morte puniendos, tanquam Seditionis Auctores, Eccleſiaſticæ pacis perturbatores, & Læſæ Majeſtatis reos. Illi quoque ſupplicio addicentur, qui obreptitie, vel occulte huic noſtro mandato adverſabuntur.* Occultus hujus legis Auctor erat Auxentius, quem Ariani pro Epiſcopo Mediolanenſi habebant. Is, ex Scythia advena, vero nomine Mercurinus dicebatur, ſed notis criminibus infamis, Auxentii nomen aſſumpſit, ob primi Auxentii, S. Ambroſii Prædeceſſoris, memoriam Arianis gratiſſimum.

Ambr. ſerm. de Baſilic. n. 22.

§. XLIV.

S. Ambroſii admonitio.

Id. ep. 21. ad Valent. n. 1. Haud multo poſt hujus legis publicationem, Dalmatius, Tribunus, & Notarius, Imperatoris juſſu ad S. Ambroſium venit, & indicavit, ut Judices eligat, ſicut Auxentius feciſſet, & cauſa eorum in Imperatoris curia judicaretur, ſubjungens, niſi comparere vellet, quocunque vellet diſcederet! id eſt, Sedem Eccleſiæ Mediolanenſis Auxentio relinqueret. S. Ambroſius Epiſcoporum, qui Mediolani agebant, conſilium exquiſivit; hi ſuaſerunt, ne ad Palatium iret, aut in hoc judicio ſui copiam faceret, timendum eſſe, ne inter judices, ab Auxentio ſelectos,

n. 13.

Sæculum IV. A. C. 386.

selectos, pagani vel Judæi larvati latebant. Ergo istorum consilio admonitiones scripsit, quas ad Imperatorem misit, excusans, quod huic mandato obtemperare non posset, præcipue ob exemplum Valentiniani Patris, qui sæpe in colloquiis, & editis legibus declarasset, in causis fidei, aut Personarum Ecclesiasticarum judicem non debere esse statu inferiorem, quam partes; id est, Episcopos non nisi ab Episcopis judicari oportere. Et subjungit: *quis negare ausit, in causis fidei Imperatores Christianos ab Episcopis judicari, nullatenus vero ab Imperatoribus Episcopos.* Deinde dum de judicibus, ab Auxentio electis, loquitur, ait: *veniant ad Ecclesiam, non ut inter judices sedeant, sed ut mixti populo auscultent, & quisque illum eligat, quem sibi sequendum existimat. Quæritur, quis hujus Ecclesiæ Episcopus sit? si populus Auxentium audierit, eumque credat solum veritatem docere, sequatur fidem ejus! non invideo.* S. Ambrosius ita loquitur, quod de populi sui constantia in fide Catholica esset certissimus.

n. 2.

n. 4.

n. 6.

De Lege, modo promulgata, conqueritur, quod per eam liberum amplius non sit, nisi pro Arianis judicare, cum contra eam ne quidem libellum supplicem tradere liceret. *Idem quod aliis*, inquit: *utique tibi ipsi præscripsisti; nam Imperator Leges,*

n. 9.

Sæculum IV. A. C. 386.

ges condit, ut eas primus observet. Vis, ut Judices Laicos eligam, qui, si pro vera fide steterint, proscribentur, vel capite luent? vis, ut eos exponam periculo, ne sint in Deum perfidi, aut morte afficiantur? non est tanti Ambrosius, ut propter ipsum lædatur Sacerdotii honor! vilis est unius hominis vita cum Dignitate omnium Episcoporum comparata.

n. 12.

n. 13.

n. 14. Tum, quantum Concilium Ariminense abominetur, & firmissime Concilio Nicæno adhæreat declarat. *Hæc est illa fides,* inquit: *quam Theodosius Pater tuus tenet, hanc tenent Galliæ, & Hispaniæ. Si Verbum Dei prædicandum est, id didici in Ecclesia facere, Prædecessorum meorum more. Si de rebus fidei colloquium instituendum, id solum Episcopis competit, quod observatum sub Constantino Augustæ memoriæ, qui iisdem liberam judicandi facultatem reliquit. Id etiam ab initio sub Constantio factum; sed quod bene cæptum, in fine corruptum est.* Hic loquitur de Concilio Ariminensi, & subdit: *ivissem, Auguste! ad tuum Consistorium, & quod hic scribo, coram te fuissem elocutus, nisi me Episcopi, populusque retinuissent. Atque utinam mandatum commigrandi, quo vellem, non denuntiasses! singulis diebus domo egrediebar, nemo me custodiebat, tunc sane, quocunque tibi placuisset, mittendus eram, modo mihi dicunt*

n. 15.

n. 17.

n. 18.

cunt Episcopi; parum referre, num quis Sæculum IV.
JEsu Christi Altare vecorditer deserat, A. C. 386.
vel prodat. Faxit Deus! ut sciam, Ec- *n.* 19.
clesiam Arianis non fore tradendam, quam lubens me ipsum offerrem, ut, quodcunque tibi videretur, de me statuas!

Scripta hac exhortatione, S. Ambro- *Paulin.*
sius in Ecclesiam secessit, ubi aliquamdiu *n.* 13.
populus S. Episcopum diu, noctuque custodiebat, ne sibi vi eriperetur; nec errabat ipsorum conjectura, quippe Imperator militum cohortes misit, qui extra Ecclesiam omnes aditus occuparunt, sinebantque, quotquot vellent, intrare, neminem vero egredi. Itaque S. Ambrosius incluſum secum populum solabatur suis sermonibus, quorum unus nobis supereſt eximius, quem Dominica Palmarum pronuntiatum fuisse, prælectum Evangelium indicare videtur. Nam secunda ista persecutio eodem tempore, quo anno superiore, id est, quadragesima ad finem vergente, excitata est. Sermonis vero hoc est exordium.

§. XLV.

Sermo contra Auxentium.

Solito tristiores vos video, & majori, *Sermo de*
quam unquam sollicitudine meæ securi- *Basil. post*
tati invigilare; miror! nisi ideo facitis, *ep.* 21. *n.* 8.
quia vidistis, quod a Tribunis, Imperato- *n.* 19.
ris nomine, jussus sim abire, quo vellem,
licentia

Sæculum IV A. C. 386.

licentia facta me sequendi, quibuscunque placeret. Timuistis ergo ne vos deseram, ut vitam salvem. At, quid responderim adverteritis; fieri non posse, ut Ecclesiam derelinquam, quia Mundi Dominum magis timeo, quam hujus Sæculi Imperatorem. Si autem vi ab Ecclesia avellerer, corpore quidem, sed non spiritu separarer; & ipse quidem ut Princeps ageret, ego vero pateret, ut Episcopus. Quare igitur animo

n. 1. *turbati estis? nunquam sponte vos derelinquam, sed vim vi opponere nescio, quæ si forte adhibeatur, affligar; flere, gemere potero, non enim habeo, quod militum, & Gothorum armis opponam, nisi lacrymas. Econtra Ecclesia excedere, & fugere non possum, ne quis dicat, me metu majoris pœnæ terga dedisse.*

Inferius dicit: *petierunt, ut vasa Ec-*

n. 5. *clesiæ traderem; respondi: si prædia, aurum, & argentum, quod possideo petierint,*

n. 6. *lubentissime me daturum. Sed templo Dei detrahere nihil possum, & quod meæ custodiæ commissum est, alienare. Si persecu-*

n. 7. *tores corpus vulnerent, si vitam mihi adimant, vos spectatores tantum mei certaminis sitis! si Deus mihi coronam Martyrii destinavit, quidquid egeritis, frustra*

n. 8. *erit. Si quis me amat, dilectionem aptius*

n. 10. *probare nequit, quam si me JEsu Christi Victimam cadere permittat. Dein-*

S. Ambrosii Oratio. *de: vehementer miramini, quod portam*

unam

unam inveneritis apertam, qua homo cæcus evasisse dicitur, ut domum rediret. Agnoscitis jam, nisi Dominus custodiat, frustra homines vigilare. Rursus e memoria vestra necdum excidit, ante duos dies in sinistro latere Basilicæ liberum aditum fuisse repertum, quem obstructissimum credebatis, atque non una nocte apertum mansisse, elusa militum vigilantia. Ne ergo solliciti sitis; quod JEsus Christus volet, & nobis expedit, fiet. Hic exemplum S. Petri memorat, cui JEsus Christus apparuit sub porta urbis Romæ, dicens, se vadere iterum crucifigi. Estque hujus historiæ testimonium, quod habemus antiquissimum. (*) S. Ambrosius prose-

Sæculum IV. A. C. 386.

n. 13. sup. l. 11. n. 25.

(*) Nachdem der Uebersetzer die Worte des Fleury: *a qui JEsus Christ apparut a la porte de Rome, disant &c.* verfälschet, und ein, soll erschienen seyn, hinein geflicket, folget hier eine Anmerkung, in welcher das Vorurtheil, so ihn verblendet, gleichsam selbst redet. Er saget; Es hänget dieses Histörchen mit einem andern zusammen, das eben so schlechten Grund hat; nämlich daß *Petrus* nach Rom gereiset ..... Verständige Leser der Geschichte wissen gar wohl, daß dieses alles um des Satzes willen erdichtet worden, daß *Petrus* zu Rom Bischof gewesen, und allda den Martyrertod erlitten. Ob nun wohl nicht geläugnet werden kann,

Sæculum IV. A. C. 386. n. 15.

prosequitur: *gravissima pro Nomine JEsu sperabam pati, gladium aut ignem; jam pro tormentis delicias offerunt. Ne quis ergo*

daß verschiedene Kirchen-Lehrer aus dem dritten und vierten *Sæculo* geschrieben, daß *Petrus* zu Rom gewesen, so haben sie doch alle nur eine blosse Meynung ohne Erweis angenommen ꝛc. Ist das nicht eine Schwachheit? so pflegen nur die allerdummesten unter den Protestanten zu denken. Herr Uebersetzer! Eine Meynung, für welche in den ersten Jahrhunderten ein Tertullianus, ein H. Ambrosius, ein H. Leo &c. zeugen, eine Meynung, welche alle Rechtglaubige insgesammt angenommen, eine Meynung, welche im dritten Jahrhundert nicht erst entstanden ist, sondern schon alt war, und deren man keinen andern Urheber weiß anzugeben, als die ersten Christen, ist eine erwiesene Tradition, welcher kein vernünftiger Mensch widersprechen kann. Es hat solche auch durch 15 Jahrhundert niemand in Zweifel gezogen, bis Martin Luther aus Ehrgeiz, und Rachbegierde nicht nur wider die Mißbräuche angefangen zu predigen, sondern auch einige wesentliche Stücke der wahren Kirche angetastet. Es ist nicht begreiflich, daß ein Tertullianus, und so vielerley Ketzer, welche alle von dem Römischen Stuhle verdammet worden, nicht ein einzigesmal den Römischen Bischöffen solten den Vorwurf gemacht haben, daß Petrus niemal zu Rom gewesen, und Sie folglich aus diesem Grunde keinen sonderlichen Gewalt hätten. Endlich gewinnen die Protestanten nichts zum Vortheil ihrer Kirche, wenn sie

ergo vos terreat, dicens, præparatum esse currum, aut Auxentium ultima fuisse minatum. Sæculum IV. A.C. 386.

Quod S. Ambrosius hic dicit de curru, a Paulino in vita ejus enarratur. Quidam *Paul. n. 12.*

sie sagen: Es ist nicht gewiß, daß *Petrus* sey Bischof zu Rom gewesen, oder jemal hingekommen, denn unser Lutherischer Uebersetzer muß wissen, daß der Gewalt, welchen die Heil. Apostel von JEsu Christo empfangen, nicht auf eine einzige Stadt, oder ein einziges Bißthum eingeschränket war, sondern sich über die ganze Welt erstreckte; daher, ob schon der Heil. Petrus zu Rom gemartert worden, und gestorben, oder in einem andern Orte, so müssen doch die Worte JEsu Christi, der ewigen Wahrheit, in der Heil. Schrift, die er zu Petro allein dreymal hintereinander gesprochen: Pasce oves meas, und dergleichen mehr, einen wahren Verstand, und Wirkung haben, (wenn man nicht mit einem Luther die Worte der H. Schrift schändlich mißhandeln will) und folglich die Nachfolger Petri einen sonderlichen Gewalt in der ganzen Kirche erhalten haben. Nun aber, weil nach dem Geständniß unsers Protestanten Zeugen da sind, und die ganze Christenheit allezeit geglaubet, Petrus sey zu Rom gewesen, und gemartert worden, so folget auch, daß ein Bischof zu Rom das sichtbare Oberhaupt aller Rechtglaubigen Christen sey, und man dem blinden Uebersetzer nichts anders für seinen Antheil zur Antwort geben könne, als was ich ihm in meinen Gegen-Anmerkungen schon vorhin entgegen gesetzet: Unus potest plus negare, quam centum Sapientes probare.

Sæculum IV. A. C. 386.

dam nomine Euthymius domum prope Ecclesiam conduxerat, ibique præparatum currum habebat, quo expeditius S. Ambrosius in exilium aveheretur. Circumacto uno anno ipse Euthymius illa ipsa die, qua Ambrosium abducere speraverat, ex eadem domo extractus, & eidem currui impositus, in exilium migrare compulsus est. Eidem S. Ambrosius pecunias, aliaque itineri necessaria magna charitate impertitus est. Id quoque Paulinus narrat; quemdam Aruspicem, nomine Innocentium, conscenso Ecclesiæ tecto, media nocte ibi sacrificasse, ut odium populi contra Ambrosium excitaret; at contra accidisse, nam quo magis ipse maleficia geminasset, eo magis populi amorem tam in fidem Catholicam, quam in S. Episcopum creviſſe; Aruspicem Dæmones etiam immisisse, qui eum interficerent, sed eos, re infecta, rediisse, & præstigiatori retulisse, sibi non licuisse ipsi viro, & ne quidem ejus habitationi appropinquare, quod totam domum flammæ invincibiles circumdarent, quibus ipsi etiam ab illo loco distantes urerentur; itaque Aruspicem nihil proficientibus maleficiis abstinuisse. Is ipse Aruspex post obitum Justinæ Imperatricis hæc omnia narravit, cum enim aliorum criminum reus quæstioni applicaretur, clamabat, graviora esse tormenta, quibus

quibus se Angelus, Ambrosii Custos, affi- Sæculum IV.
ceret, & ea omnia, quæ modo a nobis A. C. 386.
relata sunt, edixit. Alius, gladio armatus, usque ad S. Ambrosii cubiculum penetravit, virum percussurus, sed manus, gladium evaginatum tenens, elevata in aere, vi occulta suspensa, hæsit. Tunc fassus, a Justina se missum, confestim illæsum brachium recepit.

Hæc narratio S. Ambrosii sermone confirmatur, dum in hunc modum ad populum suum Sermonem prosequitur: *Plerique dicebant, conductos esse Sicarios, meque morti destinatum; non timeo fæminam, & ex hoc loco non discedam. Quocunque ivero, nil nisi lacrymæ, & gemitus oppressorum fugienti occurrent! cum ex omnibus Ecclesiis Episcopi Catholici ejici, resistentes capite plecti, & Magistratus civitatum, nisi mandatum exequantur, proscribi jubeantur! & hæc mane sua scribit, & ore suo dictat Episcopus!* Deinde crudelitatem Auxentii, quem hujus legis, Concilio Ariminensi faventis, & mortis pœna sancitæ, Auctorem esse nullus dubitabat, vehementius perstringit. Exemplum Naboth, cujus prælecta fuerat historia, adducit, & ait: *respondi his, qui, ab Imperatore missi, me urgebant; avertat Deus! ut hæreditatem JEsu Christi tradam, hæreditatem Patrum meorum, hæreditatem Dionysii, qui in exilio pro fide mor-*

Serm. de Basil. n. 16.

n. 23. 24.

3. *Reg.* 21. *n.* 18.

Sup. l. XIII. n. 18.

Sæculum IV. A. C. 386.

mortuus est; hæreditatem Confessoris Eustorgii, hæreditatem Myroclis, & omnium Fidelium Episcoporum, Prædecessorum meorum! Eustorgius decimus Episcopus Mediolanensis, & Myrocles septimus fuisse fertur. Id vero præprimis S. Ambrosius detestatur, quod Auxentius ad judicandum fidei causam tribunal indignum elegisset, Imperatorem juvenem, & Catechumenum, cum quatuor aut quinque Ethnicis. Tum subdit: *anno præterito, cum in Palatium fuissem vocatus, præsentibus Procerum primis, & Senatu, & Imperator unam Basilicam nobis eripere vellet, num ad aulæ splendorem trepidavi? num quidquam constantia Sacerdotali indignum excidit? an forte Imperatoris memoriam jam fugit, cum ad populi notitiam pervenisset, me ad Palatium iviſſe, multitudinem accurrisse tanto impetu, ut eum sustinere non possent; cumque Comes militaris cum armatorum manu exivisset, populi cuneos repulsurus, corpora ad mortem tolerandam pro JEsu Christi fide obtulisse universos? nesciunt, me tunc fuisse rogatum, ut populo loquerer, & animos mitigarem, promisso in me recepto, non fore, ut nobis Basilica aufferretur? hoc a me obsequium tanquam gratiam petierunt; & quamvis populum in officio continuerim, hujus concursus invidia me onerare voluerunt. Adhuc dum illud odium imputari mihi*

Mus. Ital. to. 1. p. 110. De Basil n. 26. 27. 28.

Sermo S. Ambrosii. n. 19.

mihi cupiunt, quod ego a me amovendum, non vero timendum existimo. Et inferius: *quid autem Imperatori respondimus, quod humilitatem Christianam lædat? si tributum petat, damus. Si agros nostros cupit, accipiat! nemo ex nobis resistit. Hos quidem sponte non dono, sed aufferri tolero. Populi Eleemosinæ alendis pauperibus plusquam sufficientes sunt. Vitio nobis vertitur, quod aurum in pauperes distribuamus; hoc a nobis fieri non modo negare non possum, sed glorior; pauperum preces sunt præsidium meum; illi cæci, illi claudi, illi senio debiles fortissimis bellatoribus robore præstant. Quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddimus, & quæ sunt Dei, Deo. Tributum Cæsaris est, Ecclesia Dei. Quis ferat dicentes, his responsis Imperatoris Majestatem offendi? non major ei obtingere bonor potest, quam si Ecclesiæ filius vocetur. Imperator in Ecclesia est, non supra Ecclesiam.*

Sæculum IV. A. C. 386.

n. 30. n. 33. n. 35. n. 36.

§. XLVI.

Hymnorum cantus.

Ad hæc quoque S. Ambrosius respondet, quod reprehenderetur, populum hymnorum suorum cantu decipere; & fatetur, se Fideles suos eo instituisse, ut his modulis Trinitatis fidem profiterentur. Et sane inter ea media, quæ ad populi sui solatium in hac persecutione adhibuit,

n. 34. *Paul. vit.* n. 13.

Sæculum IV. A. C. 386

hibuit, non inutile fuit hymnorum, a se compositorum, cantus, & Antiphonarum, ut nominat Paulinus, id est, Psalmorum alternatim a duobus choris recitatorum. Id constat, ex tunc Mediolani ad vigilias nocturnas, aliasque orationis publicæ horas cœptum fuisse, hymnos & Psalmos secundum Ecclesiarum Orientalium usum cantari. Ista consuetudo ab Ecclesia Mediolanensi in omnes Occidentis reliquas dimanavit. Cum vero semper in Ecclesia universa Psalmi fuerint decantati, non satis apparet, quid novi S. Ambrosius introduxerit, nisi hymnos, & cantus alternos. Cœterum hodieque plures hymnos canimus, qui ipsius opera sunt, usque adeo celebrati, ut subsecutis temporibus monachi loco vocis, hymnus, Ambrosianum dicerent. (*)

Isid. 1. offic. c. 7.

Aug. 9. Conf. c. 7.

Reg. S. Ben. c. 9. 12. 16. 17.

§. XLVII.

Reliquiæ SS. Gervasii, & Protasii.

Paul. vit. n. 14.

Ipse Deus Ecclesiam Mediolanensem solari dignatus est, dum, quo loco jacerent

(*) In Nota hic sequente Interpres Protestans dicit: In dem sogenannten *Officio Romano* stehen verschiedene lateinische Gesänge, die *Ambrosii* Namen führen, es ist aber sehr daran zu zweifeln, ob er von allen Verfasser sey; wenigstens kann es von demjenigen Liede nicht behauptet werden, darin diese Worte stehen: *o Crux*

rent Reliquiæ SS. Gervaſii, & Protaſii, fratrum, & Martyrum, quorum nomina, & ſepulturæ locus jam diu plurimorum memoria exciderant, S. Ambroſio revelavit. Is cum, furente Juſtina, Baſilicam dedicaſſet, quæ hodieque ejus nomine Ambroſiana dicitur, populus una voce petiit, ut eam illo modo, quo antea Baſilicam Romanam, conſecraret. Erat hæc alia Eccleſia Mediolani, quam prope portam Romanam Apoſtolorum honori dedicaverat; reſpondit S. Ambroſius: *faciam, ſi Martyrum Reliquias invenero.* Et ſubito præſagientis animus ardore inflammatus eſt. Nec in vanum; quippe ei Deus in ſomnio revelavit, Corpora SS. Gervaſii, & Protaſii in Baſilica SS. Felicis, & Naboris condita eſſe. Igitur ante cancellos, qui Martyrum ſepulchra cingebant, terram effodi juſſit, Clericis ſuis cum pavore adſtantibus; ſigna invenit convenientia, puta palmas inſculptas, aut

Sæculum IV. A. C. 386.

Amb. ep. 22. n. 1. 2.

Aug. IX. Conf. c. 7. XXII. civit. c. 8.

o *Crux ave Spes unica hoc Paſſionis tempore, auge piis juſtitiam, reisque dona veniam.* Denn die darin befindlichen Ausdrücke, und abgöttiſche Verehrung des Creutzes ſchickt ſich nicht zu den Zeiten, darin *Ambroſius* gelebet. Abgöttiſch! ita loquitur Lutheranus Hypocrita centies, niſi Idiota ſit, in ſua conſcientia convictus, Catholicos, quomodocunque verba ſonent, non Crucis Lignum, ſed JEſum Chriſtum, qui in Cœlis eſt, adorare.

Sæculum IV. A. C. 386.

quoddam ſupplicii inſtrumentum. Energumenos adduci voluit, ut eis manus imponeret; ſed antequam orare cœpiſſet, energumena a Dæmone corripitur, & toto corpore terræ affligitur, in illo loco, ubi Martyres, quorum corpora inveſtigabantur, quieſcebant. Detectis ſepulchris, duo viri viſuntur, quorum magnitudo vulgari major videbatur, oſſa integra, magna ſanguinis copia, & capita a cervicibus ſeparata. Concinnantur oſſa, & ſuo quodque loco aptatur, atque veſtimentis contecta, feretro imponuntur. Ita ad veſperum in Baſilicam Fauſtæ transferuntur, ubi tota nocte vigiliæ obſervatæ. Non nullis Energumenis manus impoſitæ. Hac, & ſequenti die magnus populi concurſus fuit. Tunc ſenibus memoria refricata, audiviſſe quondam Martyrum nomina, & inſcriptionem ſepulchro inciſam legiſſe. Altera die Reliquiæ ad Baſilicam Ambroſianam delatæ.

Ambr. ep. 22. n. 12.

Aug. IX. conf. c. 7. Serm. 286. al. 39. diverſ. c. 5. XXIX. civit. c. 8. n. 2.

Cœcus erat Mediolani, nomine Severus, toti civitati notus, cum oculis valuiſſet, carnis bovinæ venditor, & jam ab annis pluribus lumine captus; is jubilantis populi voces audiens, quærebat, quæ publici gaudii cauſa eſſet? ea comperta, ſtatim ſurrexit, & ad corpora Sancta deduci voluit; ubi illuc advenit, licentiam obtinuit accedendi, ut linteolo feretrum, quo corpora jacebant, tangeret; & ecce! quam-

quamprimum linteolum oculis admovit, aperti sunt, & sine cujusquam ducentis opera ad sua rediit. Hoc miraculum ab infinita populi multitudine visum, & præsente S. Augustino, tunc Mediolani agente, atque id ipsum in operibus suis ter testatum faciente. Severus ita receptum oculorum usum solius Dei honori impendere statuit, & reliquos vitæ dies in Basilica Ambrosiana, ubi erant Martyrum corpora, consumpsit. Vivebat adhuc-dum, quando Paulinus vitam S. Ambrosii conscribebat. Hanc translationem multa alia miracula cohonestarunt; Energumeni liberati, sanati ægrotantes, dum manibus tegumenta Martyrum tangunt; aliis sola umbra (*) saluti fuit. Strophiola, aliave lacinia Sanctis Reliquiis injiciebantur, deinde asservanda, certissima morbis medicina. Horum ipse S. Ambrosius testis est in Sermone, occasione illius eventus pronuntiato. Sæculum IV. A. C. 386. *ep. 22. n. 9.*

Nam Sanctis Reliquiis in Basilicam Ambrosianam invectis, hac super lætitia publica, & miraculis ad populum dixit, explanans Psalmum decimum octavum, & centesimum duodecimum, qui tunc fuerant prælecti. JEsu Christo gratias agit, qui Ecclesiæ suæ, tempore quo opus fuisset, *ibid. n. 34. &c.*

(*) Sola umbra. Hoc Protestans omisit. pag. 495.

Sæculum IV. A. C. 386.

fuisset, tulisset auxilium, & dicit, non alios suæ causæ expetere defensores. Subjungit: *has triumphales victimas in eodem loco, ubi JEsus Christus hostia immolatur,* (*) *deponamus; ipse vero supra altare existat, qui pro omnibus passus est, ipsi, qui ejus passione redempti sunt, subtus altare. Hic est locus, quem mihimet ipsi destinaveram, æquum enim est, ut Sacerdos, ubi sacrificare consuevit, requiescat. Latus vero dextrum his sacris victimis cedo.* Tunc ipsa hora Sanctas Reliquias terra recondere parabat, at conclamante populo, ut hunc actum, qui depositio dicebatur, in proximam Dominicam differret, S. Ambrosius obtinuit, ut die sequenti id fieret. Hac die secundam orationem edixit, qua præcipue sibi

ep. 22. n. 15. 16. &c.

proposuit, ad Arianorum calumnias respondere.

(*) Ubi JEsus Christus Hostia immolatur. Où JEsus Christ est Hostie. Fleury page 512. reddidit Protestans: Wo wir das Opfer JEsu feyerlich begehen. His verbis non idem exprimitur, nam ipse ponit vocem; JEsu in obliquo, cum S. Ambrosius posuerit illam in recto. Dicit, ut brevi videbimus, Interpres iste: *Ambrosius* wäre ein Ketzer gewesen, wenn er zur selben Zeit die *Transubstantiation* gelehret hätte. Et hic ubi S. Pater docet, non panem, esse hostiam in Sancto Sacrificio, sed JEsum, ipsius verba impudenter corrumpit. Nonne hæc est insignis impostura?

spondere. Nam quamvis hæc miracula externam persecutionis vim cohiberent, Justinæ aula in Palatio ista irridebat. Dicebant; homines ab Ambrosio fuisse pecunia subornatos, qui se a Dæmone obsessos simularent, & corpora, quæ fuerant inventa, revera Martyrum esse negabant. His S. Ambrosius opponit facti evidentiam, cujus omnis populus testis esset; præ cæteris miraculum cæci sanati negari non posse. *Quæro ex iis,* inquit, *quodnam illud sit, quod non credunt? an negant, a Martyribus quemquam juvari posse? atqui hoc est JEsu Christo fidem non habere dicenti: his majora facietis.* (*) *Aut cui, dum hæc negant, invident? an mihi? sed ego sane ista miracula non edidi; an Martyribus? ergo fatentur, aliam profecto fuisse Martyrum fidem, & a sua diversam; nulla alia invidiæ causa intelligi potest.* Hæc sunt S. Ambrosii verba.

Sæculum IV. A. C. 386.

Paul. vit. n. 15.

ep. 22. n. 19.

Ad Sanctam Marcellinam Sororem suam, quæ in inventione, & translatione horum Sanctorum Martyrum acta fuerant, scripsit, & suæ epistolæ duos sermones, quos hac occasione fuerat elocutus, adjunxit. Ut magis Ariani confunderentur, hominem de vulgo derepente Spiritus immundus invasit; cumque clamaret,

Id. ep. 22.

Paul. vit. n. 6.

(*) Bona contra Protestantes objectio!

Sæculum IV. A. C. 386.

maret, illos, qui Martyres negarent, aut unitatem Trinitatis, quam Ambrosius doceret, non crederent, paribus secum tormentis affici, Ariani captum in rivo aquis suffocarunt. Arianorum aliquis, alias disputando prævervidus, & obstinatissimus, testimonium reddidit, se in Ecclesia præsentem, quando Ambrosius concionabatur, vidisse Angelum, qui ei in aurem loqueretur, ita ut nihil aliud, quam verba ab Angelo percepta ad populum referre videretur. Arianus ille, cui hæc visio cognita, ad fidem conversus, deinceps fidei, quam oppugnaverat, defensor exstitit. Itaque miraculorum vi, tandem Ariani obmutescere coacti, & Imperatrix Justina permittere, ut S. Ambrosius in pace viveret. Forte etiam Maximi timor idem consilium suggessit, qui epistolam ad Imperatorem Valentinianum dedit, exhortans, ut huic persecutioni finem faceret. Dicit, non ea se saturum, si bellum cum eo meditaretur, ejusmodi enim divisiones, si occasione uti vellet, in rem suam fore. Ostendit, quantum sibi periculum esset creaturus, si fidem a tot sæculis receptam concuteret; *tota Italia*, inquit: *hanc fidem tenet; Africa, Gallia, Aquitania, tota Hispania consentit; eandem denique profitetur Roma, quæ in hoc causæ genere, id est, in Religione, æque ac in Imperio principem*

id. n. 17.

To. 2. Conc. p. 1031. Theod. V. hist. c. 14.

pem locum obtinet. Tandem S. Ambro- Sæculum IV.
sio, & Episcopis Catholicis quiescere da- A. C. 386.
tum.

§. XLVIII.

S. Augustini initia.

Cum hæc fierent, a duobus jam annis S. Augustinus Mediolani agebat, miraculorum, de quibus diximus, & fortitudinis, qua S. Ambrosius pro fide decertabat, testis. Is haud diu post hæc fidem suscepit. Natus erat in Africa 13. Nov. anno 354. Tagaste, urbe Episcopali in Numidia, Parentibus Christianis, & conditionis honestæ; Patris nomen Patricius, Matris vero Monica erat. Prima eorum cura fuit, ut filius humanis litteris imbueretur; omnes enim in eo præcellens ingenium, & miram capiendis scientiis docilitatem suspiciebant. In morbum lapsus adhuc puer, & in discrimen vitæ adductus, baptizari petiit, cum jam antea inter Catechumenos per signum crucis, & salem fuisset susceptus. Perterrita Mater omnia ad filii Baptismum disponebat; sed, puero subito melius habente, dilatus est baptismus. Primum Madauræ Grammaticæ operam dedit, & Rhetoricæ usque ad annum ætatis decimum sextum, quo eum Parens Tagasten revocatum, ibi per annum detinuit, ut necessaria pararet, & anno sequenti

v. Pagi an. 377. n. 3. Possid. vit. c. 1. Conf. l. 1. c. 11.

II. Conf. c. III.

Sæculum IV. A. C. 386.

quenti Carthaginem mitteret, coronidem ſtudiis impoſiturum, nam filii ſui indolem ſcientiis exornandi ingens deſiderium impellebat Patrem, ut ſumptus expenderet, ſuis facultatibus majores. Illa Tagaſtenſi commoratione juvenis Auguſtinus, ſpretis piæ Matris conſiliis, illicitis amoribus abripitur; hi fructus otii, & Patris, necdum baptizati, nimiæ conniventiæ fuere; Pater vero ejus ante obitum ſuum, qui haud multo poſt hæc ſecutus eſt, Baptismum accepit. Auguſtinus Carthaginem delatus, magis, magisque mulierum lenociniis capiebatur, theatrorum ſpectaculis libidinem foventibus. Nihilominus a Deo caſtitatem petebat, ſed cito exaudiri noluiſſet. Interim inſigni ſucceſſu ſtudiis incumbebat, quæ ſe ad munia publica, & Magiſtratum deducerent, nam ad ea tunc temporis eloquentia viam aperiebat. Inter Ciceronis opera, quibus vacabat, Hortenſium legit, hodie non amplius exſtantem, eratque exhortatio ad Philoſophiam. Animum juvenis tetigit illa lectio, cœpitque, annos natus novemdecim, vanas hujus Mundi ſpes contemnere, atque Sapientiam, & bona immortalia deſiderare. Hic primus converſionis motus fuit.

III. Conf. c. 1.

VIII. c. 7.

§. XLIX.

Sæculum IV.
A. C. 386.

§. XLIX.

Auguſtinus Manichæus.

Id unum in Philoſophis diſplicebat, quod ibi non inveniret nomen JEſu Chriſti, nomen ſibi cum lacte materno inſtillatum, & cordi ſuo profunde inſcriptum. Igitur Sacras Scripturas legere cœpit, ſed, ſtili ſimplicitatem faſtidiens, abſtinuit. Tunc in Manichæorum errores incidit, qui cum nihil præter JEſum Chriſtum, Spiritum S. & veritatem creparent, virum ſincerum ſeduxere; placere cœperunt eorum ſomnia, & veteris Teſtamenti tœdium ſubiit. At Mater filium non aliter lugebat, ac ſi fuiſſet elatus, nolens ultra cum ipſo cibum capere. Afflictæ immiſſum cœlitus ſomnium ſolatio fuit. Videbatur ſibi regulæ ligneæ inſiſtere, & juvenis eximii ſplendoris ridenti vultu ad ſe venire, qui cauſam doloris perquireret; reſpondit ſe filii ſui interitum deflere; ille, *reſpice!* inquit: *en tecum eſt!* & reſpiciens vidit filium in eodem ſecum aſſere ſtantem. Hoc ſomnium illa dum Auguſtino narrat, dixit: *nempe, quod ego ſum, & tu aliquando eris, mater!* at nihil cunctata repoſuit: *non ita, fili mi! nam non eſt dictum mihi: ubi ipſe eſt, & tu eris; ſed: ubi tu es, & ipſe erit.* Ex illo tempore, cum filio, ſicut antea conſueverat, comedit, & habitavit.

c. 5.
c. 6.
c. 11.

Sæculum IV. A. C. 386. c. 12. Sollicita Mater S. Episcopum adiens, rogabat, ut filio suo loqueretur; respondit Episcopus: *non est modo filius tuus docili animo, sed nova, qua deceptus est, hæresi inflatur. Relinque eum, & sufficiat jam pro eo orare; ipse legendo cognoscet, quantum erraverit. Me, cui modo loqueris, adhucdum puerum mater mea, ab ipsis decepta, Manichæis tradidit; libros eorum omnes non legi modo, sed etiam transcripsi, & sic me ipsum errorem dedocui.* His S. Episcopi verbis S. Monicæ necdum sollicitudo adempta; cumque flens largiter, non desineret instare, ut filio suo loqueretur Episcopus subiratus respondit: *vade! impossibile est, ut tot lacrymarum filius pereat!* Hæc verba Sancta mulier tanquam oraculum, a cœlo missum, excepit. Filius tamen ejus annis novem ab anno ætatis decimo nono, usque ad vigesimum octavum Manichæus fuit.

L. 4. Conf. c. 1.

Ipse Concubinam domi alebat, cui non aliter ac justæ uxori fidem servabat. Absolutis studiis, Tagaste in urbe Paterna Grammaticam, & deinde Rhetoricam docuit. Quadam die Aruspex operam suam condixit, promittens se animalium sacrificiis effecturum, ut si versus scriberet, inter alios concertantes propositum præmium reportaret; sed rejecit hominem, commercium cum Dæmonibus exhorrescens. Attamen conscientiæ non duce-

IV. c. 2.
Possid. c. 2.

IV. Conf. c. 3.

ducebat Aſtrologos conſulere, eorumque libros legere, donec ab horum quoque lectione abſtractus eſt conſilio ſapientiſſimi Senis, cui nomen Vindicianus, celebris Medici, qui propria experientia, quam inanis hæc eſſet ſcientia, perſpexerat. Erat tunc Auguſtino amicus intimus, cui perſuaſerat, ut Manichæus fieret; nam alios quoque ſeducere ſatagebat. Is, ægrotans, liqueſcente animo diu jacuit, ergo, de vita ejus conclamatum, rati, ſui ipſius neſcium baptizarunt; ubi mentem recepit, Auguſtinus in baptismum ludebat, quem mentis impos accepiſſet; at ægrotus, his jocis cum horrore rejectis, paucos poſt dies Gratiæ Divinæ Fidelis vivis exceſſit. Auguſtinus annum ætatis circiter vigeſimum ſextum agens duos, tresve libros de pulchritudine, & decoro ſcripſit, quæ opuſcula hodie non ſuperſunt.

Sæculum IV. A. C. 386.

VII. c. 6.

IV. c. 4.

c. 13. c. 14.

§. L.

Auguſtinus Manichæis infeſtus.

Tandem Auguſtinum fabularum, quas Manichæi de Mundi Oeconomia, corporum Cœleſtium, & Elementorum natura narrabant, faſtidium ſubiit. *Hæ ſcientiæ*, inquiebat: *Religioni neceſſariæ non ſunt, hoc vero ſumme neceſſarium, ne mentiamur, aut ea, quæ neſcimus, comprehendere nos jactemus; præſertim ſi quis,*

v. Conf. c. 3.

Sæculum IV. A. C. 386.

ut Manes, talia a Spiritu S. edoctus videri velit. Magis palato arridebant rationes, quas Mathematici, & Philoſophi circa Eclipſes, ſolſtitia, & aſtrorum curſum reddebant. Inter Manichæos Epiſcopus, nomine Fauſtus, a Sectariis ſuis jactabatur vir incomparabilis, in omni ſcientiarum genere excellentiſſimus. Diu exſpectatus, tandem Carthaginem advenit, ubi Auguſtinus artem Rhetoricæ auditoribus explicabat. Ubi colloqui datum, Auguſtinus expertus eſt virum ſuavis alloquii, & facundiæ ſingularis, qui autem ea tantum proferret, quæ alii Manichæi, & nihilo melioribus innixa fundamentis; eo ſolo discrimine, quod facilius, & ornatius eloqueretur. Aliud erat, quod quærebat Auguſtinus, & ingenium ſolidum inani ſpecie paſci non potuit. Omnis Fauſti ſcientia eo abſolvebatur, quod aliquas Ciceronis orationes legiſſet, paucas Senecæ, & libros Manichæorum, quotquot exſtabant, latine ſcriptos. Dum autem Auguſtinus ſe illius opera ad veritatem abſtruſiſſimam de Solis, Lunæ, aliorumque corporum cœleſtium motu penetraturum ſperabat, Fauſtus ingenue edixit, ſe his quæſtionibus intelligendis non ſtuduiſſe. Videns igitur, quam parum ſpei ſuæ ſatisfeciſſet Manichæorum famoſiſſimus, ejus Sectæ omnes anno vitæ vigeſimo nono averſari cœpit. Tunc amici

c. 3. n. 6.

n. 6.

amici Auguſtino ſuaſerunt, ut Romam ſe conferret, ibidem docturus Rhetoricam, quod Romani eloquentiæ ſtudioſi gratiori animo quam Carthaginenſes in Magiſtrum futuri eſſent. Navem ingreſſus eſt invita Matre, quam amicum ad portum deducendi ſimulatione decepit. Romæ Auguſtinus febri correptus in extremum vitæ periculum deductus eſt; baptizari tamen non petiit. In domo Manichæi hoſpitabatur, non enim tam cito veteri hominum amicitiæ valedicere poterat, quamvis veritatem inter eos inveniri poſſe deſperaſſet; nec ei in mentem veniebat eandem in Eccleſia Catholica quærere, tanto erat contra Catholicos præjudicio. Igitur ad eam devolutus eſt cogitationem, forte inter Philoſophos Academicos, qui de omnibus dubitabant, veram reſidere ſapientiam, & ædium Domini credulitatem ſæpius reprehendebat, quod Manichæorum fabulis plenam fidem adhiberet. Inter hæc advenere, qui juſſu Civitatis Mediolanenſis a Symmacho Præfecto Romano Rhetoricæ Profeſſorem petierunt; Auguſtinus, Manichæorum favore adjutus, hanc Cathedram obtinuit, poſtquam pronuntiata oratione ſuæ eloquentiæ ſpecimen dediſſet. Itaque anno 384. annos natus triginta, Mediolanum venit.

Sæculum IV. A. C. 386.

c. 8.

c. 9.

c. 10.

c. 13.

Sæculum IV.
A. C. 386.

§. LI.

Augustus Mediolani.

Sanctus Ambrosius venientem Augustinum lenitate paterna excepit; hinc reciprocæ propensionis initium. Is assidue S. Ambrosii concionibus intererat, stili amœnitate captus, & experturus, an famæ par esset eloquentia? non eam quidem dictionis suavitatem deprehendebat, quam in Fausto miratus fuerat, sed doctior erat sermo, & omnino solidior.

c. 14. Initio quidem ad solum ornatum intentus, ad ipsas res, quas Ambrosius proferebat, non attendebat, sensim tamen, & quasi invitus agnovit, Doctrinam Catholicam saltem esse probabilem. Ideo Manichæis renuntiare statuit, & Catechumenus, sicut erat, in Ecclesia a Parentibus sibi commendata, nempe Catholica, permanere, usque dum clarius veritas

VI. Conf. c. 1 esset perspecta. S. Monica Mediolanum advenerat, filium insecuta tanta fide, ut mare trajiciens, nautas in maximis periculis solaretur, dato sibi divinitus promisso, ad filium perventuram. Cum filius ei dixisset, jam se non amplius esse Manichæum, nullatenus commota respondit, nullam se dubitare, quin eum fidelem Catholicum esset visura, antequam ex hac vita discederet. Interim orare non cessabat, continuo S. Ambrosii

Sæculum IV. A. C. 386.

sii concionibus præsens, quem tanquam Angelum Dei diligebat, non nescia, ipsius ope filium suum in fidei dubia conjectum fuisse, quæ malo remedium essent allatura. In Africa adsueverat, ad Ecclesias Martyrum panem, vinum, & carnes deferre; hunc morem etiam Mediolani servare volebat, sed ab Ecclesiæ Ostiario monita, id Episcopum prohibuisse, statim, dimisso ad suam consuetudinem affectu, obediit. S. Ambrosius hæc in Ecclesiis convivia sustulerat, quod veterum mensarum, quæ *Agape* dicebantur, sobrietati, & modestiæ, dissolutio successisset. S. Monicam ipse vicissim ob ejus pietatem, & bona opera amabat, & sæpe Augustino gratulabatur talem Matrem, quæ tota vita sua virtutem coluisset; nata ex familia christiana, & integerrime educata, in matrimonio deinde viro suo perfecte subdita fuerat, ejus pravos mores, & iracundiam ea patientia ferens, quam omnes nuptas sequi oportuisset. Tandem virum ad finem vitæ ejus Deo lucrata est. Dissidentes gratia singulari componebat. Elato marito, totam se pietatis operibus dedit; largas eleemosinas impertiebatur, serviebat pauperibus, nulla die a sacri Altaris oblatione aberat, (*) & bis, nempe mane,

c. 2.

IX. Conf. c. 13. *c.* 8. 9. *V. c.* 9. *L. de ord. c.* 11. *VI. Conf.* 13. *VI. c.* 3.

(*) Ergo jam tunc Mediolani, & non in Africa.

Sæculum IV A. C. 386.

ne, & vespere in Ecclesiam ibat, ut verbum Dei audiret, & preces funderet; nam tota vita ejus continua videbatur oratio. Magno affectu in sacram Scripturam ferebatur. Deus per visiones, & revelationes cum S. Fœmina communicabat, quas ipsa a somniis, & cogitationibus naturalibus scite distinguebat. Talis erat S. Monicæ vita S. Augustino testante.

Augustinus S. Ambrosium, virum secundum mundum vere felicem, existimabat, utpote quem homines in orbe potentissimi venerarentur. At S. Episcopo tam sæpe, ac familiariter colloqui, ac ipse cupiisset, non licebat, propter hominum turbas, quæ diversorum negotiorum causa veniebant; alio tempore, quod Ambrosius lectioni dabat, pium laborem interrumpere non audebat. *Sæpe, cum in domo ejus essemus,* inquit S. Augustinus: (non enim illius temporis usus erat quemquam ab ingressu arcere, aut Episcopum monere, esse, qui ingredi vellent) *conspiciebamus eum, tacite legentem, & postquam satis diu silentes sedissemus, discedebamus, cognoscentes, eum in lectione turbari nolle; nam brevissimum erat tem-*

S. Augustini vita.

frica, ut Anonymus I. dicit, quotidie SS. Mysteria celebrabantur. Id est, de Africa hic non est sermo.

tempus, quo ſpiritum relaxabat, & vires corporis, vocemque recipiebat. Singulis Dominicis ad populum dicentem audiebam, magis, magisque, diſſipatis præjudiciorum nubibus, cognoſcebam, omnes calumnias, quibus impoſtores divinos libros impetebant, dilui poſſe, atque alicujus inconcuſſæ auctoritatis, fideique neceſſitatem intelligere cœperam.

Sæculum IV. A. C. 386. c. 5.

Amicorum in paucis duo cum Auguſtino Mediolani erant, Alipius, & Nebridius. Alipius ſicut & ipſe Tagaſte natus parentibus, in illa civitate primum locum tenentibus, Auguſtino ætate minor, ejus Diſcipulus Tagaſte, & Carthagine fuerat. Is Romam venit, ut Jurisprudentiæ operam daret, deinde Comitis Largitionum, ſeu Ærarii Italiæ Præfecti aſſeſſor fuit. Poſtquam Auguſtinus quoque Romam advenerat, & Mediolanum proficiſceretur, ſecutus eſt eum Alipius, quod ab amico diutius ſeparari non ſuſtineret, atque apud alios Magiſtratus Aſſeſſoris ſeu Conſiliarii munere integerrime fungebatur. Nebridio haud procul Carthagine patria erat, quam, ſicut & Matrem, & pinguem agrum, quem poſſidebat, reliquit, ut cum Auguſtino viveret, & in veritatem inquireret. Nihil erat, quod tres amici ardentius invenire cuperent, quam veritatem. Optabant quoque ſimul habitare, & o-

VI. Conf. c. 7. 10.

c. 14.

Sæculum IV. A. C. 386.

mnia habere communia; decem viris id vitæ genus placebat, & amplecti poterant, nam aliqui erant opulenti, quos inter præcipuus erat Romanianus, & ipse Tagaſtenſis civis, Alipii conſanguineus, tunc rei domeſticæ ſuæ cauſa aulam ſecutus. Hunc Auguſtinus Patronum reverebatur; is quippe juvenem, ſtudiis vacantem, opibus juverat, & defuncto ejus Patre, quotiescunque opus fuiſſet, & conſilium, & pecunias ſuppeditaverat. Vitæ autem communis inſtituendæ propoſitum dimiſerunt, quia aliqui eorum uxores habebant, alii ducturi erant, nec credebant fieri poſſe, ut in ejusmodi virorum ſocietatem mulieres conſentirent. Auguſtinus ex illis erat, qui uxorem erant accepturi; Mater ejus filio puellam deſtinabat, huic ſpei parem, ſed per ætatem necdum conjugio aptam, ita ut annis duobus exſpectandum fuiſſet. Interim concubina, Auguſtino relicto, in Africam redierat; hæc ad reliquum vitæ tempus voto caſtitatis ſe adſtrinxit. Diſcedens, Auguſtino ex ſtupri conſuetudine genitum filium reliquit, quem ipſe Adeodatum, id eſt a Deo Donatum, appellavit. Quamvis breve tempus ſupereſſet ad deſtinatas nuptias, interim tamen alteram concubinam ſibi delegit; tam fortis erat turpis rei habitus. Prima Januarii anno 385 orationem inau-

11. *Contr. Acad. c. 2.*

Auguſtinus.

12. 13.

c. 15.

c. 16.

Sæculum IV. A. C. 386.

inauguralem dixit Bautoni, illa die Consulatum suscipienti. Circa illud tempus anno ætatis 31. discussis imaginibus corporeis, quibus animum ejus Manichæi assuefecerant, Ideas nobiliores concipere cœpit, quibus Deum, naturam spiritualem, & mali originem intelligeret; sed Incarnationis Mysterium necdum capiebat, JEsum Christum præcellentem hominem fuisse æstimans. S. Scripturæ autem, præsertim S. Paulus, placebant. Tali animi statu frequentare cœpit domum Simpliciani Presbyteri, qui a puero in provectam senectutem pietatem coluerat. Is S. Ambrosii juventutem instituerat, qui eum ut Patrem reverebatur. Huic igitur viro Augustinus errorum suorum vicissitudines narravit, seque aliquos Platonicorum libros legisse, quos Victorinus Rhetor latinitate donaverat. Gratulabatur ei Simplicianus, quod in aliorum Philosophorum libros non incidisset, pervertendis hominibus aptissimos, cum econtra Platonici planam ad cognitionem Dei, & Verbi ejus viam sternerent. Tum Victorini conversionem, cujus pars maxima ad se spectabat, narravit. His colloquiis Augustinus vehementer commotus, Victorinum imitari cupiebat, non in eo tantum, ut Baptismum acciperet, sed etiam Professioni artem Rhetoricam docendi valediceret.

VI. Conf. de vit. Beat. n. 4

VIII. Conf. 1. 2.

Sup. l. XV. n. 6.

n. 5.

§. LII.

Sæculum IV.
A. C. 386.

§. LII.

S. Augustini Conversio.

Quadam die, Augustino cum Alipio domi sedente, nobilis Afer, cui nomen Pontinianus, qui spectabili officio in aula fungebatur, ad eos venit; dum ad colloquendum considerent, Pontinianus librum in mensa, quæ ante eos erat, conspexit, aperit, cernit, esse S. Pauli Epistolas; miratus hunc solum librum præ manibus esse illis, quos totos litteris humanis occupari credebat. Tum ad Augustinum conversus, & subridens, admirationem, & gaudium non dissimulabat; quippe Christianus erat, prolixas preces coram Deo prostratus in Ecclesia fundere solitus. Augustino dicente, se modo hujusmodi lectionibus serio mentem applicare, sermonem ad S. Antonium deflexerunt, cujus vitam Pontinianus narravit, Fidelibus jam tunc notissimam. Nova hæc erant Augustino, & Alipio, tam magna, & sibi hactenus inaudita mirantibus. Id ipsum quoque Pontiniano mirum videbatur, quod ista huc usque ignorassent. De multitudine Monasteriorum deinde locutus est, quibus deserta implebantur; & hæc enim nesciebant. Imo ne id quidem eis in notitiam venerat, extra muros urbis Mediolanensis Monasterium sub Ductu S. Ambrosii exsta-

re.

re. Ultimo Pontinianus duorum aulicorum converſionem narravit, qui cum Imperatore Treviris ambulantes, inventa apud Monachos S. Antonii vita, ejus lectione, eo permoti ſunt, ut, ſicut ibi ſtabant, inſtitutum Monaſticum fuerint amplexi. Sæculum IV. A. C. 386.

His colloquiis Auguſtini animo aculeus profunde infixus. Ante annos duodecim legendo Ciceronis Hortenſium ad ſtudium ſapientiæ excitatus fuerat, veritatem, tamdiu quæſitam, invenerat, jam nihil deerat, quam ſe ipſum vincere; nulla tergiverſanti excuſatio occurrebat. c. 7.

Ubi Pontinianus diſceſſit, ſurgens Auguſtinus, & Alipium alloquens, turbatus, mutato vultu, & inſolito vocis ſono, ait: *Quid hoc eſt? quid agimus? ſurgunt indocti, & cælum rapiunt, dum nos cum noſtris ſcientiis inſani in carne, & ſanguine volutamur? an putet iſtos ſequi? an non majus probrum eſt, iſtos ne quidem audere nos ſequi?* Alypius, amicum intuitus, tacebat, ſubitam mutationem miratus, & abeuntis veſtigia ſecutus in hortum, quo fluctuantis animi impetu ferebatur. Remotiſſimo, quo poterant, a domo loco conſederunt. Auguſtinus frendens indignabatur, ſtatuere ſe non poſſe, quod unice a libera ſua voluntate dependere videbatur; tunc capillos evellere, frontem pulſare, decuſſatis brachiis c. 8. S. Auguſtinus convertitur.

Sæculum IV. A. C. 386.

chiis genua ſtringere. Alypius tam acriter æſtuantem non deſerebat, ſed, quid poſt tantos motus facturus eſſet, tacitus exſpectabat. Ipſe erumpentes gemitus, & lacrymas premere non valens, ſurrexit, ut ab eo ſe removeret, eoque in loco, ubi ſederant, relicto, tandem ſub ficu procubuit; ibi libere in fletum ſolutus, clamabat: *Usquequo, Domine! usquequo non aufferetur ira tua? Quare cras? quare non modo?* tunc ex vicina domo vox quaſi infantis ad aures ejus allapſa, ſæpius canendo repetere videbatur duo verba latina: *Tolle! Lege!* ſerio reflectere mentem cœpit, an infantes alicubi talia canere ſolerent, ſed nunquam alias ſe hæc verba audiviſſe meminerat. Lacrymas tenuit, credens, a Deo ſibi præcipi, ut librum aperiret, & quemcunque primo obvium ſibi textum legeret, illius quoque memor, S. Antonium, audita Evangelii lectione, fuiſſe converſum. Ergo ſine mora ad locum, ubi Alypius remanſerat, rediens, S. Pauli librum tollit, ibi prius relictum, &, conjectis in obvium textum oculis, ſubmiſſe legit hæc verba: *Non in commeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione; ſed induimini Dominum JEſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis.*

c. 12.

Rom. 13. 13.

Nec

Nec plura! subito omnis mentis dubitatio dissipata est. Sæculum IV. A. C. 386.

Loco notato librum clausit, & vultu tranquillo quid legerit Alypio dicit; is textum voluit inspicere, & verba, quæ sequebantur, ostendit; *infirmum autem in fide assumite*; sibi ipsi hæc applicans. Intra limina redeuntes, felix nuntium ad S. Monicam deferunt, simulque summo gaudio perfundunt. Uno proposito Augustinus statuit nuptiis renuntiare, spes omnes hujus sæculi abjicere, & ante omnia Rhetoricæ scholam dimittere. Ut vero abesset ostentatio, tres adhuc septimanas, nam totidem usque ad vacationes, quæ vindemiarum tempore concedi solebant, propositum suum palam facere distulit; nec deerat verosimile coram mundo obtentum, nam contracta illa æstate pectoris inflammatio munere se abdicare, aut saltem aliquo tempore lectiones interrumpere coegisset. *IX. Conf. c. 2.*

§. LIII.

Prima S. Augustini opera.

Ubi S. Augustinus liberum se a docendi onere vidit, in agros secessit, & locum, quem Cassiciacum dicebant, in domum amici, nomine Verecundi, civis Mediolanensis, & Grammaticæ Professoris. Illuc se Augustinus contulit cum Matre, Navigio fratre, filio Adeodato, Aly- *VIII. Conf. c. 6. IX. c. 3. 4.*

Sæculum IV. A. C. 386.

Alypio, & Nebridio, duobus juvenibus ſuis Diſcipulis Trygetio, & Licentio, quorum ultimus Romaniani filius erat. In illo receſſu primos libros ſcripſit, polite quidem, ſed qui, ut ipſe agnoſcit, adhuc dum ſcholarum jactantiam redolent. Primus eſt contra Academicos, qui omnia obſcura eſſe, & dubia affirmabant, nec virum ſapientem oportere, quidquam ut manifeſtum, & certum pronuntiare. Multi his argumentis perſuaſum ſibi habebant, veritatem inveniri non poſſe. Ipſe S. Auguſtinus, in hunc errorem aliquando inductus, hunc Tractatum compoſuit in eum præcipue finem, ut illam opinionem deſtrueret. Liber ſecundus eſt de vita beata, conſiſtens in colloquio, quo domeſticam congregationem tanquam cibo ſpirituali die nativitatis ſuæ anniverſaria decima tertia Nov. & duobus ſequentibus diebus paſcere voluit. Finis hujus libri eſt, demonſtrare, vitam beatam in nullo alio, quam in perfecta Dei cognitione reperiri poſſe. Tertius liber eſt Tractatus de Ordine, in quo hanc quæſtionem ponit; an ordo Providentiæ divinæ omnia, nempe bona, & mala comprehendat? ſed advertens, hanc materiam ſupra captum eorum eſſe, quibus loquebatur, in explicando ordine ſcientiarum ſe continuit. Librum quartum conficiunt ſoliloquia, in quibus S. Auguſtinus

Lib. 1. Retr. c. 1. III. contr. Acad. c. 20.

De be. vit. n. 6. 1. Retr. c. 2.

ibid. c. 3.

II. de ord. c. 8

stinus suo intellectui colloquitur, ac si distincta a se persona esset. In libro primo indagat, qualem illum esse oporteat, qui acquirere sapientiam sperare possit? & in fine probat; omne id, quod revera est, immortale esse. In secundo de immortalitate animæ agit; sed opus imperfectum reliquit. Hi sunt quatuor Tractatus, quos S. Augustinus Cassiciaci in secessu suo, ad finem properante anno 386. scripsit. Sæculum IV. A. C. 386.

1. *Ret. c.* 4.

Tres primi libri sunt fructus doctissimorum colloquiorum, quæ instituere cum amicis adsueverat, eaque notis mandari jubebat, ut, quæ memoria digna essent, conservarentur. Ex quibusdam circumstantiis, quas narrat, apparet, quam libere, & hilariter conviverent. Trygetius, & Licentius, ætate cœteris minores litteris humanioribus ut antea vacabant, eisque Augustinus quotidie ante cœnam mediam partem libri ex Virgilio explicabat. Licentius pro sua in Poesin propensione versus concinnabat in Pyrami, & Thisbes fabulam, sed S. Augustinus leniter juvenem ab his nugis avertere satagebat. Favente cœlo, in prato sedentes sermocinabantur, aere pluvio in balneo includebantur. In istis colloquiis non præcoci impetu alter alteri respondebat, sed sæpius diu pensabant, quid respondendum esset, & si quid im-

1. *cont. Acad. c.* 1. *n.* 4. S. Augustini opera.

I. de ord. c. 8. *n.* 26.

II. cont. Acad. c. 4. *ibid. c.* 3. *III. c.* 1. 1. *de ord. c.* 3. *n.* 8.

Sæculum IV. A. C. 386.

prudenter affirmaſſent, bona fide retractabant. Non oſtentationis cauſa diſputabant, ſed, quid verum eſſet, ſolide ad examen revocabant. Cum ſemel contigiſſet, ut Trygetius falleretur, nolebat, ut quæ dixerat, ſcriberentur; Licentius contra urgebat, ut notis traderentur, cui S. Auguſtinus puerilem æmulationem exprobravit, atque Trygetio ſua quoque ex parte alterius confuſionem ridente, utrumque ſevere reprehendit, in finem ſubjungens, ſe hoc unum Minerval pro docendi labore ab ipſis expoſcere, ut virtutem amarent. S. Monica plerumque colloquentibus aderat, quæcunque ſublimia, ſi ad mores, vel Religionem ſpectarent, haud difficulter intelligens. S. Auguſtinus mediam fere noctem ſummi momenti veritates meditando inſumebat; mane in preces ſe dabat cum lacrymis. Præcipue Pſalmorum lectione movebatur.

I. cont. Acad. c. 3. n. 8. 1. de ord. c. 10.

I. de ord. c. 3. ibid. c. 8. c. 10 n. 29. IX. conf. c. 4.

c. 5.

Finitis vacationibus, Mediolanenſibus ſcripſit, ut alium ſibi Eloquentiæ Profeſſorem providerent. Ad S. Ambroſium quoque litteras dedit, quibus errores ſuos præteritos, & præſentem animæ ſtatum aperiebat, rogans, ut ſibi indicaret, quinam ex SS. Scripturis libri legendi eſſent, ad Baptiſmum aſpiranti utiliſſimi? S. Ambroſius ſuaſit, ut Prophetam Iſaiam legeret; paruit S. Auguſtinus; ſed,

sed, cum primam hujus Prophetæ lectionem non intellexisset, ulterius legere distulit, donec majorem in capiendo Stilo Scripturæ experientiam sibi comparasset. Sæculum IV. A. C. 386.

Ubi tempus advenit, quo nomen suum cum aliis candidatis traderet, ad Baptismum præparandis, ex agris Mediolanum rediit, nempe appropinquante quadragesima, anno 387. *Ibid. c. 6.* Libri S. Augustini.

Tunc Tractatum scripsit de immortalitate animæ, qui erat quasi soliloquiorum complementum. 1. *Retr. c. 9.* *c. 6.*

Circa idem tempus scribere cœpit de artibus liberalibus, nempe Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, & Philosophia. Tractatum de Grammatica ad finem deduxit, sed eum postea amisit. Sex libros composuit de Musica, quos non nisi post annos duos absolvit in Africa. *c. 12.*

Reliqua omnia, quæ cœpit, imperfecta reliquit, nullumque alium de artibus accepimus Tractatum, quam opusculum de Musica; in his libris S. Augustinus id sibi proposuerat, ut amicorum suorum mentes ad Deum deduceret, qui ejusmodi artibus delectabantur, atque gradatim a sensibilibus ad spiritualia dirigeret, quod ex libro sexto de Musica apparet.

Quippe post conversionem suam omnes labores, & studia Deo dedicavit. *IX. Conf. 4. n. 7.*

Alipius quoque ad gratiam Baptismi recipiendam sincera humilitate præparabat animum; magna *ibid. c. 6.*

Sæculum IV. A C. 387.

fortitudine corpus ſuum domans, & hyemali tempore nudis pedibus incedens, in illa Italiæ parte, quæ hominibus, ex Africa venientibus, frigida eſt.

§. LIV.

Tractatus S. Ambroſii de Myſteriis.

IX. Aug. Conf. c. 6. Ambr. ep. 26 n. 15.

Tandem S. Auguſtinus cum amico ſuo Alypio, & filio ſuo Adeodato, annum circiter decimum quintum agente, a S. Ambroſio baptizatus eſt. Id factum in Vigilia Paſchæ, quæ feſtivitas hoc anno 387. in ſeptimum diem Calendas Maji, id eſt, vigeſimam quintam Aprilis incidebat; nam ita S. Ambroſius, quem Epiſcopi Provinciæ Æmiliæ conſuluerant, definiverat. Hac occaſione S. Ambroſius creditur Neo-baptizatis præcepta inſcripſiſſe, nempe librum de Myſteriis, aut de iis, qui ad illa initiati ſunt. Jam antea tempore quadrageſimæ inſtitutiones morales ſcripſerat, quas quotidie in vitam Patriarcharum, & librum Proverbiorum componebat. Inde diſpicimus, tunc Mediolani librum Geneſin, & Proverbia Salomonis fuiſſe prælecta, quod hodieque apud Græcos in officio nocturno fieri aſſolet. Ex his in Geneſin ſermonibus diverſa S. Ambroſii opera ortum ſumpſere; nempe Exameron, & libri ſequentes, præſertim libri Abraham, Iſaac, Jacob, & Joſeph, qui veroſimiliter hoc

Amb. de Myſt.

Triod. Græc.

vid. admonit. in lib. de Joſeph.

hoc anno 387. scripti putantur; quamvis non sit dubitandi locus, eum singulis Episcopatus sui annis, ubi eædem lectiones recurrebant, de eadem materia disseruisse. Sæculum IV. A. C. 387.

In Libro Mysteriorum S. Ambrosius Neo-baptizatis explicat naturam, & cæremonias trium Sacramentorum, quæ jam recepissent, nempe Baptismum, Confirmationem, & Evchariſtiam. Quod explicare prius non licuerat, *Quia*, inquit: *hoc fuisset Mysteriorum arcana prodere, non docere*; igitur præcipuas baptismi cæremonias indicat; primo aures Catechumeni aperiri dicendo: *Ephæta*. Tum in Sancta Sanctorum introduci, id est, in Baptisterium; præsentiam Diaconi, Presbyteri, & Episcopi, renuntiari Dæmoni, & operibus ejus, mundo, & pompæ ejus. Dum mundo renuntiabat, Catechumenus ad Occidentem se vertebat, ut quasi in faciem resisteret; deinde vertebatur ad Orientem, quasi JEsum Christum aspecturus. S. Ambrosius deinde explicat Benedictionem fontis, omnia Mysteria, in aquis perfecta, memorans, quæ in lectionibus veteris, & novi Testamenti fuerant audita, nam hæc per quadragesimam, præsertim Sabbato Sancto legebantur, qualia sunt Creatio, Diluvium, transitus maris rubri, nubes, aquæ in Mara, Naaman, & Paraly-

de Myst. c. 1.

c. 2.

Sæculum IV. A. C. 387.

ticus apud piscinam. Egredientes e fonte Baptismi ungebantur in capite, lavabantur eorum pedes, & albis vestibus induebantur. Tum Sigillum, & pignus Spiritus S. accipiebant, cum expressione septem donorum, id est, Sacramentum Confirmationis. Inde progrediebantur versus Altare, dicentes, quod hodieque nos dicimus, dum ad illud accedimus: *Introibo ad altare Domini, ad Deum qui lætificat juventutem meam.* Altare autem præparatum inveniebant, & prima vice Sancto Sacrificio assistebant.

c. 6.
c. 7.
c. 8.
Ps. 41. 4.

Hic S. Ambrosius Neo-baptizatis antiquas Evchariſtiæ figuras exponit, nempe Sacrificium Melchisedech, (*) manna, aquam ex petra. Et subjungit: *Dicetis forte: aliud video! quomodo mihi affirmas, quod corpus JEsu Christi accipiam? probemus non esse id, quod natura formavit, sed quod Benedictio consecravit,*

c. 9.

(*) Mein Ueberſetzer! hier verlange ich von ihm eine lutheriſche aber auch mit der Vernunft übereinſtimmende Auslegung. Wie hat der heil. Ambroſius das Opfer Melchiſedechs, das iſt Brod, und Wein als eine Figur des Abendmahls im neuen Teſtament anziehen können, wenn im Abendmahle auch nichts anders enthalten iſt, als Brod, und Wein? ſo wäre ja figura, und figuratum, ein Ding, und in keinem weſentlichen Stücke unterſchieden? Das iſt die erſte Frage.

cravit, & Benedictionem natura fortiorem esse, cum ipsam naturam immutet (*). Deinde affert exemplum Virgæ Moysis in serpentem mutatæ, & plura alia miracula, subjungitque: *Si Benedictionis hominum tanta fuit potentia, ut naturam mutaret, quid dicemus de Consecratione divina, ubi ipsa verba Salvatoris operantur? An Verbum JEsu Christi, qui ex nihilo creare potuit, quod non erat, id, quod est aliquid, in aliud, quod prius non fuerat, mutare non poterit?* (**) Dicit, populum ad verba consecrationis respondere; Amen! ex quo probatur, illa alta voce fuisse pronuntiata. Tandem novis Fidelibus Mysteriorum non revelanda arcana mandat. (***)

Sæculum IV. A. C. 387.

(*) Hier frage ich ihn, ob der heil. Ambrosius die Transsubstantiation nicht klar genug lehre? Das ist die zweyte Frage.

(**) Hier verlange ich, wenn es keine Transsubstantiation giebt, und der wahre Leib JEsu Christi nicht wesentlich dargestellet wird; daß er solle bestimmen, was denn dasjenige sey, was die unendliche Allmacht GOttes dabey zu thun hat? Das ist die dritte Frage?

(***) Nun stille! da kömmt in einer Anmerkung die Antwort auf meine 3. Fragen, auf der 507. Seite. Er schicket aber gleichsam zum Vortrapp

Sæculum IV.
A. C. 387.

§. LV.

S. Cyrilli Catecheſes.

Quinque Catecheſes Myſtagogicæ S. Cyrilli Jeroſolymitani huic S. Ambroſii

---

trapp eine grobe Lüge voraus, und ſaget: Der römiſche Pabſt Innocentius hat aus dem heil. Abendmahl, aus dem Brodt, und Wein zwey beſondere Sacramente gemacht. Epiſt. 1. ad Decret. c. 5. Es ſoll heiſſen ad Decentium Eugubinum. Riſum teneatis Amici!

Hier antwortet er auf die vorgelegte Fragen: Was hier im Beſchluß des S. die Worte *Ambroſii*, deren er ſich vom heil. Abendmahl bedienet hat, betrift, ſo müſſen ſie ohnſtreitig ſo verſtanden werden, als man zu ſeiner Zeit in der Kirchen gelehret, und geglaubet hat; denn ſonſt würde er unter die Ketzer gehören, und ſein Vortrag eine Ketzerey ſeyn. Nun iſt aber offenbar, daß man in dem 4ten Jahrhundert von der Verwandelung des Brodtes .... nichts gewußt. Da haben wir die Antwort. Der heil. Ambroſius lehret die Gegenwart Chriſti im heil. Sacrament ſo klar, daß es klärer nicht hätte geſchehen können. Der Proteſtant giebet zur Antwort; Ambroſius wäre ein Ketzer geweſen, wenn er zu ſeiner Zeit ſo gelehret hätte. Gut! daß er niemandes Zeugniß aufzuweiſen hat, der den heil. Ambroſius für einen Ketzer gehalten hätte. Was bringet er aber für eine Probe, daß man in dieſem Jahrhundert die Transſubſtan-

brosii libro plene conformes sunt, & eandem traditionem tam in Oriente, quam in Occidente circa administrationem Sacramentorum fuisse receptam. At Catecheses S. Cyrilli aliquot annis antiquio- Sæculum IV. A. C. 387.

substantiation nicht gelehret habe? Er machet sich breit mit einem Text des heil. Chrysostomus in dem Schreiben ad Cæsarium, und will solchen dem heil. Ambrosius entgegen setzen: *Panis, antequam sanctificatur, panis nominatur, divina autem illum sanctificante Gratia, mediante Sacerdote, liberatur quidem ab Appellatione panis, dignus autem habetur Dominici Corporis appellatione, etsi Natura panis in ipso permansit, & non duo corpora, sed unum Filii corpus prædicatur.* Diese Stelle habe ich schon in meinen Gegenanmerkungen erläutert. Man findet sie auch ausgeleget von den catholischen Gottesgelehrten, als in der Theologia Historico Dogmatico Scholastica, und in des Cardinal Gotti Buch de vera JEsu Christi Ecclesia. De Evchariſtia Artic. XII. Aus andern Stellen, sonderlich aus der 24. Homilia des heil. Chrysostomus erhellet, daß er eben dieses geglaubet, was der heil. Ambrosius. Es haben die heil. Vätter zuweilen gesaget, quod Natura remaneat. Nämlich dasjenige, was der Gegenstand der menschlichen Sinnen ist, das ist, die Gestalten. Endlich hat der Protestant das Siegel seines Fleißes, und Aufrichtigkeit dieser Anmerkung beygedrucket, und die Worte: Tandem novis Fidelibus &c. &c. gar ausgelassen. Unzählige Fehler melde ich nicht.

Sæculum IV. A. C. 387.

res sunt. Itaque in prima Catechesi, quæ dicuntur Mystagogicæ, id est, introductiones ad Mysteria, in hunc modum loquitur: *Primo aditu in vestibulo baptisterii intrastis, & cum staretis, ad Occidentem conversi, vobis mandatum est, ut manum extenderetis, & sic Satanæ tanquam præsenti renuntiastis.* Et deinde: *Quare ad Occidentem respexistis? Quia Occidens est Symbolum tenebrarum, quarum Diabolus Princeps est.* Quibus renuntiaverint, dum rejecerunt opera Satanæ, explicat, nempe peccatis; hæc sunt enim opera ejus; pompis ejus, nempe Theatri, Circi, aliisque spectaculis; cultui ejus, id est, non solum Idololatriæ, sed omnibus superstitionibus, incantationibus, Dæmonis auxilio, carminibus, divinationibus. Tunc ponit professionem fidei, & prosequitur: *Hæc omnia extra Ecclesiam facta; deinde Sancta Sanctorum ingressi estis; id est Baptisterium. Illico tunicam deposuistis, in signum, quod veterem hominem exueritis; oleo, per exorcismum consecrato, uncti estis a vertice capitis usque deorsum.* Hic loquitur de oleo Catechumenorum, quos Græci hodieque toto corpore ungunt. His subjungit S. Cyrillus: *Ad sacrum Baptismi balneum deducti estis, & singuli vestrum interrogati, an credant in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Professionem

p. 227.

p. 228.

Catech. 2. p. 231.

Euchol. fol. 63. p. 232.

nem fidei ad salutem necessariam emisistis, Sæculum IV.
ter aquæ fuistis immersi, ut tres dies, qui- A. C. 387.
bus Salvator in sepulchro fuit, significa-
rentur. In tertia Catechesi unctionem post baptismum, seu Confirmationem explicat; *JEsus Christus,* inquit: *Jordanis aquis per suum Baptismum sanctificatis, exiit, & Spiritus S. sensibiliter super eum sedit; ita & vos, ex sacro Balneo egressi, unctionem accepistis, quæ unctionis JEsu Christi imago est. Primo* p. 235.
in fronte uncti estis, deinde in auribus,
in naribus, & in pectore. Harum omnium unctionum, quas Græci adhucdum *Euchol.* *fol.* 64.
observant, rationem reddit.

S. Cyrillus in Catechesi quarta Sacramentum Evchariſtiæ explicat. Primo hujus Sacramenti institutionem enarrat ex S. Pauli verbis. Quibus addit: *Cum* 1. *Cor.* 11. 23.
ergo ipse dixerit, de pane loquens: Hoc p. 237.
est corpus meum! quis hac de re dubitare
audebit? Cum etiam dixerit: Hic est
sanguis meus! quis unquam effronter di-
cere non erubescet, non esse ejus sangui-
nem? (*) *olim aquam in vinum in Cana*
Galilææ sola sua voluntate mutavit; &
aliquis sanæ mentis credere recuset, ipsum
mutasse vinum in sanguinem? Evchari-
stiam ergo accipiamus, tanquam JEsu
Christi

(*) Hoc Interpres noster, qui ænea fronte est, sibi dictum a S. Cyrillo putet.

Sæculum IV. A. C. 387. *Christi Corpus, & Sanguinem cum plenissima fiducia. Nam sub figura panis corpus vobis datur, & sanguis sub figura vini, ut corporis, & sanguinis JEsu Christi participes, unum cum eo corpus, & unus sanguis efficiamini.* Et inferius: *Non te fallant sensus, nec gustu judices, sed fide, & absque ulla dubitatione persuasum tibi habeas, quod dignus sis, ut corpus, & sanguinem JEsu Christi accipias!* Et iterum: *Certissime teneas, id, quod panis videtur, panem non esse, quamvis ita gustus putet, sed corpus JEsu Christi, & quod vinum tibi videtur, vinum non esse, quamvis vinum esse gustus æstimet, sed JEsu Christi sanguinem.* (*) Initio quintæ Catecheseos tria Sacramenta distincte ex-

p. 238.

S. Cyrillus de Eucharistia.

(*) Quæ vel solus S. Cyrillus de Reali Præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia scripsit sufficiunt ad convincendum hominem nullis præjudiciis occupatum.

Unser Protestant, welcher hier die Worte: Certissime teneas, id quod panis &c. ausgelassen, und in die Worte: Vinum non esse, das Wörtlein, ist nicht mehr gemeiner Wein, eingerücket, widerleget hier in einer Anmerkung den heil. Cyrillus. Er saget erstlich: Die Wahrheit (nämlich die lutherische) kann deswegen doch gerettet werden. Denn obgleich *Cyrillus* vom heil. Abendmahl als von einem Opfer redet, so saget er doch, daß es ein geistliches und unbegreif-

exprimit, dicens: *De Baptismo, unctione, & receptione Corporis, & Sanguinis JEsu Christi* Sæculum IV. A. C. 387.

begreiffliches Opfer (Sacrificium spirituale, & incruentum) sey, welches einem Lehrer der römischen Kirche gar nicht zu statten kommen kann.

Was für einen Begriff muß doch dieser Mensch von der Lehre der Catholicken haben. Man siehet wohl, daß die Gottesgelehrtheit bey ihm niemal das Quartier genommen. Ferner weil er seine Lehre in der deutschen Sprache nicht mehr fortzubringen weiß, so fänget er Griechisch an, und will den heil. Cyrillus besser verdeutschen als die Alten. Ich frage ihn aber, wenn der heil. Cyrillus, und die andern heil. Väter für die Lehre der Catholicken nichts erweisen, warum hat er sie, sonderlich in dem Stücke des heil. Abendmahls, so schändlich verfälschet? nämlich damit er von seinen Glaubensbrüdern nicht gar versteiniget würde. Er schwätzet noch etwas: Der Begriff, den das Wort *Transsubstantiatio* in sich fasset, ist der ganzen abendländischen, sonderlich aber der morgenländischen Kirche, unbekannt gewesen; welches unter andern daraus zu ersehen, da es bey dieser letzten üblich gewesen, daß die Ueberreste von den *Elementis panis, & vini* ins Feuer geworfen worden, hätten sie nun eine solche μεταβολην geglaubet, die das barbarische Wort *Transsubstantiatio* ausdrücket, so würden sie sich einer eben so grossen Sünde theilhaftig gemachet haben,

Sæculum IV. A. C. 387.

Christi sufficienter locuti sumus. Deinde omnes S. Sacrificii cæremonias explicat. Diaconus aquam manibus lavandis affundit Episcopo, & Presbyteris, qui altare circumdant, & illa Psalmi 25. verba applicantur: *Lavabo inter innocentes manus meas.* Et cœtera. Diaconus clamat: *Alter alterum complectamur!* & datur osculum pacis. Celebrans dicit: *Sursum corda!* & reliqua de Præfatione, sicut & hodie dicimus. Petit a Deo, ut sibi

Psal. 25. 26.

p. 240.

---

haben, als die Juden, da sie JEsum gecreuziget. Das ist sehr einfältig hingeschmieret. Wir glauben wie die ersten Christen, daß Christi Fleisch und Blut wesentlich im heil. Sacrament zugegen sind, und dennoch wenn etwas vom heil. Blut vergossen wird, ist uns vorgeschrieben, dasjenige was nicht kann genossen werden, zu verbrennen. Endlich saget er: Ueberhaupt kann es einem Lehrer der römischen Kirche kein rechter Ernst seyn sich dieser Stelle *Cyrilli* zu bedienen. Warum nicht? Der heil. Cyrillus hat gezeiget, daß man zu seiner Zeit den Christen das gesegnete Brodt, und den Kelch gereichet, aber nicht das Brodt allein. Ergo kann man aus dem heil. Cyrillus die Transsubstantiation nicht erweisen. Wie reimet sich dieses? Jetzt verweiset er seine Leser an den Herrn D. Deyling. Wenn er diese angeführte Einwürfe aus dem Herrn D. Deyling herausgezogen, so verstehen sie beyde die Lehre des heil. Abendmahls von Herzen schlecht.

sibi placeat Spiritum S. super hæc dona præsentia mittere, qui panem in JEsu Christi corpus, & vinum in sanguinem ejus convertat. Postquam Sacrificium hoc spirituale, & incruentum completum est, oratur pro pace totius Ecclesiæ, pro mundi tranquillitate, pro Regibus, pro militibus, & omnibus, quibus auxilium necessarium est. Fit memoria Defunctorum, primo Sanctorum, ut per ipsorum preces Deus nostras exaudiat; deinde oratur pro omnibus aliis, & preces, quæ tremendum Sacrificium comitantur, animabus eorum magnum auxilium afferre creduntur. Dicitur oratio Dominica, & populus respondet: *Amen!* Sacerdos dicit: *Sancta Sanctis!* Et itur ad Communionem. *Dum accedis*, inquit S. Cyrillus: *non extendas manus, nec digitum a digito distrahas, sed manum sinistram dextræ suppone, ut eam sustentet, quia manu tua Regum omnium maximum accepturus es; & in ejus concavo corpus JEsu Christi excipe, dicens: Amen! sanctifica oculos tuos, hoc sanctum corpus manu tenens, communica, & cave, ne quidquam decidat. Si pulveres aureos manu teneres, quam sollicite custodires? hoc autem multo pretiosius auro, & gemmis est; summa ergo cura attende, ne minima particula pereat! postquam corpus JEsu Chri-*

Sæculum IV. A. C. 387.

p. 241.

p. 242.

p. 245.

sti

Sæculum IV. A. C. 387.

sti sumpseris, etiam ad Calicem accede, nec manus extendas, sed inclina te, tanquam adoraturus, dicens: Amen! & communione sanguinis JEsu Christi sanctifica te! dumque adhuc labia tua sacro sanguine humida sunt, ea manu tange, ut frontem tuam, oculos tuos, & alia sensuum organa consecres. Has traditiones puras retinete, & nunquam per peccata vestra sanctis Mysteriis vos ipsos private!

§. LVI.

S. Monicæ obitus.

IX. Conf. c. 6 Sanctus Augustinus, accepto Baptismo, cum secum perpenderet, quo in loco utilius Deo esset serviturus, statuit cum Matre, filio, fratre, & juvene, cui nomen Evodius, in Africam redire. Evodius eadem urbe Tagaste natus, cum esset Imperatoris Procurator, ad fidem se convertit ante S. Augustinum, & munus
c. 10. dimisit, ut Deo serviret. Ubi omnes simul Ostiam pervenerunt, longo itinere fatigati, aliquot diebus quieverunt, & omnia ad navigationem parabant. Quadam die S. Augustinus, & S. Monica, Mater ejus, fenestræ innixi, qua in hortum domesticum prospiciebatur, suavissime colloquebantur, præteritorum omnium obliti, & mente in ea, quæ futura sunt defixa. Qualis vita Sanctorum æterna esset,

Sæculum IV. A. C. 387.

esset, meditabantur, jamque super omnem sensuum voluptatem elevati, per gradus omnia corpora sublimia, cælum etiam, & astra cogitationibus percurrebant; inde ad animas elati, & omnes Creaturas spirituales prætergressi, ad Sapientiam æternam ascenderunt, per quam omnia cœtera facta, & quæ sola semper sine temporis volubilitate existit; hanc igitur supremam mentem per brevissimum instans intellectus sui acie assecuti, cum suspirio ad vocis humanæ, & verborum transeuntium strepitum revolvuntur. Tunc S. Monica ait: *Fili mi! quantum ad me pertinet, nihil in hac vita est, quod delectet. Nescio, quid tamdiu hic faciam, aut quare hic sim! unica causa, propter quam vivere optabam, erat, ut te, antequam migrarem, bonum Christianum Catholicum scirem; vota excessit Deus, & te, spretis bonis terrestribus, totum Deo dicatum video.*

c. 11. Post quinque circiter dies in febrim incidit. In hoc morbo quadam die animi deliquium passa, ubi mens rediit, S. Augustinum, & fratrem ejus Navigium intuita, dixit: *Ubi eram?* & videns eorum mœrorem, adjunxit: *Hic sepelietis matrem vestram.* Navigius optare se dicebat, ut Mater in patria diem obiret; sed eum, vultu ad severitatem composito, aspiciens, ad S. Augustinum ait:

S. Monica.

Sæculum IV. A. C. 387.

ait: *vides, quid dicat?* tunc ad utrumque: *ponite corpus hoc, ubi libuerit, nulla de loco vobis cura sit, hoc solum vos rogo, ut mei ad altare Domini, ubicunque sitis, memineritis.* Obiit die nona, ex quo ægrotaret, anno ætatis suæ quinquagesimo sexto, & S. Augustini 33. id est, eodem, quo baptizatus est anno 387.

c. 12. Mox ut exspiraverat, S. Augustinus exanimi oculos clausit; Adeodatum nepotem flentem pueriliter, & ejulantem, omnes adstantes cohibuerunt, quod nulla in tali morte plangendi causa esset. S. Augustinus lacrymas, ne invito erumperent, tunc quidem fortiter repressit. Evodius, sumpto Psalterio, canere cœpit psalmum centesimum: *Misericordiam, & judicium cantabo.* Domestici omnes respondebant; moxque piorum hominum concursus fuit. Elatum est corpus, oblatum pro defuncta Redemptionis nostræ Sacrificium. (*) Apud sepulchrum præsente corpore, antequam deponeretur, pro consuetudine peractæ præces. S. Augustinus durante tota cæremonia lacrymas tenuit, sed nocte, ut dolorem mitigaret, in fletus solutus

c. 13. est.

(*) Die Worte: *oblatum pro Defuncta Redemptionis nostræ Sacrificium.* hat der unverschämte Uebersetzer auf seiner 511. Seite ausgelassen. Ein auserlesener Beweis für die Lutherische Lehre!

est. Pro Matre sua oravit, sicut & diu post hæc faciebat, dum in libro suarum Confessionum omnes hujus fati circumstantias descripsit, rogatque lectores, ut ad aram Matris suæ Monicæ, & Patricii patris sui memores sint. Sæculum IV. A. C. 387.

§. LVII.

Altera S. Ambrosii ad Maximum Legatio.

Quamvis Imperatrix Justina S. Ambrosium ferociter fuisset persecuta, nihilominus virum rogare ausa est, ut secundo ad Imperatorem Maximum se conferret, quam etiam legationem S. Episcopus, injuriarum immemor, in se suscepit. Legationis causa erat, ut Gratiani Imperatoris corpus peteret, & pacis confirmationem; nam non immerito timebatur, ne angustæ nimis Galliæ Maximi ambitionem satiare non possent, & in Italiam moveret, exuturus Imperio Valentinianum. Ubi S. Ambrosius Treviris fuit, Maximus Episcopum ad alloquium admittere recusavit, nisi publice in suo Prætorio, quamvis illuc accedere Episcopi non solerent. S. Ambrosius maluit sustinere, aliquid Dignitati suæ detrahi, quam ut Legati munere male functus diceretur. Ergo Prætorium ingressus, invenit Maximum sedentem, qui surrexit, ut venientem osculo salutaret; ipse inter Consi-

de ob. Valent. n. 28.

ep. 24.

Sæculum IV. A C. 387.

liarios subſtitit; illi monere, thronum Imperatoris conſcenderet; ipſe Imperator ad ſe vocabat; S. Ambroſius reſpondit: *quare oſculari vis virum, quem Epiſcopum non agnoſcis? ſi enim agnoſceres, non in hunc locum venire juſſiſſes.* Poſt mutuos ſermones Maximus, ira abreptus, cum Ambroſio jurgari cœpit, quod ſe luſiſſet, & in Italiam properantem, tunc cum nemo potuiſſet reſiſtere, moratus fuiſſet. S. Ambroſius leniter reſpondit; *ideo veni, ut ab hac accuſatione me purgarem; quamvis id ipſum gloriæ mihi ducendum exiſtimem, ſi ideo accuſor, quod puerum, & Orphanum ab interitu liberaverim. Ubi vero me tuis Legionibus oppoſui, quo minus eas in Italiam effunderes? an aditus alpium corpore meo occluſi? aut quomodo te decipere potui? cum diceres, velle te, ut Valentinianus ad te veniret; reſpondi, vix notam crudelitatis fugiturum, qui infantem cum Matre ſua ſummo byemis rigore iter per alpes facere cogeret, aut vellet, Matris auxilio privatum longiſſimæ viæ periculis exponi.* Tandem peremptum Gratianum objecit, petiitque, ut ſaltem occiſi corpus redderet. Poſt quædam alia Maximus dixit, ſe ſuper his deliberaturum, & S. Ambroſius, n. 9. antequam recederet, declaravit, nolle ſibi cum eo communionem Eccleſiaſticam intercedere, monuitque, ut pœnitentiam

tentiam ageret Parricida Imperatoris, Domini sui, & innocentis! ab eorum quoque Episcoporum communione abstinuit, qui cum Maximo communicabant, vel Priscillianistas ad mortem persequebantur. Maximus his omnibus irritatus, Ambrosium sine mora abire jubet, qui lubenti animo iter ingressus est, quamvis Imperator ei malum fuisset comminatus, & plurimi crederent, ipsum in certissimum vitæ discrimen ruere. Discedentem, & de sua fortuna minime sollicitum, aliena ærumna ad commiserationem movit, quod videret in exilium devehi Episcopum senem, nomine Hyginum, tanta vi morbi pressum, ut jam jam cum morte conflictaretur. S. Ambrosius amicos Maximi sollicitabat, ut saltem vestimentum, & lectus plumarius moribundo concederetur; sed frustra, nam & ipse e conspectu abire jussus. In via ad Imperatorem Valentinianum litteras dedit, ut legationis rationem redderet, timens, ne essent, qui calumniosa delatione animum Cæsaris occuparent. Ultima epistolæ verba hæc sunt: *cave tibi a viro, qui pacis specie bellum tegit, & parat.*

Sæculum IV. A. C 387.

Sup. n. 29.

de ob. Valent. n. 39.

ep. 24. n. 1.

Nemo mirabitur, si S. Ambrosius cum illis communicare noluerit, qui hæreticorum sanguinem exposcebant, si quis perpendat, quantum Ecclesia etiam aliorum facinorosorum hominum effundere

Sæculum IV. A. C. 387

S. Ambrosius. *ep.* 25. *Rom.* 13,42.

sanguinem horruerit. Judex aliquis, cui nomen Studius, circa id tempus a S. Ambrosio consilium expetiit, hac super quæstione, an liceat quemquam ad mortem condemnare. S. Ambrosius laudat Studii pietatem, & statim pronuntiat, id licere, cum S. Paulus dicat, Judicem non frustra gladium gerere. Fatetur deinde, a quibusdam a Communione Sacramentorum excludi illos, qui sententiam mortis in hominem tulissent; sed adjungit, qui ita sentirent, extra Ecclesiam esse. Hi Novatiani fuisse creduntur. Dicit plerosque judices in dicto casu ultro a Communione abstinere, hosque sibi maxima laude dignos videri. *Si ad communionem accedis*, inquit: *excusari, si accedere non audes, laudari debes. Multi Gentiles summam laudem meritos se arbitrati sunt, quod tempore sui Magistratus fasces non cruentaverint; si hæc inter Gentiles laudabile, quid Christianos facere oportet?* Tum adducit exemplum JEsu Christi, mulierem adulteram absolventis, & causam reis ignoscendi affert sequentem; spem emendationis esse posse; si baptismo abluatur reus, crimen elui Sacramento; si baptizatus jam sit, forte pœnitentiam acturum, & corpus suum JEsu Christo in satisfactionem oblaturum. Nempe tunc temporis tantus erat pœnitentiarum canonicarum rigor, ut gravis supplicii vices

ces supplere posset. *Patres nostri*, inquit: *judicibus indulserunt, ne si eis communionem subtraherent, impiorum hominum defensionem suscipere, & sceleribus impunitatem præstare viderentur.* Sæculum IV. A. C. 387.

Eandem quæstionem in alia epistola tractat, & dicit, hanc præfervide in utramque partem moveri, ex quo aliqui Episcopi in publico judicio delinquentes usque ad ultimum supplicium persecuti fuissent, atque id factum aliis fuisse probatum. *Quando occiditur peccator*, inquit: *homo magis, quam crimen tollitur, si vero persuaseris, ut peccatum deserat, servatur homo, & crimen destruitur.* Alibi quoque consuetudinem pro reis mortis intercedendi commendat, eisque vitam conservandi; *si tamen*, inquit: *hoc sine tumultu fieri possit, ne ostentatione potius, quam charitate moveri videamur, aut, dum minora mala sublata volumus, majora committamus.* Hæc ideo dicit, quod non nunquam vitam damnatis servandi imprudens ardor, seditionibus occasionem dedisset.

ep. 26. n. 3.

n. 20.

in Psalm. 118.

Serm. 8. n. 41. in Offic. c. 21.

Lib. 15. 16. C. Theod. de pœn.

§. LVIII.

S. Martinus Maximi mensæ assidet.

Circa idem tempus S. Martinus Trevi-ris agebat. Et ipse ægerrime induci potuit, ut cum Maximo communicaret, unde colligitur, id sapienter S. Ambrosium

Sev. Sulp. vit. n. 23.

Sæculum IV. A. C. 387.

reculatic, cum ſubditus ejus, ſicut Epiſcopi Galliæ, non eſſet. Non nulli Epiſcopi ex diverſis Provinciis in aula Maximi verſabantur, ſerviliter adulantes; at S. Martinus in omnibus auctoritatem Apoſtolicam retinuit. Ad aulam venerat pro quibusdam miſeris hominibus ſupplicaturus; invitatus, ut ad menſam Imperatoris accumberet, diu facere renuit, dicens, non poſſe ſibi menſam communem eſſe cum eo, qui uni Imperatori Imperium, alteri vitam abſtuliſſet. Maximus aſſeverabat, ſe quidem non ſua voluntate purpuram ſibi rapuiſſe, ſed a militibus compulſum. Armorum ſuorum ſucceſſum, qui omnem ſpem ſuperaſſet, & inexſpectatam victoriam, ſigna haud ambigua videri, Imperium ſibi a Deo fatis deſtinatum; neminem vero inimicorum ſuorum, niſi in acie ſtantem, fuiſſe oppreſſum. S. Martinus, ſive argumentis, ſive precibus vinci ſe paſſus condixit, ingensque Cæſari gaudium dedit, qui ad illud convivium, tanquam ſingularem Solemnitatem, viros aulæ ſuæ præcipuos, fratrem, Patruum, ambos Comitis Dignitate fulgentes, & Evodium, Prætorio Præfectum, convocavit. Quidam Presbyter, S. Martini ſocius, honoratiori loco inter duos Comites eodem in lecto collocatus eſt; S. Martinus in ſellula penes Imperatorem conſedit. Sub menſam, ut

ut mos erat, pincerna poculum Maximo tradidit, qui illud prius S. Martino dari innuit, haud dubius, quin illud deinde ex ejus manu primus omnium esset accepturus; cum vero S. Episcopus bibisset, poculum Presbytero suo, tanquam omnium præsentium dignissimo, propinavit. Imperatori, omnibusque accumbentibus placuit rara simplicitas; omnium in Curia ore factum laudabatur, dicebaturque Martinus assidente Imperatore feciſſe, quod Episcoporum nullus in præsentia minorum gentium Judicis auderet. S. Episcopus Maximo prædixit, si in Italia, ut mens erat, Valentiniano bellum inferret, primo quidem Victorem fore, at paulo post periturum. Maximus in Palatium sæpius vocato familiariter colloquebatur; omnium autem sermonum materia erat vita præsens, futura, & æterna Sanctorum gloria. Sæculum IV A. C. 387. *Sev. Sulp. Dialog. 2. n. 7.*

Imperatrix, dies noctesque S. Episcopi sermones auscultans, ante ejus pedes in terra sedebat, nec avelli poterat. Cum suo nomine S. viro convivium parare cuperet, Maritum rogavit, ut id sibi liceret, atque Imperatore uxoris precibus suas jungente, Martinus recusare non potuit. Hæc quidem non sine magna animi repugnatione admisit, nunquam enim fæminam propius ad se accedere patiebatur, sed, in Regia deprehenso, tota sua

Sæculum IV. A. C. 387.

libertate uti non expediebat; quippe in aulam advenerat liberandis captivis, exulibus revocandis, bonorum suorum usu privatis, quæ fisco adscripta fuerant, gratiam impetraturus. Imperatricis magnam fidem mirabatur; concedere hoc poterat; quin maledicentiæ pateret, utpote vir tunc temporis annum ætatis septuagesimum agens. Imperatrix quidem non simul cibos capienti assedit, satis ei fuit, famulæ vices subire. Ipsa sellam admovit, mensam instruxit, aquam manus lavanti affudit, cibos, manibus suis coctos, apposuit. Martino manducante, remotius stabat, immota, modestia ancillæ speciem præbens. Potum quoque propinavit, & post parcissimam refectionem, panis ejus reliquias, & minimas etiam micas sollicite asservavit.

§. LIX.

S. Martinus cum Ithacianis communicat.

Sev. Sulp. Dialog. 3. n. 15.

Sanctus Martinus, sicut & S. Ambrosius, cum Ithacio non communicabat, nec cum Episcopis, qui cum illo communicantes, eodem se odio oneraverant. Hos Episcopos Maximus tuebatur, ejusque auctoritas oberat, ne quis eos condemnare auderet; unicus Episcopus, nomine Theognostus, publice contra eos sententiam pronuntiavit. Cum iidem Episco-

pi

pi Ithaciani Treviris essent congregati, Episcopum electuri, ab Imperatore obtinuerunt, ut Tribunos cum summa potestate in Hispaniam mitteret, qui in hæreticos inquirerent, eisque & bona, & vitam adimerent. Nemo sane dubitabat, multos Catholicos in hac persecutione involvendos, quippe illa tempestate hæretici judicabantur ex conspectu, ex pallore vultus, ex vestitu potius, quam ex accurato fidei examine. Impetrato hoc mandato, die altera comperiunt, quod omnino non exspectassent, S. Martinum Treviros propediem adventurum. Sæpius vir Sanctus urgente charitate proximi illuc profectus est. Hujus viri adventu illi Episcopi vehementer turbati, quod scirent, ea, quæ modo feciissent, ipsi minime probari. Ad capiendum in re subita consilium cum ipso Imperatore coierunt, ubi decretum, ut aulici S. Martino obviam mitterentur, qui jussu Imperatoris prohiberent, latum unguem propius ad urbem progredi, nisi prius promitteret, se Episcopis ibi præsentibus pacem daturum. Hæc dicentes S. Martinus solerter elusit, respondens, se cum JEsu Christi pace venturum. Sæculum IV. A. C. 387.

Noctu urbem ingressus, in Ecclesiam se contulit, ut oraret; altera die ad Regiam ivit. Publica adventus sui causa erat, ut pro Comite Narsete, & Præfecto Leuca-

Sæculum IV. A. C. 387

S. Martinus.

Leucadio, qui Gratiani partibus devoti, Maximi iracundiam provocaverant, vitæ gratiam supplex peteret; id vero maxime viro Sancto cordi erat, efficere, ne Tribuni in Hispaniam mitterentur, vitæ, necisque arbitri; atque sinceriſſima ejus charitas non modo Catholicis timebat, hac occasione periclitaturis, sed hæreticis etiam, quibus vitam conservare avebat. Supplicantem Imperator exspectatione suspendit; sive ut ipsa mora gratiæ, quæ petebatur, pretium accederet, sive quia inimicis suis ignoscere grave erat, aut avaritia, qua bonis damnatorum inhiabat, retinebatur. Interim Episcopi, cum S. Martinus eorum Communione abstineret, Imperatorem adeunt, dicentes, actum de sua auctoritate, si Theognosti obstinatio Martini, viri in opinione Fidelium potentissimi, suffragio fulciretur. Hunc virum ab urbis ingressu fuisse arcendum; nihil profuturum, quod Priscillianus fuisset occisus, si Martinus, id injuria factum, populis persuaderet. Denique prostrati ad Cæsaris pedes obtestabantur, ut Martini conatus sua potentia reprimeret.

Quamvis Maximus in hos Episcopos esset propensissimus, tamen Martino, celebratæ Sanctitatis viro, vim inferre noluit. Secreto ad se vocatum, leniter affatus memorat, hæreticos ad mortem damna-

damnatos justa Judicum sententia magis, quam Episcoporum persecutione; non esse causam, cur Ithacium, & socios ejus a sua Communione excluderet; solum Theognostum, non ratione sed odio impulsum, se ab iis separasse; in Concilio, paucos ante dies acto, Ithacium innocentem fuisse declaratum. Cum S. Martinus his omnibus non moveretur, iratus Imperator, eo relicto, illico Ministros misit, qui illos interficerent, quibus ut vitam impetraret, Martinus supplex aderat. Hæc viro Sancto ingruentibus jam noctis tenebris non nemo nuntiavit; tunc vero ad Regiam properat, cum illis Episcopis se communicaturum promittit, si damnatis venia concedatur, atque Tribuni, in Hispaniam missi, redire juberentur. Statim Maximus in omnia, quæ petebat, consensit. Sæculum IV. A.C. 387.

Dies altera ordinationi Episcopi Felicis ab Ithacianis erat destinata; hac igitur S. Martinus cum eis communicavit, satius esse ratus, si ad breve tempus flecteretur, quam carnificis gladium a miserorum jugulis, cum posset, non removeret. Quamvis autem Episcopi omnem conatum impenderent, ut his actis in communionis signum subscriberet, id obtinere non potuerunt. Sequenti die celeriter Treviris egressus, per viam lamentabatur, quod vel una die impiorum commu-

Sæculum IV. A. C. 387.

communioni interfuiſſet. In oppido, quod tunc Andethauna, hodie Echternacum dicitur in Ducatu Luceburgenſi, duobus milliariis Treviris diſſito, paulisper in Sylvis moratus, ſocios præcedere ſinebat. Ibi culpam, quam ipſi conſcientia objiciebat, perpendenti, apparuit Angelus, dicens: *juſta eſt tibi pœnitentiæ cauſa, ſed alia via non patuit, qua te peccandi periculo expedires. Reſume animum, ne tua ſalute pericliteris!* Exinde illius factionis communionem ſollicite ſemper vitavit, & ſedecim, quibus ſupervixit, annis, nulli Concilio interfuit, omnes Epiſcoporum conventus fugiens. Hæc ita S. Severus Sulpitius narrat, & ſubjungit: *Cæterum, cum minorem Dei gratiam ſibi adeſſe ſentiret, quam antea, & difficilius Energumenos liberari, ſæpius cum lacrymis nobis fatebatur, experiri ſe, minus in Dæmones poſſe, ob illius communicationis infelicem culpam, quam breviſſimo tempore invitus admiſiſſet.* Felix, qui illa occaſione ordinatus eſt, Epiſcopus Trevirenſis, magnorum meritorum vir, & inter Sanctos relatus, fuiſſe creditur.

Martyr. Rom. 26. Mart.

HISTO-

HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XIX.

SIRICIUS, PAPA.
VALENTINIANUS II. THEODOSIUS, ET MAXIMUS, IMPERATORES.

§. I.

Seditio Antiochena.

Sæculum IV. A. C. 387.

Theodosius Imperator nova a subditis tributa exigebat, in bellorum, quæ sibi gerenda erant, sumptus, utque largitionibus militum amorem sibi conciliaret, decimo Regni sui anno ineunte, nempe anno 388, & filii sui Arcadii quinto exeunte. Hujusmodi exactiones in urbe Antiochena causa Seditionis fuere, quæ hoc anno 387. exorta creditur. Cum populus videret, eos, qui imperatum non darent, quæstioni admoveri, in furorem actus, in pictas Imperatoris imagines lapides

Theod. V. c. 20.

Sæculum IV. A. C. 387.

pides jacere, & ſtatuas, ære fuſas, nec ſolius Imperatoris, ſed etiam Patris ejus, liberorum, & Imperatricis Flaccillæ, ſeu Placillæ, quæ aliquanto ante hæc tempore e vivis abierat, proſternere cœpit. Hanc Principem omnigenæ virtutes, præſertim humilitas, & in pauperes charitas commendaverant, quos ſine comitatu in Noſocomiis, & privatis domibus inviſebat. Ægrotantibus in lectis eorum inſerviebat, juſcula, prius labiis Auguſtis delibata, propinabat, frangebat panem, potum ſitientibus præbebat, omnibus, quæ fidelem cuſtodem, & ancillam decent, fungebatur. Continuo Imperatorem monebat, ne priſtinæ ſortis immemor pro fortuna præſenti extolleretur; quippe eam duxerat, antequam in ſolium eveheretur. Talis fuit Flaccillæ Imperatricis vita.

Liban. in Eulebich. p. 526. 527.

Theod. V. 19.

Statuis Cæſareæ familiæ everſis, nec dum quievit populi Antiocheni inſania; ſed funibus alligatas, & per urbis compita raptas in fruſta diſcerpſere, incondito clamore cavillas, & ludibria adjicientes. Inſolentiæ auctores erant plerique pueri, advenæ, & populi fæx infima. Tanta autem fuit in tota urbe commotio, ut Magiſtratus nedum vim opponere, ſed ne quidem prodire in publicum auderent, ne fruſtra vitam ultimo periculo exponerent. At paulo poſt ingens conſter-

Soz. VII. c. 23. Zoſ. l. 4. p. 766. Chryſoſt. hom. 2. to. 1. p. 26.

Liban. ad Theod. p. 395. 396.

consternatio totius populi, Cæsaris iram præsentientis, secuta est. Multi urbe excedentes, in vicinia delitescere cupiebant, alii domi occultabantur, nemo prodire audebat, plateæ, fora ab hominibus deserta; nam judices in tumultus auctores inquirere cœperant, ad pœnam trahendos. Rumor varius in vulgus spargebatur; quantum Imperator irascereretur; jam omnium civium bona fisco addicenda; incolas, incensis domibus, flammis perdendos, urbem universam funditus evertendam, ita, ut ibi Antiochia stetisset, lolia crescerent. Nullum Antiochenis in tanto metu solatium nisi a Christianis venit, præsertim Episcopo ipsorum Flaviano, & Presbytero Joanne, ob cognomentum, Chrysostomus, seu os aureum celeberrimo; id enim nominis sequentia sæcula aureæ ejusdem eloquentiæ tribuerunt.

Sæculum IV. A. C. 387.

Chrys. ibid. p. 25.

hom. 17. p. 193.

Flavianus remittente tumultu, sine mora iter ingressus, ad Imperatorem se contulit; non eum gravis ætas, nec cœli intemperies, tempus enim erat quadragesimam præcedens, & hybernum, nec sororis suæ amor retardare potuit; hanc a multo tempore apud se habitantem, tunc cum morbo, imo cum morte colluctantem relinquebat. Ubi viæ se dedit, felicissima fuit profectio, favebat tempestas etiam hyemali tempore, atque

Chrys. hom. 20. p. 224. 225.

hom. 6. p. 28. c. 29.

Sæculum IV. A. C. 387. S. Episcopus celerius progrediebatur, quam illi, qui ipsa seditionis exortæ die profecti Antiochia fuerant, ut rem ad Regiam deferrent, nam quamvis Episcopum prævertissent, tot eis occurrerunt obstacula, ut, omissis equis, currus conscendere cogerentur.

§. II.

Homiliæ S. Chrysostomi ad populum Antiochenum.

hom. 2. Interim Joannes Presbyter populum solabatur suis orationibus, quas hodiedum numero viginti habemus; prima in Ecclesia, dicta Palæa, seu antiqua pronuntiata est. Dicit, se, ut exemplum amicorum Job sequeretur, septem diebus tacuisse; nempe antequam ad populum diceret, exspectavit, donec seditionis fervor intepuisset, & sedato essent animo.

hom. 1. p. 20. Tristem vastissimæ urbis pingit imaginem, & præsentis calamitatis causam assignat incuriam hominum blasphemorum impietatem reprimendi, quod, ut fecerent, ultima sua oratione hortatus fuerat. Hæc istis homiliis præposita visitur.

p. 28. Tum explicat S. Scripturæ textum, qui pro varietate officii legebatur. Illa die erant illa verba epistolæ primæ ad Timotheum: *Divitibus hujus Sæculi præcipe, non sublime sapere.* Ex quo colligimus, tunc quoque epistolarum S. Pauli lectionem

1. Timoth. 6. 17.

nem fuisse absolutam, illo ferme, quo hodiedum tempore. Sæculum IV A. C. 387.

In sequenti Homilia apparet, inceptum fuisse tempus quadragesimæ. Hortatur S. Chrysostomus ut hoc sacro tempore adversus tria præprimis vitia pugnarent, nempe odium, detractionem, & blasphemiam; nam in ista primum invectus, in viginti deinde homiliis cœptum opus prosequitur. Facile quis dispiciet, præsentem civitatis calamitatem plurimis ad hæc peccata occasioni fuisse. Prima Septimana Chrysostomus, qua singulis diebus peroravit, temerariis juramentis bellum indixit. Tum quam bonos fructus in populo Antiocheno producant afflictio, & timor, ostendit; *forum publicum*, inquit: *jam desertum est, dum Ecclesia vix populi multitudinem capit. Homines quæruntur in urbe, quæ in solitudinem mutata est; in Ecclesia populorum cunei condensantur; nemo non illuc confugit, ut quasi in securo portu tempestatem effugiat.* Quatriduo solatia tantum ingerebat, atque ad pœnitentiam, & patientiam hortabatur, adductis Jobi, trium in fornace puerorum, & Ninivitarum exemplis, quæ frequenter peccatoribus proponi solebant. Die quinta demum Genesin explanare cœpit, quæ a principio quadragesimæ legebatur. In Ecclesia Græca hæc lectio die lunæ primæ

Hom. 3. p. 52.

Hom. 4. p. 63.

ibid. p. 53.

Const. apost. Lib. II. c. 22.

Hom. 7. p. 39.

Sæculum IV. A. C. 387.

septimanæ ad officium nocturnum incipitur, qua die apud Græcos primo jejunatur. S. Joannes Chrysostomus hanc explicationem diebus sequentibus prosequitur, semperque ex ea tam solatii affectis Antiochenis, quam pœnitentiæ argumenta expromit.

Triodium Græc.

S. Chrysostomus in dicta explicatione abusum, qui jam tunc irrepserat, arguit, quod Christiani in solatium jejunii secuturi, antequam illud inchoarent, convivantes lautissimis, & plurimis epulis se ingurgitarent, atque jejunii tempore elapso, quasi jacturam reparaturi, commessationes restaurarent. In alio sermone aliquorum lætitiam reprehendit, qui si medium quadragesimæ tempus effluxisset, quasi reportata de hostibus victoria gaudebant, atque quorumdam tristitiam, quos futuri anni jejunium quadragesimale hoc anno reddebat sollicitos.

hom. 15. init.

hom. 18. init.

hom. 9. p. 107.

Ista infirmitas, inquit: *inde est, quod jejunium in sola privatione ciborum, non autem in morum nostrorum conversione consistere putemus.* Illorum quoque scrupulum damnat, qui, si jejuni non essent, Ecclesiam non adibant. *Forte*, inquit: *virium debilitas a jejunio te excusat, sed nunquid etiam ab obligatione audiendi verbum Dei te eximit? præterea ita sobrie Christianos refici oportet, ut etiam post mensam seriis applicare mentem valeant.*

leant. Hac oratione S. Chryſoſtomus perſuaſit auditoribus quod volebat, nam ſermone ſequenti laudat auditores, quod non jejunantes nihilominus poſt prandium in Eccleſiam venirent; quippe in quadrageſima ad veſperum concio habebatur, quam ſequebatur Sacrificium. (*) S. hic Concionator populi ſæpius applaudentis clamore non movebatur, ſolam quærebat animarum converſionem; non ei ſatis erat veritatem docuiſſe, ſed exacte inquirebat, an ſua dicta in audientium animis fructum peperiſſent, non ſecus, ac Medicus de ſtatu ſui ægroti ſollicitus eſt; hac ſola cura Chryſoſtomus occupabatur. Hinc in ſuis homiliis ſæpiſſime in conſuetudinem jurandi invehitur, nec ceſſare vult, donec populum ſuum ab hoc vitio ſanet. Ipſe quidem ſæpius contra ſpectaculorum licentiam declamaverat, ſed timor effecit, quod ejus Eloquentia non potuerat; ſponte omnes in hac communi trepidatione a ſpectaculis refugiebant, nec Chriſtiani ſolum, ſed & Gentiles relictis theatris, & Hippodromo ad Eccleſiam convolabant, Dei Laudes cantaturi. Omnium mores in dies emendabantur. Non jam abſcænæ cantilenæ, & excuſſi riſus in plateis, &

Sæculum IV. A. C. 387.

Homiliæ S. Chryſoſtomi.

hom. 9. init.

hom. 15. p. 169.

p. 170.

(*) *Quam ſequebatur Sacrificium.* Hæc verba Interpres Proteſtans imprudenter omiſit.

Sæculum IV. A. C. 387.

triviis, ſicut antea, reſonabant, his gemitus, preces, benedictiones ſucceſſerant. Clauſæ erant tabernæ, & tota civitas in Eccleſiam mutata videbatur.

§. III.

Judices ab Imperatore delegati.

Gothofr. Chr. Cod. Theod. Soz. VII. c. 23.

Interim Antiochenorum Seditio ad notiam Imperatoris adhucdum Conſtantinopoli agentis initio anni 387. devenit. Primum hos tumultus, ob curſorum tarditatem, publicus rumor ad aulam detulit; Imperator Theodoſius, in primo iracundiæ ardore, civitatem omnibus ſuis juribus privare ſtatuit, & Dignitatem urbis Metropolitanæ Syriæ, totiusque Orientis transferre Laodiceam jam dudum Antiochenæ potentiæ æmulam. Illico Antiochiam miſit Miniſtrorum duos, Hellebicum Militiæ, & Ceſarium officiorum Magiſtrum, qui diligenter in reos inquirerent, & aliis nocentiores punirent.

Chry. hom. 20. p. 227.

Hos, cum mediam viam confeciſſet, obvios habuit Flavianus, & comperto, quibus mandatis Antiochiam irent, lacrymarum torrentem effudit, precesque ad Deum geminavit, gregis ſui afflictionem prævidens. Judicum adventus totam urbem terrore implevit. Hanc omnibus privilegiis exutam declararunt, Theatri ſpectacula, & Hippodromi interdixerunt, claudi balnea juſſerunt, quod in calidis

Regio-

Regionibus haud levis pœna. Tum in reos inquirere cœperunt, maxime in Senatores, & Magistratus, quod seditionem non repressissent. Omnis populus, qui in urbe supererat, ad portam Palatii, quo novum Tribunal erexerant, conveniebat. Hic miseri cives alter alterum intuebantur, nec audebant colloqui, quod nullus alterius fidei se credere vellet, nam aliqui ex eis inexspectato apprehensi, & in hoc Palatio inclusi detinebantur. Ergo silentes adstabant, levatis in Cœlum oculis, manibusque, Deum orantes, ut corda judicum flecteret. Intus stabant armati gladiis, & fustibus, silentium præcipientes, & præcavere jussi, ne delatorum uxores, & propinqui quid turbarent. Inter alios mater, sororque unius ex his miseris visebantur ad ostium triclinii, in quo delati examinabantur, sedentes, quæ licet antea inter præcipuas civitatis fæminas locum occuparent, ibi tamen solæ erant, neglectæ, vultumque, ut pudorem minuerent, obvelabant. Extra portam exaudiebant Judicum minas, carnificum voces, flagellorum sonitus, gemitus, & ejulatus eorum, qui torquebantur; audiebant, & doloris acerbitate dissecabantur corda earum. Ipsi Judices, viri humanitatis, & virtutis amantes, commiseratione in miseros, quibus malum inferebant, tangebantur. Sole ad occasum inclinato,

Sæculum IV. A. C. 387. *hom.* 14. *p.* 166. *Chrys. hom.* 13. *p.* 148.

Sæculum IV. A. C. 387.

clinato, foris ſtantes exſpectabant exitum, & ferventia vota ad Deum mittebantur, ut Judices, ſententia dilata, rem decidendam Imperatoris arbitrio remitterent. Tandem rei, ferro graves, in carcerem miſſi. Itaque viri, qui datis ſpectaculis populum oblectaverant maximis impendiis, & ſpectatiſſimis Reipublicæ muneribus fungebantur, per forum a ſatellitibus ducebantur. Bona eorum a Fiſco tollebantur; ſigna & effigies Cæſaris ante eorum domus explicabantur. Uxores, domibus ſuis ejectæ, refugium requirebant, quam invenire ægre poterant, quod quisque eas recipiendo ſeditionis particeps fuiſſe videri timeret.

§. IV.

Monachi, auxilium Antiochenorum.

Sup. XVII. §. 7. hom. 17. p. 193

Tunc Monachi, in vicinia urbis Antiochenæ habitantes, ex montibus ſuis deſcenderunt; cavernas, aut tuguriola, plurimorum annorum ſedes, relinquunt, in urbem ſua ſponte commeant, ut afflictos conſolarentur. Satis erat corpora ſua oſtendere, ita auſteritate vitæ extenuata, ut ſolus aſpectus ſæcularibus vitæ contemptum inſpiraret. Diem totam ante Palatii fores perſtiterunt, virili conſtantia judicibus loquebantur, & pro nocentibus deprecabantur, dicentes, ſe ante non diſceſſuros, quam Judices huic populo

populo parcere promisissent. Respondent Delegati, id minime in eorum esse potestate positum; periculosi exempli rem fore, si ejusmodi delicta relinquerentur impunita. Monachi, se vero ituros, ajunt, ut hanc gratiam ab Imperatore efflagitarent; *namque*, subjiciebant: *pium habemus Dominum! certissime offensi Principis animum mitigabimus; non patiemur, ut infortunatorum hominum sanguinem fundatis, aut cum ipsis moriemur. Gravia sunt istorum crimina, fatemur! at non Clementia Imperatoris nostri majora.* Judices mirati virorum zelum, nam profectionem Constantinopolim suscipere parati erant, ne id facerent, prohibuere; spem tamen suggesserunt, forte ab Imperatore veniam impetrari posse, si Monachi preces suas, libello scriptas, sibi traderent; illico Monachi imperata fecerunt. Tum, cum ea, quæ optaverant, a Judicibus obtinuissent, sine omni mora ad suam quisque solitudinem rediere.

Sæculum IV. A. C. 387. *p.* 105. *p.* 195.

Macedonii, cognomento Critophagi, unius ex illis Sanctis Monachis memorabile fuit factum. Is erat vir valde simplex, litterarum rudis, nullis exercitatus negotiis, qui vitam in montibus diu, noctuque orando hactenus consumpserat; cum in medio urbis duos Imperatoris Delegatos habuisset obvios, unius pallium manu tenens, volebat, ut ambo ex

Sup. XVII. §. 7. Theod. V. hist. c. 20. Philost. c. 13.

Sæculum IV. A. C. 387.

equis descenderent; judices hominis audaciam indignabantur, cum pusillum senem viderent centonibus tectum. At, postquam ex comitibus aliqui, quis esset, notum fecerunt, descendentes veniam petiere, viri genua amplexi. Ipse, *amici mei!* inquit: *dicite Imperatori! Homo es! subditi tui æque homines sunt, facti ad imaginem Dei. Iratus es, ob illatas injurias imaginibus æneis; quantum vero his figuris inanimatis imago viva, & rationalis præstat! istis dejectis facile est, alias substituere, & profecto jam novæ erectæ conspiciuntur; hominis autem capiti, quem interfeceritis, nec capillum unicum addere potestis.* Macedonius Syriace loquebatur, aliis verba ejus græco sermone coram Hellebico, & Cesario interpretantibus. Ita loquentem non parum mirabantur, quippe ista argumentatio supra captum hominis rustici, & illiterati videbatur. Responderunt, se hasce reis parcendi causas ad Imperatorem delatu-

Chrys. hom. 17. p. 194.

p. 196.

ros. Non minor Episcoporum, quam Monachorum zelus fuit. Judices in via morabantur, nec ultra progredi permittebant, nisi promisissent, in hoc judicio potiorem misericordiæ rationem fore, quam justitiæ. Si Delegati id non promitterent, sacerdotali vigore instabant; ubi, quod petebant, obtinuerant, genua eorum amplectebantur, & osculabantur manus,

manus, ut non minus humilitatis Christianæ, quam fortitudinis exempla darent. Episcopos urbi Antiochenæ vicinos, hac occasione oppitulatum approperasse, credendum, eorumque pietatem Presbyterorum zelo adjutam. Sæculum IV. A. C. 387.

Non eadem fuit Philosophorum Ethnicorum charitas; hinc S. Chrysostomus non immerito istorum hominum ignaviam acerbius increpat. *Ubi sunt jam*, inquiebat: *qui longa pallia gestant, barbas egregias, & baculos in manibus? infames Cynici! canibus, quorum naturam imitantur, miserabiliores! ad unum omnes urbe excesserunt, ut suam vecordiam en antris occulerent. Econtra, qui suis operibus demonstrant solos se veros Philosophos, in foro comparuere, ad omne periculum intrepidi. Urbis incolæ in deserta, & solitudinis cultores in urbem migrarunt.* Et inferius: *utriusque partis opera hodie fabularum, quas narrant, falsitatem, & nostræ Religionis veritatem evincunt. Quia Monachi nostri Religionem ab Apostolis acceperunt, pietatem eorum, & fortitudinem imitantur. Ideo libris nobis opus non est, ut hæc demonstremus, dum res ipsa loquitur; ex Discipulis Magistrum cognosces! nec multis sermonibus indigemus, ut Paganorum ostentationem, & Philosophorum debilitatem ostendamus; facta probant, hos bystriones nil nisi* p. 196. Invectiva S. Chrysostomi in Philosophos.

Sæculum IV. A. C. 387.

nisi fabulas, & figmenta, comicis lusibus similia, simplici plebeculæ venditasse. Propterea etiam S. Chrysostomus Christianos vituperabat, si solatia in ærumnis a Paganis emendicarent. Senator gentilis ad populum locutus fuerat, ut panicum timorem excuteret, quem falsus rumor de militibus adventuris omnium animis ingesserat. Id ipsum, quod Ethnico aures dedissent, S. Chrysostomus exprobrat in hunc modum: *Hujus viri industriam laudavi, at simul rubore suffusus sum, quod solatio hominis extranei vobis opus fuerit. Imprecatus sum, ut terra dehiscens me vivum deglutiret, ne probro supererssem, cum audirem loquentem ad vos, jamque afflictos solari, jam dejectos erigere; non enim decet, vos a Pagano confirmari, sed vestrum est, Infideles docere. Quibus oculis imposterum eos intuebimur? quid dicemus, si Infidelibus, forte calamitate pressis, necesse fuerit, constantiam in adversis persuadere?*

Hom. 16. init.

Omnibus, quæ ad rem erant, perquisitis, & reis in carcere inclusis, inter Delegatos convenit, Acta ad Imperatorem mittere, & nova mandata, antequam gravius in reos animadverterent, exspectare; ut ea acciperet, Cesarius, quam celerrime potuit, Constantinopolim reversus est; Hellebicus Antiochiæ mansit. Tunc urbi tranquillitas rediit, respi-

Liban. in Cesar. p. 510. in Helleb. p. 533.

Sæculum IV. A. C. 378.

respirare cives, spemque bonam concipere cœperunt, cum judices hactenus neminem morte affeciissent, & moram concederent, qua Cæsaris animus propitiari posset. S. Chrysostomus, qui inter hos inquisitionis motus siluerat, rursus concionari, ut adsueverat, cœpit; primis quatuor vel quinque diebus sermonem a Gratiarum actione ob felicissimam mutationem exorsus, in ipsa oratione de Creatione loquebatur, & temere jurantes increpabat. In alio sermone sequenti illos arguit, qui obtento, quod prohibitus esset balneorum usus, exeuntes, in fluvio lavabantur, ibique insolenter choreas agebant, quo etiam fœminarum curiositas attrahebatur; & hæc illo tempore dum primores civitatis alii in carceribus, alii in fuga, omnes vero ingenti timore perculsi erant. Fatetur, auditores suos illius dissolutionis non esse participes, at hortatur, ut & alios retrahere satagant.

Chrys. hom. 11. *p.* 127. *Chrys. hom.* 11. 12. 13. 17. *hom.* 18. *p.* 211.

§. V.

Flavianus Constantinopoli.

Interim Episcopus Flavianus Constantinopolim pervenerat. Regiam ingressus, procul ab Imperatore constitit, silens, demisso capite, & velato vultu, ac si ipse solus seditionis Antiochenæ fuisset reus. Accessit Imperator, atque iram tenens,

Hom. 20. *p.* 226.

Sæculum IV. A. C. 387.

tenens, gratias toto Regni sui tempore urbi Antiochenæ exhibitas narrabat, addens post singula, quæ memorabat, beneficia: *Has ergo mihi rependunt vices? quam ego conquerendi causam dedi? & quare mortuis insultant? an nesciunt, suam urbem a me omnibus aliis, etiam illi, in qua primo lucem aspexi, fuisse prælatam? an nesciunt, quantum desiderium eam videndi me semper tenuerit.* Tum Episcopus inter amaros gemitus, & copiose fluentibus lacrymis, ait: *Auguste! scimus, te paterno amore patriam nostram fuisse prosecutum, & hæc ipsa recordatio maxime pœnitentes cruciat. Ure, seca, occide! quod lubuerit statue! bis pejora meriti sumus! malum, quod nobismetipsis intulimus, gravitate mille neces superat. Quid enim acerbius, quam in facie totius universi summæ ingratitudinis reos inveniri? nullum non movit lapidem Dæmonum invidia, ut tua gratia privaret urbem, olim tibi tam charam! hanc si deles, facis, quod Dæmones maximis votis exoptarunt, si parcis, intolerabili supplicio invidos torquebis. Antiochenorum culpa occasionem tibi præbet, imponendi capiti tuo coronam, ista, quam geris, Augustiorem; hanc enim ex parte alterius liberalitati debes, at vero clementiæ gloria, tuæ solius virtutis præmium erit. Statuas tuas prostraverunt! ecce alias, illis pre-*

p. 229.

pretiosiores, in cordibus subditorum tuo- Sæculum IV.
rum licet educere, imo tot tibi dicatas A. C. 387.
habere statuas, quotquot in orbe terrarum homines clementiam tuam laudabunt. Deinde Constantini exemplum commemorat, qui audaculos, cum suam effigiem lapidibus impetiissent, non aliter ultus est, quam faciem manu tangendo, & dicendo, nihil se mali sensisse. In memoriam Theodosio adduxit proprias ejus leges, ut captivi tempore Paschali in libertatem emitterentur, & adjecta verba, Principe digna: *Utinam & mortuos resuscitare possem! potes modo!* subjungit Flavianus: *& si vis, omnes cives Antiochenos a mortuis revocabis! majora tibi quam fundatori urbis debebunt, majora, quam si, captam a Barbaris civitatem, liberasses!*

L. 6. 7. 8. C. Th. de indul. crim.

p. 230.

Cogita! non hic de unius urbis salute agi, sed de gloria tua, imo de Christianorum fama. Judæi, & Gentiles, quid acciderit, sciunt; hi omnes oculis in te defixis, quid facturus sis, avide exspectant. Si Clementiæ palmam dederis, dicent: En, quanta vis sit Religionis Christianæ! virum, orbis terrarum Dominum, contimuit, atque sapientiam & moderationem suggessit, quam vel in hominibus privatæ sortis raro inveneris. Profecto magnus est Christianorum Deus! qui homines supra humanam naturam evehit. Ne, quæso!

Flaviani Oratio.

Sæculum IV. A. C. 387.

p. 231.

so! audias causantes; si peperceris, fore, ut aliarum civitatum audacia crescat. Id, fateor, timeri posset, si ideo parceres, quod tibi puniendi potentia deesset; sed infelices isti metu exanimati sunt, & in momenta percussoris manum opperiuntur. Si citius jugulari jussisses, magnam supplicii abstulisses partem. Ex horum miserorum numero alii in deserta fugientes, in praedam belluis cesserunt; alii in speluncis dies, noctesque latuere, non viri modo, sed & parvuli, atque fœminæ illustres, & delicatæ. Calamitas urbem premit captivitate gravior, quod ignorat nemo; vix aliquid pejus, quam modo patiatur, addes, etsi funditus everteris. Ergo miseros cives respirare concede! nihil facilius rerum omnium Domino, quam punire, ac ignoscere rarum!

p. 232.

Quantam Nominis gloriam hodierna dies in futura sæcula tibi parere possit, vide! Dicet aliquando posteritas: Cum urbs vastissima læsæ Majestatis culpam admisisset, paventibus omnibus cæteris, Præfectis, judicibus, & nemo mutire auderet, unicus Senecio, Sacerdos, in medium prodiens, sola sua præsentia, & sermonis simplicitate Principis animum ad commiserationem flexit. Magno tibi honori est, Cæsar! quod me præ aliis ad hanc Legationem obeundam elegerit civitas nostra, hac enim publice testatum facit, omnino

nino persuasum habere, plus omnibus aliis subditis tuis apud te valere auctoritatem Sacerdotum Dei, quantumvis alias contemni soleat. Verumenimvero non solum a populo Antiocheno missus adveni; adsum Legatus Regis illius, qui Dominus est Angelorum, ut tibi edicam, si hominibus injurias, tibi illatas, remiseris, Patrem cælestem etiam tua peccata remissurum. Illius diei memor esto, qua omnes de omnibus actionibus nostris rationem reddere cogemur. Perpende, si tibi peccatum aliquod expiandum sit, te jam unum verbum pronuntiando id posse. Delegati alii aurum, argentum, dona pretiosa tibi afferunt, ego nihil tibi propono nisi sacrosanctas leges, & hortor, ut Dominum nostrum imiteris, qui, quotidie nostris peccatis offensus, quotidianis nos cumulat Beneficiis! ne, obsecro! promissum, & spem meam confundas! si civitati nostræ ignoscas, gratia tua fretus, redibo; si irasci pergas, nunquam revertar, patriam abdico.

Sæculum IV. A. C. 387. p. 233.

§. VI.

Theodosius Antiochenis ignoscit.

Flaviano ita perorante, Theodosius ægre lacrymas tenens, inquit: *Quid mirum, si hominibus homines ignoscimus, postquam Dominus universi in terram descendit, servus pro nobis factus, & cru-*

Sæculum IV. A. C. 387.

ci affixus ab illis ipsis, quos beneficiis obruerat, pro iisdem Patrem rogavit? Mens erat Flaviano Constantinopoli permanere, & cum Imperatore festa Paschalia celebrare, sed Imperator ad Episcopum: *Scio, gregem tuum adhucdum affligi, vade, & solare eum.* Instabat Flavianus, rogabatque, ut Theodosius illuc filium suum mitteret; respondit Imperator: *Deum ora, ut obstacula removeat, & bella extinguat, ipsus ad vos veniam.*

Theod. V. hist. c. 20. Ad Monachorum quoque Antiochenorum Epistolam Imperator responsum dedit, videturque apud ipsos factum excusare velle. Gentiles quoque non ultimas hujus reconciliationis partes sibi tribuebant, quam Libanii Sophistæ facundiæ deberi ajebant. Is Constantinopolim, quamvis senio impediretur, profectus, coram Imperatore stetit; non quidem ut Senatus Antiocheni Legatus, quod vult Zosimus, sed ut ipsemet fatetur, suo nomine, & a nemine missus.

Lib. or. 12. init. Zos. lib. 4. p. 766.

Or. 12. 13. Quatuor orationes, quas illa occasione pronuntiavit, habemus; duæ ad Imperatorem Theodosium diriguntur; prima persuadere conatur, ut Antiochenis ignoscat, secunda gratias agit, id factum fuisse. Aliæ duæ in Laudes Cesarii, &

Or. 20. 21. Hellebici Imperatoris Delegatorum compositæ sunt.

Post-

Postquam Episcopus Flavianus discessisset, & trajecisset fretum, Theodosius misit, qui explorarent, an festinaret itinerans; nam haud gratum feciisset Cæsari, si in via moratus alicubi Pascha celebrasset. Nullibi Flavianus hæsit, nec tamen primus faustissimum nuntium afferre ambivit, sed cursores præmisit, qui litteras Imperatoris Senatui traderent. Rem optatissimam comperiens populus Antiochenus, forum sertis floridis ornavit, faces accendit, diemque, tanquam urbi natalem, festum egit. Flavianus reversus ingenti gaudio sororem suam, quam in extremo vitæ periculo reliquerat, vivam invenit, & in medio gregis sui Pascha celebravit. Cœterum felicissimum rei periculosæ successum nullatenus sibi tribuebat, & interrogantibus, quomodo iratum Cæsaris animum deliniviisset? Dicebat: *Nihil mea opera factum, Dei solius opus est, qui Principis mentem mutavit; antequam loqui inciperem, ultro placatus, de iis, quæ Antiochiæ facta essent, locutus est animo tam sedato, ac si non de propria, sed aliena injuria ageretur.* Talis fuit Seditionis Antiochenæ eventus.

Sæculum IV. A. C. 387.

Chrys. hom. 30. p. 234.

Ibid. p. 225.

p. 226.

§. VII.

S. Chrysostomi initia.

Sanctus Chrysostomus populi in cala-

Pallad. Dial. pag. 40

Sæculum IV. A. C. 387.

mitate consolator, tunc annum ætatis agebat circiter quadragesimum, natus circa annum 347. Antiochiæ familia nobili, ex qua aliqui Duces in cohorte Magistri Militiæ in Oriente maxima cum laude meruerant. Parentes ejus erant Christiani, Patris nomen Secundus, Matris vero Anthusa. Duos suscepérunt liberos, filiam, & hunc filium, qui speciem Patris defuncti, ubi grandiusculus evasit, simillimo vultu referebat; quippe facies haud vulgaris pueri excelsam, & generosam indolem prodebat. Paulo post Joannis nativitatem obiit Pater, cum non diutius annis duobus cum conjuge vixisset, quam relinquebat viduam, viginti annos natam. Hæc reliquum vitæ tempus in continentia perseveravit. Joannes, ingenio natus excellenti, se litterarum studiis dedit, Sophistæ Libanii, & Philosophi Andragatii Discipulus. Aliquoties in judicio clientum causam egit, & aliquas orationes elocutus est, quarum vim, & ornatum ipse Libanius mirabatur; atque hic Sophista moriens, dixit; se Joannem Successorem suum nominaturum fuisse, nisi eum Christiani sibi eripuissent. Cum annum ageret decimum octavum, oratorum jactantiam, & tribunalium injustitiam fastidiens, ad sacras litteras conversus est. S. Meletius, qui tunc Ecclesiæ Antiochenæ præ-

Socr. VII. 3. Soz. VIII. 2 Chrys. Sacerd. l. 2.

Ap. Isid. Pelus. l. 2. Epist.

erat,

erat, optimam indolem hujus juvenis suspiciens, eum in suam familiam adlegit, tum, tribus annis instructum, baptizavit, & Lectorem ordinavit. Joannes Theodorum, & Maximum, suos olim sub Libanio Magistro condiscipulos, ad solitudinis amorem pertraxit. Theodorus exinde Episcopus Mopsuestenus in Cilicia, & Maximus Seleuciæ in Isauria fuit. Hi tres sub Magistris Cartero, & Diodoro, post hæc Episcopo Tharsensi, vitæ asceticæ Disciplinam didicere.

Sæculum IV. A. C. 387.

Socr. VI. c. 3

Joanni amicorum omnium intimus erat alius, nomine Basilius; ambo collatis consiliis deliberarunt, quod potissimum vitæ genus amplecterentur; & præplacuit vita solitaria. Basilius, nullatenus hæsitans, id propositum cœpit; at Joannem, ne liberrime mundo valediceret, retinebant preces, & lacrymæ parentis, quæ in viduitatis solatium, & maternæ sollicitudinis in educanda prole nullam aliam postulabat mercedem, quam ne Matrem destitueret, qua elata, liberum ei futurum esset, quodcunque vellet, vitæ genus sequi. Basilius Joannem exhortabatur, ut supra humanos affectus mentem attolleret; cum ortus est rumor, ambos brevi Episcopos ordinandos. Joannes non parum mirabatur, non satis capiens, cur sibi hæc Dignitas destinaretur, timuitque, ne vi illata ordina-

De Sacerd. c. 1.

1. 2.

Sæculum IV. A.C. 387.

retur, cujus rei non rara illa ætate erant exempla. Basilius secreto ad eum veniens, rem novam se docturum putabat; tum rogavit, ut hoc in negotio, sicut alias semper, ambo consilia communicarent. *Et ego quidem*, ajebat: *quodcunque tu statueris, statuam, sive Episcopatum fugere, sive acceptare placuerit.* Male se meriturum de Ecclesia intellexit Joannes, si eam Ministerio hominis, juvenis quidem, sed ad regendas animas maxime idonei, privaret; ergo optimum factu credidit, primo congressu dissimulare, dixitque, nihil esse causæ, cur in re tanta præcipitanter statuerent, sibi videri, hanc deliberationem in aliud tempus differendam. Interim Joannes, nemine conscio, secessit. Brevi post tempore advenit, qui ambos erat ordinaturus; Basilius, quid ageretur, nescius, obtentu alio deduci se passus est, & deinde ordinari, ratus, idem & Joannem facturum. Fallebant etiam simplicem dicentes, illum, qui omnium maxime indocilis, & inflexibilis fuisset, Episcoporum judicio victas manus dedisse. Ubi vero Basilius rescivit, Joannem, ut ordinationem effugeret, se occuluisse, ad eum se conferens, amaros questus movit, quod se per fraudem ad admittendam ordinationem induxisset. Facti sui causas reddidit Joannes, & hoc colloquium materia

S. Joannes.

c. 3.

ria fuit librorum, quos deinde scripsit de Sacerdotio. (*) Quis hic Basilius, S. Joannis Chrysostomi amicus, fuerit, conjici nequit, nisi forte Maximus Episcopus

Sæculum IV. A. C 387.

v. Hermant. lib. 1. c. 12.

(*) Interpres Protestans hic adjunxit Animadversionem, in qua exponit Materiam Librorum S. Chrysostomi de Sacerdotio. An non incidit homini, nullum jam in Ecclesia sua esse posse Sacerdotium, cum deficiat Ordinatio, & Missio, quæ non nisi per continuam Episcoporum seriem demonstratur? Quis enim Ministrorum, si ab Hominibus extra Communionem Catholicæ Ecclesiæ viventibus, nempe a Laicis, vocatus, & ordinatus fuerit, probare possit, se a Successoribus Apostolorum esse missum? Nihil etiam magis, quam hæc objectio Lutherum cruciabat. Interpres noster Catholicis ingerit, quod novo errore, & scandalo, Calicem Domini in Eucharistiæ distributione Fidelibus subtraxerint; sed frustra, nam usus iste, ut sæpius in Historiæ Ecclesiasticæ Versione notavimus, quando id adjuncta locorum, aut temporis postulabant, antiquissimus est. Nullum etiam scandali periculum; quia totus Christus æque sub una, ac sub utraque specie, accipitur. At Lutherus, & cæteri Novatores, dum a vera Ecclesia recesserunt, sublata Ordinatione, & Missione, etiam extinxerunt Sacerdotium; ubi vero nullum Sacerdotium, nulla quoque est Hostia, sed loco Corporis, & Sanguinis Christi, panis communis, & vinum vulgare Acatholicis infinito Animarum damno porrigitur.

Sæculum IV. A. C. 387.

Seleucienſis in Iſauria, cui deinde, duo nomina fuiſſe, dicendum erit.

Pall. Dial. p. 41.

Interea S. Joannes, poſtquam Lector fuiſſet ordinatus, conſcientiæ ſibi duxit diutius in civitate degere, quod labores, quibus inter hominum frequentiam occuparetur, non eſſe ejusmodi crederet, qui domando juventutis ardori ſufficerent; hinc in vicinos Antiochiæ montes ſeceſſit, ubi ſenem invenit ex Syria, ſenſuum mortificationis ſtudioſiſſimum; hunc vitæ rigorem imitatus, ſub ejusdem Senis diſciplina annis quatuor vixit; tum ſolus in cavernam ſe abſtruſit, ut omnibus eſſet ignotus. Ibi duobus annis moratus, vix ſomnum capiebat, nunquam die, noctéve toto corpore decumbens, ita ut certæ corporis partes frigore fuerint emortuæ. Studium erat ſacræ Scripturæ lectio, & aliqui pii, quos compoſuit, libri.

§. VIII.

Vitæ Monaſticæ Apologia.

To. 4. In illo ſeceſſu S. Chryſoſtomus libros tres in defenſionem vitæ Monaſticæ ſcripſit. Nam multi hujus vitæ rigorem eſſe immodicum judicabant, & Monachorum propagationem vi, minisque prohibere nitebantur. Non Gentilium tantum, ſed & quorumdam Chriſtianorum hæc erat opinio, quorum unus plus cæteris

teris insaniens, dixit: *Parum abest, ut ob istorum vitæ insolentiam, fidei renuntiem, & Dæmonibus sacrificem!* Hæc vulgaris erat ridendi materia in foro publico, & omnibus illis locis, quo homines otiosi confabulatum conveniunt. Aliquis dicebat: *Primus omnium in hunce Monachum manum injeci, & ignavi pecoris tergum non perfunctorie dedolavi.* Alius: *Mea industria, quo ille secessisset, patefecit.* Alius: *Ego isti judicem iratum meo hortatu reddidi.* Alius, monachum a se per plateam raptatum, & in extremum carceris angulum detrusum, jactabat. Homines Christiani talia audientes in cachinnos effundebantur; Gentiles autem & hos, & Monachos irridebant.

Sæculum IV. A. C. 387.

Lib. I. c. 2. p. 356.

c. 3.

Igitur S. Chrysostomus hunc errorem eximere sæcularibus aggressus est, non ut Monachis, qui injurias pati gloriam suam existimabant, sed ut eorum calumniatoribus prodesset. In libro primo vitæ Monasticæ utilitatem, & solitudinis necessitatem ostendit ex morum corruptione, quæ jam tunc etiam inter Christianos, præsertim in magnis urbibus, invaluerat. In libro secundo sermonem dirigit ad Patrem Gentilem, cujus pectus dolor obruit, quod filius suus ad institutum Monasticum transiisset. Hanc solam veram esse Philosophiam demonstrat; divitiarum, gloriæ humanæ, &

Sæculum IV. A. C. 387.

potentiæ sæcularis contemptu Monachum hominum omnium ditissimum, liberrimum, potentissimum, ab omnibus cœteris honoratissimum evadere, ac denique maxime idoneum, qui lugenti Patri fortissimum solatium ferat. Ad stabiliendam Monachorum potentiam hæc verba habet memorabilia: *Si persuaserimus filio tuo, ut quemquam ex Christianorum piissimis, & opulentissimis roget, sibi tantam, quantam edixeris, auri copiam mitti, aut potius huic, vel isti pauperi donari, videbis divitem Monachо promptius obedire, quam forte tibi œconomorum tuorum aliquem. Si vero iste donans in paupertatem redigeretur, idem a secundo, & a tertio obtineret.* Finem facit addens sequentem Historiam: *Fuit mihi amicus, Gentilis viri filius, dives, ab omnibus amatus, & honoratus; Pater in primo dolore Magistratuum auctoritatem contra filium implorat, minatur carceres, omnibus subsidiis spoliat, in terra peregrina derelinquit & tanta egestate, ut etiam alimenta necessaria deessent. Hac ratione sperabat Pater, filium a monastica vitæ proposito absterreri posse. At invictus stetit filius! quid Pater? victus est filii constantia; hodie hunc filium magis veneretur, ac si ipse ab eo genitus fuisset! & quamvis plures sint ei filii, in mundo spectatissimi, de iis tamen affirma-*

Lib. 2. c. 5.

re non hæsitat, indignos esse, qui filio suo Monacho serviant.

Sæculum IV. A. C. 387.

In Libro tertio S. Chrysostomus sermonem ad Patrem christianum convertitur; & vir sanctus vitæ Monasticæ excellentiam exponit. Dicit cordate, non plures inveniri Monachos, qui ab instituti sui rigore deflecterent, ac homines, quibus litterarum studia ad vota succederent, nempe pauciſſimos; hoc vero in Rempublicam Christianam perniciem invehere, quod multi crederent, perfectam legis Evangelicæ observationem solis Monachis esse præceptam, aliis vero sufficere, si segniter virtutes sectentur. Historiam de Monacho narrat sequentem. Is a matre piissima rogatus, filii ejus moderationem suscepit, e domo paterna eductum, in aliam civitatem comitatus est, causam prætexens, ut litteris latinis, & græcis operam daret; ibi juvenis hic, si externa spectarentur, more aliorum vivebat; nihil in ejus conversatione asperum, aut exoticum, nihil in vestitu vel in aspectu, aut sono vocis singulare; at domi suæ solitariis, in monte degentibus, non erat absimilis; omnia in certas horas, sicut in Monasteriis dispositа, nihil præter necessaria possidebat. Cum ingenio esset docili, modica diei pars ad studium litterarum humanarum satis erat, tempus reliquum continuis

c. 11. *p.* 426.

c. 12. *p.* 430.

c. 10.

S. Chrysostomus defendit Monachos.

Sæculum IV. A. C. 387.

nuis orationibus, & librorum ſacrorum lectioni dabat, quam etiam in aliquot noctis horas protrahebat. Tota die nihil cibi ſumebat, quandoque dies duos, aut ultra jejunabat. Dormiens cilicio incumbebat, quod a ſe inventum, ut promptius a ſomno ſurgeret. Nihil magis fugiebat quam laudes hominum, hinc nolebat vitæ ſuæ rationem ab aliis ſciri, ſolidæ virtutis cultor, cui Magiſter ejus tam fervens perfectionis deſiderium ingeſſerat, ut vix juvenem retinere, & a propoſito ſolitudinem petendi avertere poſſet. Plures alios juvenes ſtudiorum ſocios ad Deum trahebat. S. Chryſoſtomus hanc Hiſtoriam didiciſſe ſe ait ab eodem Monacho, qui illius juvenis Præceptor extiterat. Vitam Monaſticam omni ætati virtutis ſcholam eſſe arbitratur, hinc cuidam ſuadet, ut filium ſuum, quamprimum ad ætatem peccati capacem, forte annum decimum perveniſſet, Monaſterio includat, ibique quantum neceſſe fuerit, decem, aut viginti annis relinquat, quo tempore circumacto, liberum ei fore, eundem ad ſæculum revocare. Ex hoc colligitur, non omnes in Monaſterio viventes æquali vinculo fuiſſe adſtrictos.

t. 15. p. 436.

§. IX.

Sæculum IV.
A. C. 387.

§. IX.

Alia S. Chryſoſtomi opera.

Ex duobus tamen ſermonibus S. Joannis Chryſoſtomi ad amicum ſuum Theodorum apparet, pro re licita habitum non fuiſſe, relictis vitæ monaſticæ rigoribus, ad ſæculum, & vitam communem redire. Theodorus ille, illuſtribus ortus natalibus, grandia bona poſſidebat, valebat ingenio, ſive ſcribendum, ſive perorandum eſſet, diſertiſſimus, nam gnaviter Rhetoribus, & Philoſophis operam dederat. Ubi Libros ſacros legere cœpit, & cum viris piis converſari, eorum vivendi rationem imitatus, aliquamdiu inter ſolitarios eximiæ virtutis exempla dedit; verum paulopoſt tentationi ſuccumbens, ad Sæculum rediit, & ad deligendam ſibi uxorem mentem adjecit. Hanc morum mutationem exemplis ex Hiſtoria, erat enim eruditiſſimus, adductis excuſabat. Hac de re edoctus S. Chryſoſtomus Epiſtolas ad amicum dedit, tanta eloquentiæ vi, ut in bonam viam reductus, nuptiis renuntiaverit, &, bonis relictis, inſtitutum Monaſticum ſecundo profeſſus fuerit; tunc non plures, annos vigintis natus; is poſteriori tempore Epiſcopus Mopſueſtenus in Cilicia fuit. In horum Sermonum altero S. Chryſoſtomus expreſſis verbis dicit; non licere amplius

To. 4. Soz. VIII. c. 2.

Serm. 2. c. 2. p. 588.

Sæculum IV. A. C. 387. amplius uxorem ducere illi, qui nuptias ſpirituales contraxiſſet.

Ad ejusdem ſeceſſus tempus duo ejus ſermones de compunctione referuntur, ad duos Solitarios Demetrium, & Stelechium ſcripti. In primo ſic loquitur: *Ubi apud me ſtatueram, urbe excedere, & ad Monachorum caſas pergere, curioſe quærebam, quis mihi neceſſaria eſſet præbiturus? an quotidie panis recens coctus apponeretur, num eodem oleo, quo lampades aluntur, ad menſam uti cogerent? an ſolis leguminibus vivendum eſſet, an gravem laborem imponerent, qualis eſſet, terram fodere, ligna, aquam advehere? nempe pro cuticula eram admodum ſollicitus.* Hanc infirmitatem poſtea S. Chryſoſtomus non modo depoſuit, ſed etiam in alterum extremum lapſus eſt; poſtquam quinque annis in deſerto vixiſſet, debilitatam valetudinem ſentiens, cum in eo loco vires reparare non poſſet, Antiochiam reverti, & denuo Eccleſiæ ſervire coactus eſt. Tunc annos ætatis ad minimum viginti ſex numerabat.

c. 2. p. 588.

c. 6. p. 111.

Pall. p. 41

p. 42.

Poſtquam annis quinque Altari ſerviit, veroſimiliter tanquam Subdiaconus, S. Meletius Diaconum ordinavit, annum agentem trigeſimum primum. Tunc temporis compoſuiſſe creditur tres libros de Providentia, ut Monachum conſola-

Sæculum IV. A. C. 387.

solaretur, amicum suum, nomine Stagirum, a maligno spiritu obsessum, & ob infelicem sortem tristitiæ barathro demersum. Id ei post secessum e mundo, & conversionem suam acciderat, nec omnis generis quæsita remedia miserum juverunt. In hoc opere S. Chrysostomus maxime de afflictionis, & ærumnarum utilitate disserit.

Cum raræ Chrysostomi dotes, ad instruendum populum cœlitus datæ, omnibus essent notæ, & Antiocheni ejus alloquiis mire delectarentur, ab Episcopo Flaviano Presbyter ordinatur, cujus Ordinis functiones Antiochiæ annis undecim implevit. Hæc ordinatio in annum 385. incidit, & quia simul Flavianus eidem Prædicationis Ministerium commisit, orationem tunc pronuntiavit, in cujus exordio se vehementer attonitum exclamat, interrogando an somniet, vel vigilet, dum se juvenem, & rerum experientia carentem ad tantæ Dignitatis fastigium elevatum videret! & tamen etsi brevi tempore Diaconus fuerit, minus quam triginta quinque ætatis annos numerare non potuit. Magna hujus orationis parte in Flaviani laudibus moratur. Haud multo post hæc tempore S. Chrysostomus S. Meletii Panegyrin dixit, in qua memorat, eum ab annis quinque ad Superos transiisse, quod ad annum 386. refertur.

Pallad. ibid.

S. Chrysost. *to.* 4. *p.* 834.

p. 838. 839. 840. *to.* 1. *p.* 523.

Aliquos

Sæculum IV. A. C. 378.

Aliquos ſermones compoſuit, ut adverſus Anomeos probaret, Dei naturam eſſe Creaturæ incomprehenſibilem. At inter primos ejus ſermones omnium facile celeberrimus eſt ille, quem de Anathemate ſcripſit. Non nulli Antiocheni, imprudenti zelo acti, anathema dicebant illis, quos hæreticos eſſe putabant, nempe qui ipſorum communionis non erant. Quippe Flaviani ſectatores Fideles Paulino adhærentes Sabellianiſmi incuſabant, econtra Paulini ſequaces, Fidelibus, Flavianum ſequentibus, Arianiſmum exprobrabant. S. Chryſoſtomus utriusque partis temeritatem acerbe caſtigandam exiſtimavit, *Videre eſt mihi homines*, inquit: *quorum zelus S. Scripturæ Spiritui adverſatur, imo qui ſacras litteras penitus ignorant; gravius quidquam proferre erubeſco; homines iræ impotentes, vaniloquos, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant; qui cæteros docere volunt, ipſi omnia ignorantes, & anathematizant, quod non capiunt, ita, ut Infidelibus videndi occaſionem præbeamus.* Tum ipſis vocis hujus, anathema, vim explicat, qua homines Diabolo devoventur, & ſubjungit: *Unde vos maximam uſurpatis auctoritatem? qua nemo niſi Collegium Apoſtolorum fuit honoratum? iique, qui juxta exactiſſimam Canonum obſervantiam Apoſtolorum Succeſſo-*

to. 4.

v. Sup. l. XII §. 47.

Sup. L. XVII. §. 45.

p. 804.

1. *Tim.* 1. 7.

p. 805.

S. Chryſoſtomi opera.

res sunt? Patribus nostris dilectio proximi, a Deo præcepta, ita cordi erat, ut non minori dolore hæreticos ex Ecclesia ejecerint, ac si sibimetipsis oculum dextrum eruissent; juxta sancti Evangelii verba. Hæreses nostræ Traditioni (*) *contrariæ anathemate percutiendæ sunt, at Personis parcendum!* Constat S. Chrysostomum in hoc sermone non nisi laicos redarguere, qui privato arbitrio contra quoscunque, ut lubebat, anathema pronuntiabant. Cæterum hic, in quo Anathema, & simplex separatio a communione differat, clare deprehenditur, nam nec Chrysostomus, nec Flavianus, & qui eos sequebantur, cum Paulini Sectatoribus communicabant.

Sæculum IV. A. C. 387.

Matth.

p. 806.

p. 809.

Eodem ferme tempore S. Chrysostomus ad Festum Nativitatis Domini Nostri, nuper Antiochiæ ad exemplum Ecclesiarum Occidentalium inductum prima vice concionatus est; id autem ex Occidente advectum in exordio orationis memorat. Dum Presbyter esset Antiochiæ, homilias in Genesin tempore quadragesimæ

to. 5.

to. 1.

(*) Protestans posuit: Unserer Lehre. Sed non fideliter. Vel ipsam Traditionis vocem odit. Cæterum errores, qui ab hujus Interpretis socordia, & imperitia originem trahunt, in singulis paginis occurrunt.

Sæculum IV. A. C. 387.

mæ conscripsit; in quibusdam locis Hebraicum textum citat, quam linguam didicisse poterat ex commercio Judæorum, qui magno numero Antiochiæ degebant, & ex magna linguæ Syriacæ, quam indigenæ loquebantur, cum Hebraica propinquitate. Psalmos quoque Antiochiæ explicavit, item integra S. Matthæi, & S. Joannis Evangelia, Epistolam ad Romanos, duas Epistolas ad Corinthios, & duas ad Timotheum. Dicit, se post Pascha non nisi diebus Dominicis, & per anni decursum una circiter per hebdomadam vice concionari, quamvis in singulis conventibus peroraret. Talis fuit Joannes Presbyter, qui populum Antiochenum, gravi ira Imperatoris Theodosii perterritum, solatus est.

hom. 20.
hom. 41.
to. 5. *ser.* 51.
Serm. 66.

§. X.

Maximus in Italia.

Zos. l. IV. p. 766. 767.

Interim Maximus, cum Valentinianum spe pacis, & amicitiæ specie diu fefellisset, minimo, quam poterat, strepitu exercitum versus Italiam movit, & superatis alpibus, Aquilejam contendit, occupaturus imparatum. At Valentinianus, unacum Justina Matre navigio impositus, trajecto mari, Thessalonicam venit, ubi deinde sub finem anni 387 se, suamque fortunam Theodosii arbitrio permisit. Maximus facile Italiam, ipsamque urbem Romam

Ruff. II. hist. c. 16. *Chron. Th. Cod.*

mam subjugavit; Africa quoque Imperium victoris non detrectavit. Ubi audiisset, Romæ Synagogam subjectis flammis consumptam, Edictum misit, ut tranquillitati publicæ consuleret. Hinc populus Christianus dicebat: *Quam fortunam speret Princeps iste, cum factus sit Judæus?* Sæculum IV. A. C. 388. *Ambr. ep. 41. ad Theo. §. 23*

Theodosius, comperto, Valentinianum Thessalonicam adveniisse, Filio Arcadio Constantinopoli relicto, illuc ad eum advectus est; ubi colloqui cœperunt, ait: *Mirum non est, pessimo loco stare res tuas, & Maximo omnia ad vota succedere, nam veram Religionem, quam tu oppugnas, ille tuetur;* ita juveni errores, quos a Matre Ariana hauserat, exemit, & veræ Ecclesiæ reddidit. Imo Valentinianum in Regnum restituere, & Gratiani necem ulcisci aggressus est, quamvis proprio commodo melius consulturus videretur, si infelicis Valentiniani spoliis suam augere potentiam, & cum Maximo Imperium partiri voluisset, quem ingentibus viribus nixum a se offendi, non expedire hactenus judicaverat. Nunc autem aperte Maximi hostem professus, bellum paravit. *Socr. V. c. 12* *Soz. VII. c. 14.* *Theod. V. c. 5* *Aug. V. civi. 6. c. 26.*

In illa commoratione Thessalonicæ Theodosius legem edidit contra hæreticos, datam 10. Martii anno 388. & ad Cynegium, Præfectum Prætorio Orientis, *L. 14. C. Th. de hæret.*

Sæculum IV. A. C. 388.

missam. Ex urbibus ejici, præsertim Apollinaristæ, jubentur, prohibentur vero Episcopos, aut Clericos instituere, & conventus agere, imo ultra Imperatoris auribus molestiam creare. Decima quarta Junii ejusdem anni, duo Imperatores, Stobæ in Macedonia degentes, legem tulerunt, ad Trifolium Præfectum Prætorii in Italia directam, & eadem, quæ superior, prohibentem, atque ideo potissimum condita videtur, ut aboleretur illa, quam Valentinianus, seu potius Justina Mater ejus vigesima tertia Jan. 386. Arianis faventem ediderat.

L. 15. ibid.

Sup. XVIII §. 43.

§. XI.

S. Gregorii Nazianzeni exitus.

Or. 46. p. 721 Soz. VI. c. 27.

Lex, contra Apollinaristas lata, fructus fuisse creditur zeli, quo S. Gregorius Nazianzenus fervebat; quamvis privatus viveret, non ideo tamen tam Ecclesiæ universalis, quam particularis Ecclesiæ Constantinopolitanæ mala minus dolebat. Hinc ad Episcopum Nectarium scripsit in hæc verba: *Qui Arii, seu Eudoxii Sectam sequuntur, ad ostentationem hæresin profitentur, & conventus agunt, non aliter, ac si per Cæsarum Decreta id liceret. Macedonianorum insolentia eo usque crevit, ut sibi Episcoporum nomen tribuant, & Eleusium ordinationum suarum auctorem jactent. Eunomius pestis nostra dome-*

domeſtica, vivit, & ideo vivit, ut jactu- Sæculum IV.
ram putet, ſi non omnes exitiali ſua do- A. C. 388.
ctrina poſſit inficere. At omnium maxi-
me intolerabilis eſt Apollinariſtarum au-
dacia! neſcio, quomodo Sanctitas tua fer-
re potuerit, ut ſibi licentiam arrogave-
rint agendi conventus non minori ſolem-
nitate, ac Catholicorum congregationes
celebrari ſolent? In concluſione Nectarium hortatur, ut Imperatorem moneat; quidquid affectu tenerrimo pro bono Eccleſiæ hactenus feciſſet, nihil profuturum, ſi hunc errorem adverſus ſanam Doctrinam invaleſcere ſinat. S. Gregorius Eunomium peſtem ſuam domeſticam vocat, quia natus in Cappadocia, tunc illuc relegatus degebat; nam, cum Imperator *Philo. X. c. 6.*
Theodoſius quosdam ſibi a cubiculis Doctrinæ Eunomii adhærere deprehendiſſet, eos Palatio ejecit, ipſumque Eunomium Calcedone abduci juſſit, quem primo Myſſiam miſit, & hoc loco a Barbaris capto, Cæſaream in Cappadocia relegavit; rurſusque, quia ſcriptis contra S. Baſilium compoſitis incolarum odium in ſe concitaverat, in prœdia ſua, & locum, quem Dacoroene dicebant, deportatus eſt.

Poſt hanc ad Nectarium Epiſtolam nihil amplius de S. Gregorio legimus, quod ad res univerſalis Eccleſiæ pertineret. Ipſe in ſolitudine ſua Arianzena, ſolo nempe natali, permanebat. Hortus,

Sæculum IV. A. C. 388.

fons, arbores, quarum denſitate tegebatur, unicæ erant deliciæ. Cœterum jejunabat, & orabat, magnam lacrymarum copiam fundens. Lectus erat ſtorea, operimentum ſaccus hiſpidus; unica tunica veſtiebatur; nudipes incedebat, nunquam ignem excitans; præter animalia nulli ſocii. Nihilominus hic vitæ rigor, morbi continui, & extrema Senectus non obſtabant, quo minus vehementes inſultus carnis adverſus Spiritum ſentiret; hinc dicebat; quamvis corpore virgo eſſet, neſcire ſe, an animum quoque labe immunem gereret? ſollicite fœminarum occurſum fugiebat, quod diſpicitur ex Epiſtola ad propinquorum ſuorum aliquem data, cui nomen Valentinianus; is Gregorium ſæpius viſendi deſiderium obtendens, in loco vicino, & S. Gregorio conſpicuo, mulieres ſecum habens, habitationem delegit; mulierum iſtarum vicinia virum ſanctum abegit, quamvis locum magno labore coluiſſet, & ægerrime ab Eccleſia Martyrum, proxime poſita, recederet. Id vero ultimi ſui receſſus tempore contigiſſe non creditur.

carm. 59. *p.* 138.

carm. 4. *p.* 70.

Ibid.

ear. 58. *p.* 136.

Ep. 196.

Nullum aptius remedium contra tentationes S. Gregorius adhibebat, quam preces, & magnam in Dei opem fiduciam; hac de re in carmine 58. in hunc modum canit: *Virtus non ſolum Dei donum eſt, ſed*

carm. 58. *p.* 136.

Sæculum IV. A. C. 388.

ſed etiam ex tua voluntate proficiſcitur, attamen a tua ſola voluntate non dependet, majori potentia opus eſt; potentia mea videndi non ſufficit mihi ad videnda objecta viſibilia, ſi ſolis lumen deſit. Duæ partes boni a Deo ſunt, prima, & ultima; pars una in meo eſt poſita arbitrio. Deus me bene agendi capacem reddidit, ipſe vires ſufficit, ego vero in medio ſtadii curro; JEſus Chriſtus eſt Dux meus, & virtus mea, per ipſum reſpiro, ipſe efficit, ut videam, & feliciter decurram. Sine ipſo omnes mortales inania phantaſmata ſumus, ſpirantia cadavera, peccatis noſtris infecta. Sicut aves, aere deſtitutæ, volare non poſſunt, nec piſces extra aquam natare, ita homo ſine JEſu Chriſto nec greſſum unum promovere poteſt. Inde deducit, in re nulla nos extolli oportere, nec quidquam viribus noſtris tribuere, ſed profunde humiliari.

S. Gregorius Nazianzen.

Hujusmodi carminibus bonus Senex Gregorius in ſua ſolitudine animum occupabat; hiſtoriam vitæ ſuæ, & toleratas ærumnas enarrat, certamina depingit, & infirmitatem deflet. Orat, docet, Myſteria explicat, & morum regulas tradit. Quamvis dotibus ſuis ad Poeſin propenderet, utpote elegantiſſimo, & promptiſſimo ingenio præditus, hunc tamen laborem eſſe ſuæ pœnitentiæ partem judicabat, cum longe operoſius

carm. in ſuos vert. p. 248.

Sæculum IV. A. C. 388.

sius sit, versus compingere, quam oratione soluta scribere. Hunc sibi scribendi finem proposuerat, ut Poeseos, & Musicæ cultoribus materiam utilem, qua occuparentur, submini-straret, & Gentilium superbiam deprimeret, credentium, sibi solis ad Musas amœniores aditum patere. Alia quoque suberat causa; ut carminibus Apollinaris alia magis utilia, & pia substitueret, quam ipse Gregorius alicubi indicat. Hoc modo S. Gregorius Nazianzenus seceſſus sui otio fruebatur, atque in senectute ultima bono fine quievit. Donum miraculorum habuisse, ipse fateri videtur, dum dicit, fuisse, qui auxilium ejus in morbis flagitassent, seque non nunquam Dæmones e corporibus sola JEsu Christi nominis pronuntiatione ejeciſſe. Obiit nonagenario major, anno Imperatoris Theodosii decimo tertio, id est, JEsu Christi 391. Ecclesia Græca ejus memoriam vigesima quinta Jan. & Ecclesia Latina nona Maji celebrat.

Greg. Presb. p. 33.

Or. 51. in fin.

carm. 60. p. 140.

carm. 61. p. 142. Suid. Greg. V. Pagi. an. 389. n. 4.

§. XII.

Prophetia S. Joannis Ægyptiaci.

Pall. Laus. c. 43. Cass. IV. hist. c. 24.

Dum Imperator Theodosius bellum in Maximum adornat, misit, qui celebrem Anachoretam S. Joannem Ægyptium, in superiore Thebaide prope urbem Lycum habitantem, consulerent. Is a puero artem tignariam didicerat, habebat-

bebatque fratrem tinctoriæ peritum. Annos natus viginti quinque, mundo valedixit, & cuidam Seni instituendum se dedit, qui jubens eum ligna arida irrigare, aliaque ejusmodi, ad obedientiam cœcam formabat. Annos quinque in Monasterio vixit, inde solus, conscenso montis vertice, in cavernam petræ, quæ difficillime adiri poterat, secessit. Ibi tres cellulas excidit, unam ad curandum corpus, alteram ad laborandum, & tertiam ad peragendam orationem. Illic annum agens quadragesimum se inclusit, annisque triginta continuis nullum hominem conspexit, per fenestram quæ sibi erant necessaria accipiens. Hoc tempore elapso, nempe septuagenarius dono Prophetiæ, & curationum a cælo præditus est. Cum Æthyopes in Thebaidem irrupissent; ille cui mandatum erat cum copiis occurrere, & prædones profligare, ad Joannem veniens, consilium expetebat; timebat enim cum Æthyopibus manus conferere, quod vires suas multo inferiores sciret. Joannes ad eum: *Si illa die in eos moveris, hostes occupabis, & vinces; magnamque nominis famam apud Imperatores tibi paries.* Res, ut prædixerat, evenit. Neminem in cellam admittebat, sed per fenestram venientibus colloquebatur. Nunquam fœminas, viros autem statutis tantum

Sæculum IV. A. C. 388.

31. *vit. Patr. c.* 1.

Sæculum IV. A. C. 386.

temporibus, & raro conſpiciebat. Hoſpitium ædificari, iis, qui ad ſe ex Regionibus remotis adveniebant, non abnuit. Cujusdam Tribuni uxori, quæ virum videndi ſummo tenebatur deſiderio, in ſomno apparuit. Cujusdam Senatoris uxori per oleum benedictum, quo tres continuos dies oculos illinivit, viſum reſtituit. Ita quippe miſſo oleo ægrotos curabat, nec eos ad ſe adduci patiebatur, ut oſtentationis ſpeciem vitaret. Sæpius, an copioſius, vel parcius aquas in agros effuſurus eſſet Nilus, prædixit, ex quo ſoli fertilitas in Ægypto dependet. Hunc igitur S. Anachoretam Imperator Theodoſius de Belli contra Maximum ſuſcepti fortuna conſuli juſſit; reſpondit, victorem fore. Sæpe etiam incurſiones Barbarorum prævidit, & modum, quo repellendi eſſent, edocuit. Tandem Theodoſium morte naturali ſolvendum prædixit.

Aug. de cura pro mort.

§. XIII.

Maximi Clades, & exitus.

Chron. Cod. Theod. Zoſ. l. 4. p. 770. Pacat. paneg. c. 34. 35. &c. c. 43. Proſp. Chron. 389.

Theodoſius Imperator Theſſalonica in Pannoniam velociter agmen movit, & duobus prœliis Maximi copias, ſuis numero ſuperiores, devicit. Alpes nemine obſtante transgreſſus, Maximum Aquilejæ capit, urbemque ſibi patentem intrat. Maximus a ſuis proditus, pur-

pura

pura privatur, nudis pedibus, manibusque ligatis ferme tria milliaria extra urbem ad Theodosium, & Valentinianum adducitur. Theodosius vincto Tyrannidem, & atrocia crimina paucis objecit; dumque deliberat, an Clementiæ vel Justitiæ locum daret, milites e conspectu ejus abreptum, capite truncant, quinto Calendas Aug. id est, vigesima octava Julii hoc anno 388. Maximus ferme annos quinque post occisum Gratianum imperaverat. Paucos post hæc dies Arbogastus Comes, quem Theodosius in Galliam miserat, juvenem Victorem, Maximi filium, apprehensum, vita exuit. Interea Andragathius inter Maximi Duces promptissimus, Gratiani interfector, maria inter Græciam, & Italiam cum classe tenebat; is, accepto funestæ cladis nuntio, ut erat armatus, e Prætoria in mare prosiliens, fluctibus haustus est. Hic fuit exitus belli, quo non multum sanguinis fusum. Theodosius, Aquilejam ingressus, in Italia usque ad annum 391. permansit.

Sæculum IV. A. C. 388.

Socr. V. c. 14. Sozom. VIII. c. 14. Idac. fast.

Sup. XVIII. §. 28.

Oros. VII. c. 35.

Dum hæc ibi geruntur, fallax prælii fama Constantinopoli spargitur, quo Maximus victor exstitisset, jamque cæsorum numerus inibatur. Arianorum invidia, quod Catholici Ecclesiis potirentur, fabulam confirmabat, factumque, ut non nulli, qui hæc narrari audiverant, apud

Socr. V. c. 13.

Socr. V. c. 13.

Sæculum IV. A. C. 388.

apud ipsos mendacii auctores, vera esse, quæ audivissent, contenderent. Eo usque Arianorum furor prorupit, ut Episcopi Nectarii domum concremaverint.

Ambr. ep. 40. n. 13.

At brevissimi fuere hujus Seditionis motus; Arcadius, qui Constantinopoli remanserat, quamvis & ipse offensus, pro sontibus apud Theodosium Parentem intercessit, & veniam obtinuit. Legem tamen Theodosius tulit, & Arianis prohibuit, ne quodam Rescripto, quod a se obtentum fingebant, se tuerentur; quia autem hæc lex data est hoc anno, nona Augusti, devicto jam Maximo, merito hujus Seditionis occasione edita creditur. Ariani Constantinopolitani Episcopum habebant Dorotheum, antea Antiochiæ hoc inter ipsos munere functum, nam Demophilus diem clauserat anno 386. tum ex Thracia ejusdem Sectæ Episcopum accersiverant, qui defuncto succederet, sed cum satis idoneum non judicarent, paulo post ei Dorotheum suffecerunt. Hinc schisma sequenti tempore inter Arianos ortum.

L. 16. C. Th. de hær.

Socr. V. c. 12.

§. XIV.

Synagoga in Oriente incensa.

Paul. n. 21. Amb. ep. 40. n. 6. ep. 41. n. 1.

Aquileja Imperator Theodosius Mediolanum venit, ubi hyemem transegit, in ea urbe usque ad mensem Majum anni sequentis 389. moratus. S. Ambro-

sius

sius Aquilejæ degebat, dum rescivit, Episcopum ad restaurandam Synagogam fuisse ab Imperatore condemnatum. Casus erat sequens; Callinicæ, modica urbe Provinciæ Osroenes in Oriente Christiani Judæorum Synagogam injectis ignibus cremarunt, & Episcopus id consilii dedisse accusabatur. In eodem loco hæretici Valentiniani, cum Monachos viderent, euntes ad Ecclesiam, festum Machabæorum pro more antiquo celebraturos, irati, quod hymnos canerent, irruentes, incedentium ordinem perturbarunt. Monachi, Valentinianorum audaciam non ferentes, eorum templum flammis vastarunt, & quædam oblata pretiosa abstulisse dicebantur. Magister Militiæ in Oriente, hæc, sicut facta fuerant, ad Theodosium perscripsit; qui, hanc rem ut negotium mere temporale æstimans, respondit, non opere pretium fuisse, ut Imperator consuleretur, sed sine dubitatione reos fuisse puniendos. Igitur decretum, ut Episcopus Callinicæ Synagogam repararet, aut damnum data pecunia resarciret, Monachi, populusque incendiorum rei pœnas dare cogerentur; cæterum, quæ oblata, & res pretiosæ ex Valentinianorum templo ablatæ fuissent, diligenter inquiri jubebatur. Sæculum IV A. C. 388. n. 18.

S. Ambrosius, comperto, quid mandatum fuisset, Aquileja, ubi tunc erat, Medio-

Sæculum IV. A. C. 388.

Mediolanum ad Imperatorem scripsit longam epistolam, ut dicti mandati retractationem impetraret. Inprimis dicit; quod neminem oporteat liberius Principem monere, quam Episcopum. *Quis enim*, inquit: *ausurus est coram te veritatem eloqui, si id Episcopo non licet?* ad ipsam deinde scribendi causam transiens, queritur, damnatum fuisse Episcopum Callinicæ, & inauditum; & asserit, si Episcopus iste latæ sententiæ acquiescat, prævaricatorem legis Ecclesiasticæ futurum, & si, quod non acquiescat, puniatur, fore Martyrem; Imperatorem vero coram Dei tribunali accusandum, quod vel prævaricationis ejus, vel necis causa sit. Nempe tunc temporis Christianis erat persuasum, sibi non licere, qualicunque demum modo ad falsæ Religionis exercitium quidquam conferre. Hujus rei exempla sunt; nam Juliani temporibus Marcus Arethusanus potius Martyrio afici sustinuit, quam aliquid conferre ad reparandum Idolorum templum, quod ipse destruxerat. S. Ambrosius crimen, cujus Episcopus Callinicanus arguitur, in se suscipere paratus est, dicitque, etsi Episcopus absolveretur, non ideo tamen ab aliis Christianis ad Synagogam resuscitandam quidquam exigi posse. Ad objectum argumentum, perturbatores tran-

ep. 40.

n. 4.

n. 6.

n. 7.

n. 8.

n. 9.

n. 11.

tranquillitatis publicæ puniri oportere, respondet, potiores esse debere Religionis partes. In memoriam reducit majora delicta, quæ mansissent impunita, crematas Romæ Præfectorum domos, Episcopi Constantinopolitani Palatium flammis absumptum, tot Ecclesias, quibus, Juliano Principe, a Judæis subjecti ignes, duas Damasci, quarum altera non Judæorum, sed Christianorum pecunia fuisset reparata; altera hodiedum prostrata jaceret; alias quoque Gazæ, Ascalone, Beryti, Alexandriæ eversas. Et subjungit: *Ecclesiæ Catholicæ injurias, nemo est, qui vindicet, at Synagoga, & profanum Valentinianorum templum promptos ultores inveniet! quot non Ecclesias Judæi incenderunt? nemo satisfecit, imo nemo damni restitutionem petiit. At pretiosa, nescio quæ, furto ablata sunt! quid vero pretiosi esse potuit in Synagoga oppidi in finibus Imperii siti? profecto non in ista Synagoga modo, sed nec in integra civitate inveniri posse puto, quod hominum avaritiam irritare queat. Hæ artes sunt Judaicæ nequitiæ, quibus Christianos calumniantur, ut militum immissione, carceribus, suppliciis insontes torqueant.* Et inferius: *si mihi non credis, quos voles, Episcopos convoca! nempe in negotiis, ubi de pecunia agitur, Comites tuos ad consilium adhibes, & in Sanctæ Reli-*

Sæculum IV. A. C. 388.

n. 13.

n. 18.

S. Ambrosii epistola.

n. 27.

Sæculum IV. A. C. 388.

Religionis causa Sacerdotes Domini non consules? quid respondere potero, si mandato, a Regia profecto, Christiani gladio, aut fuste perempti dicantur? quomodo ignaviam meam excusabo apud Episcopos, qui amare ingemunt, Ecclesias dire vexari, dum earum Sacerdotes, & Ministri ad præstanda onera cæteris civibus communia adiguntur? Hic dispicitur, S. Ambrosium ab aliis tanquam præcipuum causarum Ecclesiasticarum Defensorem fuisse habitum, quod magna esset auctoritate, & facillime ad Imperatorem pateret accessus.

n. 29.

Hac epistola non effecit, quod sperabat; hinc Mediolanum reversus, Imperatorem in Ecclesia præsentem, quod in fine epistolæ suæ minatus fuerat, publice allocutus est; in epilogo maximorum Beneficiorum, quæ a Deo accepisset, memorem esse jubet, hortaturque, ut sontibus ignoscat. Ex Cathedra descendenti Imperator: *ad me solum convertisti orationem hodie!* S. Ambrosius respondit: *de his, quæ tibi prosunt, locutus sum.* Theodosius dixit: *fateor, mandatum meum fuisse severum nimis, ut ipse Episcopus Synagogam ædificet, sed mutatum fuit. At quot non criminum monachi se reos faciunt?* Tum Timasius, Magister militiæ, cum fastu, & insolentia in monachos invehi cœpit. S. Ambrosius, aliquam-

ep. 41. *n.* 1.

n. 26.

n. 27.

Suid. Timas.

quamdiu ibi ſtans, dixit ad Imperatorem: *fac, ut poſſim pro te offerre! quietem animo meo redde!* Imperator ſedens, annuit, vidensque, quod adhuc ſtaret Epiſcopus, ait; ſe reſcriptum ſuum mutaturum. S. Ambroſius inſtabat, ut totam pœnam remitteret; promiſit Imperator; Ambroſius bis dixit: *tuo verbo confiſus, offero;* & Imperator: *in meo verbo age!* ita S. Ambroſius ad altare proceſſit, niſi impetraſſet, quod petebat, non aditurus; ad Sororem ſuam, S. Marcellinam, ſcripſerat, quantam ſollicitudinem hæc res animo ingeſſiſſet; ſcripſit quoque, ſe, quod optabat, feliciter obtinuiſſe. Sæculum IV. A. C. 388.

§. XV.

S. Ambroſii Conſtantia.

Dum Imperator Mediolani moratur, cum, Eccleſiam ingreſſus, quodam die feſto oblationem ſuam Altari impoſuiſſet, intra Sanctuarii clathros ſubſtitit. Interrogavit S. Ambroſius, an quidquam peteret? reſpondit Imperator; ſe hic tempus communicandi exſpectare. Tum S. Ambroſio jubente Archidiaconus ad eum: *Auguſte! nemini niſi Sacris Miniſtris in Sanctuario ſtare licet, exi ergo hinc, & cum cæteris ſtans exſpecta. Purpura Principes facit, non Sacerdotes!* dixit Imperator, quod ibi conſiſtere voluiſſet, non eſſet ambitioni adſcribendum, *Theod. V. c. 18.*

Sæculum IV. A. C. 388.

sed ita in Ecclesia Constantinopolitana morem ferre. Gratias egit S. Ambrosio, quod se meliorem usum edocuisset; eique S. Episcopus locum extra Sanctuarium ante omnes Laicos constituit; hic ordo exinde semper observatus. Theodosius Constantinopolim reversus, die festo ad Ecclesiam venit, & postquam oblationem suam coram Altari tradidisset, e Sanctuario exiit; Episcopus Nectarius interrogavit, quare non intus mansisset? respondit cum suspirio: *vix fuit aliquis, qui me differentiam Imperii, & Sacerdotii doceret! vix inventus est unus, qui mihi veritatem dixerit! solum Ambrosium novi, qui merito Episcopi nomen gerat.*

ep. 57. ad Eugen. n. 4.

Tunc quoque S. Ambrosius Religionis causam fortiter defendit, quando Senatus Romani pars, legatis ad Imperatorem Theodosium missis, Aræ Victoriæ sacræ restitutionem iterato petiit. Coram Imperatore, quæ Episcopum decebant, dicere sustinuit; imo aliquot dies Regiam non adivit, nec ideo Imperator ipsi succensuit. (*) Verosimile est, Sym-

Prosp. de promiss. lib. III. c. 28.

(*) S. Ambrosii constantiam imitatur nostro ævo Archiepiscopus Parisiensis Christophorus de *Beaumont*, qui in Causa Bullæ Unigenitus nec lenitate Regis sui nec rigore a Sententia hucusque

Symmachum hujus legationis Ducem fu- Sæculum IV.
isse; hoc saltem constat, sermonem ad A. C. 388.
Laudes Imperatoris in Consistorio, eo- *Sym. II.*
dem anno 388. pronuntiasse. Ubi vero *ep.* 13.

que dimoveri potuit. Absit vero, ut in tanto Sacerdotalis ac Sæcularis Potestatis dissidio judicium feram! Incredibile dictu est, quantæ occasione hujus Bullæ, in qua centum & una Propositiones Quesnelli damnantur, per totum Regnum turbæ exortæ sint, & quam multis jam annis protrahantur. His ultimis, dum aliqui Episcopi Refractariis in mortis periculo Sacramenta administrari prohibuerunt, oleum flammis affusum. Rex querelis fatigatus majorem Curiam Parisiensem in Exilium migrare jussit Pontæsiam. Ea revocata anno 1754. Lex a Rege edita, qua omnibus de Bulla Unigenitus simpliciter silere strictissime præcipitur. Non ideo tamen Pax reducta, & Archiepiscopus Confluentiam relegatus. Interim Nova Lex Solemni in Francia Ritu, id est, Rege in Curia præsente, promulgatur; non esse necessarium, ut Bulla Unigenitus Regula Fidei dicatur. Anno 1757. Archiepiscopo in Gratiam cum Rege redire, & suæ Provinciæ Metropolim repetere licuit. Verum brevi iterum jurgiis inter Parlamentum, & Archiepiscopum natis, Is Cadurcum proscribitur. Quam ambiguæ vicissitudines, quæ totius orbis Christiani oculos in Galliam convertunt!

Novissimum, quod ex illo Regno affertur, factum memorari meretur. Monasterium Virginum, quæ Hospitalariæ vocantur, in Lutetiæ Subur-

Sæculum IV. A. C. 388. Aræ Victoriæ reſtaurationem petiit, Imperator e conſpectu dimiſſum, & plauſtro impoſitum, ad centum paſſuum millia abvehi juſſit, & ibi ea die permanere. Id

Suburbiis, quod aperte Bullæ Unigenitus eſſent refractariæ, Archiepiſcopus Sacris interdixerat, addita prohibitione, ne, defuncta earum Moderatrice, aliam eligerent, antequam Interdictum ſolveretur. Dum vero Archiepiſcopus exulat, Montazetus Archiepiſcopus Lugdunenſis Galliarum Primas, qui Cardinali Tencino ſucceſſerat, Moniales Interdicto liberavit, & Delegato Parocho, cui nomen Brutetus, Licentiam fecit, ut aliam Moderatricem eligerent, cui Electioni dies 20ma Aprilis anni 1758. præſtituta. Ecce autem! vix ante quartam horæ partem, priusquam dictus Parochus adveniſſet, adfuerant in Monaſterio Epiſcopus Quebecenſis, aliique Archiepiſcopi Pariſienſis ipſo abſente Vicarii Generales, & Epiſtolam Archiepiſcopi ad Moniales directam prælegerant, in qua Paterno affectu obſtinatas denuo exhortabatur, ut Formulæ ſubſcriberent, & ſe Bullæ Unigenitus ſubjicerent. Illæ nihil; niſi quod Silentium a Rege præceptum obſervare ſtatuiſſent. Quo dicto ſingulæ per Triclinii fores ſe proripiunt. Ita, cum nulla, cui loquerentur, ſupereſſet, Vicariis quoque abeundum fuit, illo temporis articulo, quo memoratus Parochus Archiepiſcopi Lugdunenſis Mandatarius ingrediebatur. Utinam Fæminæ in Gallia, quemadmodum in Germania, quid rei, vel nominis ſit Bulla Unigenitus, ignorarent!

Sum-

Sæculum IV. A. C. 389.

Id quoque excusandum fuit Symmacho, quod Maximi Panegyris composuisset. Verumtamen Theodosius ei indulsit, comiter habuit, & anno 391. Consulem creavit. *ibid. epist.* 31. *Socr. V. c.* 14.

Theodosius Mediolano Romam profectus est cum filio suo Honorio, quem Constantinopoli accersiverat, & juniore Valentiniano Imperatore. Urbem ingressi sunt Idibus Junii, Timasio, & Promoto Consulibus, seu decima tertia Junii, anno 389. tunc vero Romæ Idololatria prope extincta est. Senatorum nobilissimi, Anicii, Probi, Paulini, Grachi Christi fidem amplectebantur. Populus turmatim ad Vaticanum concurrere, ut Apostolorum sepulchra veneraretur, aut ad Lateranum, ut Sacro fonte ablueretur. Pauci antiquæ superstitioni inhærebant. Templa, pene collapsa, aranearum telis obducebantur. Idola sub tectis suis inter noctuas, & bubones derelicta. Theodosio jubente antiquæ Deorum, Dearumque statuæ, peritissimorum artificum opera, eximia urbis Romanæ ornamenta, conservata. *Idac. fast.* *Prud. 1. cont. Symm.* Idololatria pene extincta. *Hier. ep.* 7. *ad Læt. c.* 1. 2. *Prud. ib. V.* 503.

Summus Pontifex Benedictus XIV. cujus Obitus his diebus anni currentis 1758. nuntiatur, & cui ex Epistolis hac super re datis magis imperatum a Rege Silentium, quam Archiepiscopi Zelus probari videtur, Paterna Moderatione, & Prudentia consummata difficillimi Negotii Causam pertractavit.

Sæculum IV. A. C. 389.

§. XIV.

Manichæi Romæ.

L. 18. C. Th. de hær. Romæ Theodosius legem condidit contra Manichæos, qua ubique, præprimis Roma, expelli jubentur; nemini liceat defunctorum testamenta exequi; eorum bona Principis auctoritate populo in prædam dantur, ipsique omnibus gentis humanæ juribus indigni pronuntiantur. Non modicus Manichæorum numerus Romæ degebat; ante annos paucos ex eorum Auditoribus quisquam, nomine Constantius, inter sectæ suæ homines Electos (ita suorum perfectissimos nuncupabant) vitæ communis institutum fundare molitus fuerat. Is enim honeste educatus, & sectæ suæ honori consulere cupiens, impatienter ferebat Electorum istorum, in occultis vastæ urbis angulis dispersorum, corruptissimos mores sibi exprobrari. Igitur domum suam omnibus illis receptaculum obtulit, qui ea abstinentia, qualis lege eorum præcipiebatur, contenti vivere vellent, sumptusque in se recipiebat, quippe multis bonis abundabat, ab avaritiæ vitio alienissimus. At querebatur, quod Episcopos eorum in hoc proposito haberet adversarios, utpote solutioris vitæ amantes. Cum unus Episcoporum istorum, qui vitæ hujus austeritati minus repugnaturus videbatur, quod

Aug. II. de mor. Manich. c. ult.

quod rusticis, & impolitis esset moribus, Romam venisset, Constantius, postquam virum diu exspectasset, propositum ei vitæ genus explicavit, quod illico huic Episcopo probatum. Primus in domum Constantii receptus; omnes, quotquot Romæ invenire fuit, Electi illuc congregati. Vivendi regula præscribitur, ex Manetis epistola desumpta, pars eorum, cui intolerabilis visa, discessere, alios pudor retinuit, qui juxta præfixam normam vivere cœperunt; Constantius magno ardore ad perseverantiam hortabatur, seque cœteris exactæ pietatis præbebat exemplum. Sæculum IV A. C. 389.

Interim, jurgiis inter hos Electos frequenter exortis, ingentia commissa crimina sibi mutuo objiciebant; hæc audiens Constantius ingemiscebat, & dissimulans se hæc audire, imprudentes provocabat, ut suo ore inauditas abominationes proderent. Tunc apparuit, quales essent viri, qui inter ipsos perfectissimi, & Electi habebantur. Tandem, dum ad servandam Regulam eos cogere vellet, murmurare cœperunt, & effrontes dicere, esse intolerabilem; tum aperte in seditionem prorumpere. Constantius cordate ingerebat, hæc omnia præcepta aut necessario observanda, aut fatendum, hominum stolidissimum fuisse virum, qui hæc præcepisset, quæ observari non possent.

Sæculum IV. A. C. 389.

sent. A majori tumultuantium numero pauciores, quamvis essent saniores, oppressi. Ipse Episcopus cessit, & turpi fuga se subduxit; pecunias in sacco occultatas secum attulisse dicebatur, easque solertissime ab omnium oculis removisse, quibus carnes emebat, & contra Regulam secreto comedebat. Tandem omnes dispersi, & qui post hæc regulam observare voluerunt, dicti ab aliis Mattarii, a storea, quibus dormituri incumbebant. Constantius ad Religionem Catholicam conversus est.

Aug. cont. Faust. l. V. c. 5.

§. XVII.

S. Augustini opera. Ecclesiæ mores.

Hæc facta S. Augustinus narrat, audita in ipsa urbe a testibus omni fide dignis, nam ibi post Matris mortem reliquum tempus anni 387. & totum annum 388. moratus est. Cum nuper Manichæorum errores fuisset dedoctus, primos suos labores post baptismum ad eorum conversionem impendit. Ferre non poterat arrogantiam hominum, simulatam continentiam, & abstinentiam superstitiosam jactantium, ut ignorantes eorum hypocrisin fallerent, & veris Christianis meliores viderentur. Igitur ut intolerabilem fastum deprimeret, in illa Romana commoratione duos libros, unum de moribus Ecclesiæ Catholicæ, alterum de moribus

1. Retract. c. 7.

ribus Manichæorum scripsit. In primo Doctrinæ moralis Christianæ principia explicat, docens amorem Dei hujus philosophiæ unicum esse fundamentum, atque omnium virtutum animam. In fine virtutes, quibus pii Christiani in Ecclesia exercitabantur, depingit, ut factis evidentibus Manichæorum calumnias irrefragabiliter refelleret. Sæculum IV. A. C. 389.

Initium ducit a Monachis, iisque inter alios perfectissimis, nempe Anachoretis. *Viri isti*, inquit: *qui homines cæteros non amare non possunt, quamvis ab eorum consortio recesserint, qui, penitus a Mundo divisi, pane & aqua contenti vivunt, in terra ab omnibus deserta habitant; at cum Deo conversantur, Divinæ pulchritudinis contemplatione felices. Sunt quidem, qui judicant, eos ultra, quam par sit, sæculi curas abjecisse; sed isti non intelligunt, quantum Monachi precibus suis, & exemplo nobis prosint.* Deinde ad Cœnobitas transit: *qui, postquam Mundum sprevere*, inquit: *communem vitam ducunt, & purissimam, oratione, lectione, & piis consultationibus occupati, non superbi, non obstinati, non invidi, modesti, pacifici, & charitate perfecta uniti. Nemo quidquam proprium possidet, nemo cuiquam oneri est; manuum labore occupantur, qui nutriendis corporibus sufficit, & mentem a Deo non abstrahit. Opera,*

Sæculum IV. A. C. 389.

quæ manibus perfecerunt, Decanis tradunt, qui semper denis præpositi sunt; ita nullus proprii corporis curam gerit, sed cibos, vestimenta, aliaque sive valenti, sive ægroto necessaria, a Præpositis sperat. Decani maxima sollicitudine suo munere funguntur, & illi, quem Patrem appellant, rationem reddunt. Patres vero non modo vitæ Sanctitate, sed & rerum Divinarum scientia præstantes, sine fastu, sed magna auctoritate, filios suos regunt, qui filiali reverentia promptissime obediunt.

Ad vesperum sua quisque cella egreditur, omnes jejuni, ad audiendum Patrem; circa unum autem Patrem ad minimum tria Monachorum millia congregantur; nam dantur Monasteria, in quibus fratrum numerus tribus millibus multo major est. Loquentem Patrem auscultant summa attentione, & silentio; motus animorum, quos concionantis sermo excitat, gemitibus, lacrymis, aut modestæ lætitiæ signis testantur. Tum corpori nutrimentum datur, quantum sanitati sufficit; paucos, & viles cibos admodum sobrie capiunt; non solum a carnibus, & vino, sed ab omni eo, quod gustum irritat, abstinent. Quæ supersunt, multa vero supersunt, eo quod parcissime comedant, & plura, quam consumant, labore manuum lucrentur, ea majori pauperum, quam proprii commodi sollicitudine iisdem distribuuntur. Navi-

gia,

gia, eleemosinis onusta, in ea loca, ubi pau- Sæculum IV.
peres habitant, liberaliter submittunt. A. C. 389.
De re omnibus notissima plura verba fa- *n.* 68. *n.* 74.
cere, superfluum est. In hunc modum S. Augustinus vitam Monachorum, sua ætate in Oriente, maxime vero in Ægypto degentium, describit, & bis Manichæos provocat, ut hæc vera esse negent, si possint. (*)

Inde ad Moniales sermone convertitur, & ab his ad Clericos. *Quot ego,* inquit, *Episcopos novi piissimos, & Sanctissimos? quot Presbyteros, Diaconos, aliosque Ecclesiæ Ministros, quorum virtutes eo magis admiratione dignas existimo, quo difficilius ab iis, qui in media hominum multitudine, & vita negotiis agitata versantur, excoluntur.* Tum de Religiosorum Monasteriis in urbibus loquitur, *vidi,* inquit, *Mediolani magnam Sanctorum Congregationem, quam Presbyter piissimus, & doctissimus regit. Plures alias novi Romæ existentes. Nemini oneri sunt. Sed Orientalium exemplum secuti, & Auctoritatem Apostoli manuum suarum labore nutriuntur. Audivi quoque, aliquos, plus quam credi possit, jejunio se affligere, dum non solum* *c.* 32. S. Augustinus.

de

(*) At S. Augustino sapientior est Protestans noster, qui putat Monachis illud Poetæ convenire: *Nos numero sumus, & fruges consumere nati.*

Sæculum IV. A. C. 389. *de die semel tantum ad vesperum reficiuntur, quod ubique usitatissimum, sed tres quandoque dies, aut diutius etiam, absque cibo sustinent; verumtamen nemo ad rigores cogitur, quos ferre non possit, nemini imponitur, quod recusat, atque perfectiores illum non damnant, cui se imitandi vires desunt.*

c. 34. Inferius fatetur, inveniri Christianos infirmæ fidei, & etiam in vera Religione superstitiosos, aut ita suis affectibus depravatos, ut fidem Deo datam, non reminiscantur. *Scio*, inquit: *aliquos esse sepulchrorum, & imaginum adoratores; scio, quosdam, occasione exequiarum, inebriari & comessari, quasi vero hæc flagitia quoque Religio probaret* Hic S. Augustinus non venerationem Sanctorum, aut Reliquiarum damnat, clarissime enim in aliis locis hac in re sententiam suam eloquitur, ita ut nullum, quid sentiat, superesse possit dubium. Illud quoque dici nequit, ipsum imaginum cultum reprehendere, cum ipse mentionem faciat de imaginibus, quæ JEsum Christum cum SS. Petro, & Paulo repræsentabant; earumque usum in Ecclesiis tam Orientis, quam Occidentis esse communem. Illos igitur sepulchrorum, & picturarum adoratores vocat, qui, ruditer in sepulchra, & Sanctorum effigies defixi, corda sua ad eosdem Sanctos in Cœlo regnantes non

L. 1. de cons. Evang. c. 10. inf. n. 43.

non attollebant; hos Ecclesia reprehendebat, & docebat, nec ideo sanctam consuetudinem dimittebat. (*) Sæculum IV. A. C. 389.

§. XVIII.

Mores Manichæorum.

In libro secundo, qui de Manichæorum moribus agit, S. Augustinus eorum errorem præcipuum de natura, & origine mali refutat. Tum ad examen vocat, quod ipsi tria sigilla, oris, manus, & cordis appellabant, quibus eorum abstinentiæ, & superstitiosæ artes comprehendebantur; tandem multa crimina, quorum convicti erant, refert. Dum de abstinentia a certis cibis loquitur, ostendit, hujus abstinentiæ meritum solo fine, propter quem abstinetur, esse æstimandum. *Ponite quemquam*, inquit: *qui una* c. 13. n. 29. *in die refectione contentus est, cui apponuntur olera, pauxillo lardi condita, iisque vescitur, ut famem sedet, adjungens duos tresve vini haustus, viribus corporis conservandis necessarios; ponite & alium, qui nec carnes comedit, nec vinum bibit, sed quotidie bis manducat, nempe ad nonam, & sub crepusculum, cujus refectio a lauto convivio non abhorret, inferuntur legumina exquisita, & a remota Regione advecta,*

(*) Hæc illis dicta sint, qui hodie Cultum Sanctorum perverse reprehendunt.

Sæculum IV. A. C. 389.

advecta, diversimode præparata; qui bibit vinum coctum, aut melle dulcoratum, siceram, limoniorum malorum succos sacchâro mixtos, aliosve ejusmodi liquores, vino affines, vel ipso vino lautiores; bibit quantum appetit, hisque mensæ deliciis quotidie absque ulla necessitate assuescit; uter ex his ambobus videtur vobis temperantior? Exploratum est, hic S. Augustinum nihil aliud redarguere, quam superstitionem Manichæorum, vinum, & carnem tanquam res sua substantia malas damnantium, alios vero cibos, & potus, quos sibi putabant licere, sine ullo temperantiæ studio sumentium. At in toto hoc opere satis indicat, quanti æstimaret Christianorum, præsertim Monachorum abstinentiam ad macerandum corpus usitatam; ipse enim Episcopatu susceptо, præter olera, & legumina nihil solebat comedere.

c. 14.

Possid c. 32.

Porro S. Augustinus Romæ Dialogum scripsit, inter se, & Evodium, in quo aliquas quæstiones de anima tractat; & quia exacte discutitur, quid sit animæ magnitudo, ut demonstret, non esse capacitatem corpoream, totus liber nominatur, de quantitate animæ. Cum adhuc Romæ moraretur, cœpit scribere libros tres de libero arbitrio contra Manichæos, occasione quæstionis de origine mali; nam si in mali naturam studiose inquiratur, patet,

Retra. c. 3.

c. 9.

patet, unicam mali causam esse liberum Creaturæ arbitrium. In hoc opere excellentissima Metaphysica elucet, atque argumenta speciosissima, quæ contra Providentiam Creatoris, & ejus Bonitatem afferri possunt, diluuntur. Unum ex tribus librum solummodo Romæ scripsit S. Augustinus; secundum, & tertium in Africa absolvit, cum jam esset Presbyter ordinatus. Hos quoque libros in Dialogos inter se, & Evodium disposuit. Postquam ultra annum Romæ mansisset, in Africam cum quibusdam amicorum suorum, & popularibus, qui juxta se Deo serviebant, circa annum 389. rediit.

Sæculum IV. A. C. 389.

Lib. II. init. lib. III. c. 2. &c.

S. Augustinus.

Possid. c. 3.

Auctore Papa Siricio factum, ut Manichæi ab Imperatore Theodosio proscriberentur. Quia vero Religionem dissimulabant, & cum Catholicis in Ecclesia miscebantur, jussit Pontifex, ut ab omnibus, quoquo modo id fieri posset, communionem suscipere, & JEsu Christi corpus ore impuro attingere prohiberentur. Idem etiam eos, qui convertebantur, rogavit. Conversos autem in Monasteria relegabat, reliquos dies suos in jejuniis, & orationibus transacturos; id solum indulgens, ut si sufficienter fuissent probati, in hora mortis viaticum eis præberetur. Universim præcepit, ut hæretici impositione manuum reciperentur, & in facie totius Ecclesiæ reconciliarentur; id quoque

Lib. Pont. in Siric.

Sæculum IV. A.C. 389.

quoque ſpeciatim obſervari jubetur in Receptione Novatianorum, & Montenſium, ſeu Donatiſtarum Romanorum, Concilio octoginta Epiſcoporum ab hoc Pontifice, octavo Idus Januarii, Arcadio, & Bautone Conſulibus, (*) id eſt, ſexta Januarii anno 386. celebrato. Inde nobis ſupereſt epiſtola Synodalis, novem Canones, ſpectantes ad Diſciplinam, continens, & ad Epiſcopos Africæ directa.

Conc. Rom. c. 8.

To. 2. conc. p. 1028.

§. XIX.

Joviniani condemnatio.

In altero Concilio Romano circiter illud tempus, quo ibi Theodoſius fuit, vel paulo poſt, Hæreticus Jovinianus damnatus. Is annos pueriles in auſteritate vitæ Monaſticæ tranſegerat, jejunans, pane, & aqua vivens, nudis incedens pedibus, nigra veſte tectus, & manibus ſuis laborans. At relicto ſuo Monaſterio, quod erat Mediolani, Romam profectus, errores ſuos vulgare cœpit, qui ad quatuor capita reduci poſſunt; illos, qui cum plena fide per Baptismum regenerati fuiſſent, a Dæmone amplius vinci non poſſe. Omnibus, qui Gratiam Baptismi conſervaverint, æqualem mercedem in cœlo obventuram. Virginibus non eſſe majus meritum, quam viduis, vel

Amb. ep. 42. n. 9.

(*) Accurate magis poſt Conſulatum &c.

Sæculum IV. A. C. 389.

vel conjugibus, nisi aliunde operibus suis discernantur. Tandem nullum esse discrimen inter eos, qui a cibis abstinerent, & qui cum Gratiarum actione manducarent. Negabat etiam, Sanctam Virginem Mariam Virginem permansisse, dum JEsum Christum peperit, quod diceret, alias cum Manichæis JEsu Christo non nisi corpus phantasticum tribui.

Ambr. ep. 42. n. 4. Aug. in Jul. 1. c. 2. & de hær. c. 8.

Jovinianus vitam Doctrinæ suæ conformem ducebat; splendide vestitus, & calceatus incedebat, pannis albi coloris, & subtilissimis tegebatur, aut etiam lineis, & sericis; cincinnatus balnea, & popinas frequentabat, alea, conviviis, lautis ferculis, vino generoso delectabatur, quam vivendi rationem corporis sanitati conducere, color faciei floridus, & rubicundus, & spectabile abdomen testatum faciebant. Nihilominus non desinebat, se Monachum jactare, & ut fastidia evitaret, quæ Matrimonium sequuntur, cœlebs vivebat. Cum Doctrinam, genio hominum faventem, prædicaret, brevi Romæ multos habuit Sectatores. Multi utriusque sexus, postquam diu in continentia, & rigore vixerant, matrimonium inibant, & in vitam mollem, solutamque relabebantur. Nullum autem Episcoporum Jovinianus seducere potuit.

Hier. in Jov. 1. c. 25. c. 13.

Sæculum IV. A. C. 389.

Imo quidem Laici, ortu, & pietate illustres, inter quos Pammachius nominatur, Joviniani erroribus se oppoſuere; Libellum Siricio Papæ tradiderunt, in quo Jovinianus hæresin suam manifestaverat, ejusque judicium expetierunt. Papa Clericos suos convocavit; hæc Doctrina Legi Christianæ repugnare inventa est, atque omnium præsentium, Presbyterorum, Diaconorum, aliorumque Clericorum judicio, Jovinianus cum octo aliis, qui nominantur, tanquam novæ hæresis Auctores damnati. Decretum etiam, hos ab Ecclesia in perpetuum separandos.

Ep. 2. Siric. to. 2. Conc. p. 1024. & ap. Ambr.

Jovinianus.

Jovinianus, aliique condemnati, Mediolanum, quo Imperator reversus fuerat, se contulere. At Siricius Papa illuc tres Presbyteros, Crescentium, Leopartum, & Alexandrum misit cum epistola ad Ecclesiam Mediolanensem, qua hæreticorum istorum condemnatio, & summaria errorum refutatio continebatur. Hinc omnes Mediolanenses novos hæreticos horrebant, atque Pontificis Legati obtinuere, ut civitate ejicerentur. Episcoporum, tunc Mediolani cum S. Ambrosio præsentium, sententia Papæ judicio consentanea fuit, ad quem epistolam Synodalem dedere. Initio Pontificis vigilantiam Pastoralem laudant, deinde ex Scriptura errores Joviniani refutant, idque potis-

Id. ep. 2.

Ambr. ep. 42. Id. ep. 42.

potissimum demonstrant, Sanctam Dei Matrem semper permansisse Virginem. Huic epistolæ subscripserunt septem Episcopi, Eventius Cenomanensis, Maximus Emonienſis, Felix Jadrensis, Bassianus Laudensis, Theodorus Octoduranus, Constantius Arausicanus, & Aper Presbyter nomine Geminiani, Episcopi Mutinensis. Sæculum IV. A. C. 389. *ep.* 42. *Id.* 42. *n.* 4. 5. *&c.*

In hoc Concilio Mediolanensi, vel quodam alio, paulo post celebrato, cui Episcopi Galliæ intererant, condemnatio Ithacii, & ejus factionis hominum, anno præcedenti pronuntiata, rursus confirmata; nam ordinatio Felicis Trevirensis, in qua Ithacianorum prævaluerat potentia, turbarum in Gallia causa erat, & ipse per Epistolas, Pontificis, & S. Ambrosii a Communione separatus, quod statim post cladem Maximi, Ithacianorum Patroni, contigit. Ithacius non solum Episcopatu depositus, & excommunicatus, sed & in exilium missus, ubi sub Theodosio, & Valentiniano, nempe circiter post duos annos e vivis cessit. Dum S. Ambrosius hoc Concilium agit, triste nuntium de cæde Thessalonicensi affertur; res ita se habuit. *Sup. XVIII n.* 10. *Prosp. Chro. ann.* 389. *Conc. Taurin. c.* 6. *Isidor. de vir. illust. c.* 2. *Ambr. ep.* 51. *n.* 6.

§. XX.

Cædes Thessalonicensis.

Bothericus, qui copiis in Illyrico præerat, & Thessalonicæ degebat, auri- *Soz. VII. c.* 25. *Ruff. hist. c.* 18.

Sæculum IV. A. C. 389.

gam in circo decurrere solitum, detrusit in carcerem, quod aliquo e suis domesticis juvene abuti (*) voluisset. Ubi, nescio quæ, solemnitas advenit, qua decursus in Hypodromo cum pompa parabantur, populus, nisi ille auriga adesset, hos rite celebrari non posse putavit, & cum ipso præcipuum spectaculi decus defuturum; igitur insolenter petebant, ut in libertatem emitteretur; cum id obtinere non possent, seditio mota, atque in eum furorem acta est plebs, ut aliquos Cæsaris ministros, lapidibus obrutos, per plateas raptaverint; ipse Bothericus in hoc tumultu occisus. Hoc nuntio accepto Imperator Theodosius, suapte indole iram non satis tenens, furiose indignabatur; at S. Ambrosius, aliique Episcopi tunc præsentes, animum irascentis mitigarunt, ita, ut promitteret, se populo Thessalonicensi veniam concessurum. Postea vero rursus Purpuratorum præcipui, & maxime omnium Ruffinus officiorum Magister Principis animum ad vindictam concitarunt. Ajebant, periculosissimi exempli rem fore, si atrocissimæ ministrorum publicorum cædes manerent impunitæ; igitur impulerunt, ut cruenta ultione Thessalonicenses punire statueret. At solerti

Theod. V. c. 17.

Aug. V. civit. c. 26. Ambr. ep. 51. n. 16. Paul. v. Ambr. n. 24.

(*) Protestans reddidit: hatte bestechen wollen. aliud aliquid hic intelligendum.

solerti silentio destinata presserunt, ut prius executioni darentur, quam Ambrosius, quid ageretur, resciret. Sæculum IV. A. C. 389.

Dum quadam die populus Thessalonicensis in Circo esset congregatus, immissus improviso miles inermes incinxit, jussusque omnes, sicut in manus caderent, cædere, donec sibi designatum numerum implesset, sine ullo innocentium, nocentiumve discrimine, ita ut etiam advenæ, & proficiscentes crudeli internecione sternerentur; horis tribus continuis horrenda strages edita, atque ad septem hominum millia trucidata. Mancipii cujusdam tanta animi magnitudo fuit, ut pro Domino jugulum præberet. Quidam mercator, duorum filiorum vitam redemturus, omne, quod habebat, aurum obtulit militibus, qui, misericordia moti, tristissimam libertatem fecerunt, unum ex duobus seligendi, cui parcerent, nec enim se posse ambobus parcere, absque proprio periculo, quod sibi occidendorum numerus esset præscriptus; dum miser genitor inter lacrymas utramque prolem aspicit, & unius electione alteram morti tradere cunctatur, ambo liberi in parentis conspectu jugulantur. *Paul. vit.* Thessalonicenses.

Inauditæ cædis fama Mediolanum allata, Episcopos ibi collectos, & præcipue S. Ambrosium summo dolore affecit; noluit autem in primo doloris motu obvium

Sæculum IV. A. C. 389.

se Theodosio dare, ratus etiam spatium concipiendæ pœnitentiæ tribuendum. Hinc Imperatore tunc absente, duobus, tribusve diebus antequam rediret, S. Ambrosius in agros excessit, obtendens fractam valetudinem, quod quamvis fuerit verum, nihilo minus, nisi alterum obstitisset, redeuntem Cæsarem pro more excepisset. Illa, antequam discederet, nocte Theodosium, ad Ecclesiam venientem, conspicere sibi visus est, sibique impossibile putabat, ut Sacrificium offerret; id in signum accepit, voluntatem Dei esse, ut Imperator pœnitentiæ se submitteret. Ad eum epistolam dedit, manu sua scriptam, ut certus esset a nemine alio lectam. Hæc ad nostra usque tempora conservata.

Ambr. ep. 51. n. 5.

n. 14.

ibid.

§. XXI.

Theodosii Pœnitentia.

Initio excusat, quod Cæsaris reditum Mediolani non exspectasset, querelam addens, sibi soli, quamvis inter aulicos, & veteres Cæsaris amicos numeraretur, non licere, quæ in Consistorio statuerentur, scire, aut cum aliis sententiam dicere. *Si tamen silerem*, inquit: *illo peccato conscientiam meam onerarem, quod Prophetа enuntiat: si non annuntiaveris ei* (nempe Sacerdos peccatori) *ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem*

Ezech. III. 18.

n. 4.

ejus

ejus de manu tua requiram. Tum pro- Sæculum IV.
sequitur S. Ambrosius: *Obsecro! audi* A. C. 390.
me, Auguste! magno pro fide zelo es, fateor, & Deum times; sed proniſſima ad iracundiam es indole, atque iterum facillime ad commiſerationem moveris, ſi quis ſit, qui excitatum animum demulceat; ſi qui vero ſponte ſua iraſcentem impellant, eo furoris abriperis, ut nullum modum teneas. Deus det, ut ſi nemo ſit, qui commotum animum mitiget, ſaltem etiam nemo irritet! te tibimetipſi lubentiſſime relinquam.

Deinde immanitatem facti, quod Theſſalonicæ commiſſum, ante oculos ponit, & quantum Epiſcopi, tunc in Concilio Mediolanenſi collecti, indoluiſſent! Et ſubjungit: *Si tecum communicaſſem, hæc communio factum crudele non defenderet, imo peccati hujus in me recideret invidia, ſi nemo eſſet, qui tibi diceret; ſumme tibi neceſſarium, ut Deo reconcilieris.* Tum exempla Principum adducit, pœnitentiam poſt peccatum agentium, & imprimis Regis David. Et adjungit: *Homo es, tentatio te invaſit, neceſſe eſt, ut eam vincas! peccatum non aliter, quam lacrymis deleri poteſt. Non ſine tuis lacrymis Angelus, aut Archangelus te abſolvet; ipſe Dominus noſter nemini peccata remittit, niſi pœnitentibus. Hoc ſuadeo tibi, obteſtor, hortor,* n. 11.

Sæculum IV. A. C. 390.

moneo. Ut semper in acie felicissimus fueris, atque in omnibus reliquis summis laudibus dignus sis, semper in te bonitatem virtutum cæterarum primam suspexerimus! ne tuas ipse dotes corrumpas! tantam virtutem invidit tibi Dæmon, vincendi occasio favet. Ne ad peccatum tuum addas, quod alii suo damno præsumpserunt. Ego vero Sacrificium offerre non audeo, (*) *cui tu assistas. Quod effuso unius hominis innocentis sanguine non licet, an, tot innoxiis truculenter interfectis, licere putes? cur ego non magis Principis mei benevolentiam captem, voluntati tuæ obsequendo, nisi potior mihi esset salus tua, quam gratia adulatione parta? simplex oratio Sacrificium est;* (**) *si*

(*) Non memini me legisse, Protestantes quemquam, quantumvis scelestum, a sua Cœna excommunicare, cum tamen Excommunicationis usus a tempore S. Pauli usque ad hodiernam diem in vera JEsu Christi Ecclesia semper extiterit. Nempe non est tanti, nec ullum est revera Bonum a quo, si eum Protestantes excommunicarent, excluderetur.

(**) Interpres Protestans hujusmodi SS. Patrum textibus cum Anglo suo D. Mede abutitur, dum exinde vult probare, Sacrificium Ecclesiæ in sola oratione, & non in vero Christi Corpore constitui. Sed hic manifestum est, S. Ambrosium nihil aliud velle innuere, quam a Theodo-

sio

si humili corde peragitur, veniam impetrat; sed Dei indignationem provocaret oblatio, quæ a peccatore contemnitur. Epistolam claudit in hunc modum: *Diligo te, & oro pro te! si credis, cede veritati, & verbis meis! si non credis, ne mali vertas, si Deum Imperatori præponam!*

Sæculum IV. A. C. 390.

S. Ambrosius, Mediolanum postea reversus, Imperatorem Ecclesiam ingredi volentem prohibuit; & dicenti, Davidem quoque adulterium, & homicidium admisisse, respondit: *Secutus es peccantem, sequere & pœnitentem!* Submisit se Episcopo Imperator, & octo menses ab ingressu Ecclesiæ abstinuit.

Paul. vit.

Cum festum Nativitatis Domini adveniisset, inclusus in Regia persistebat, fundens lacrymas; Ruffino, officiorum Magistro, & Purpuratorum familiarissimo, causam sciscitanti, Imperator, geminatis fletibus, & suspiriis, respondit: *Flere lubet, dum cogito, templum Dei mancipiis, & mendicis patere, dum clausum est mihi, & cum templo cœlum!* Dixit Ruffinus: *Curram, si vis, ad Episcopum, & rogare non desinam, donec permovero, ut*

Theod. V. hist. c. 18.

sio Deum esse placandum simplici oratione ex humili corde profecta, tanquam aliquo Sacrificio, quamdiu ipsi non liceret tremendo Missæ Mysterio interesse.

Sæculum IV. A. C. 390.

te absolvat! non permovebis, reposuit Imperator: *Novi, quam justa me censura ligaverit; & humano respectu potentiæ Imperialis nihil contra legem Dei aget.* Nempe Imperator satis erat edoctus, non licere peccatoribus impertiri absolutionem nisi post peractam pœnitentiam canonicam. Institit Ruffinus, promittendo, se S. Ambrosii animum flexurum. *Ergo propera!* inquit Imperator: & spe, quam Ruffinus fecerat, sibi blandiens, digressum paulo post secutus est. S. Ambrosius, conspecto Ruffino, dixit; quam imprudenter, cædem, cujus ipse suadendo Auctor exstitisset, etiam defendere auderet! rogante autem Ruffino, & dicente, Imperatorem mox adfuturum, S. Ambrosius, pio ardore incensus, ait: *Prædico tibi, Ruffine! ego venientem ab ingressu sacri vestibuli impediam; si vero ejus potentia in Tyrannidem degeneret, lubens jugulum dabo!* His auditis, Ruffinus misit ad Imperatorem, qui hæc referret, suasitque, ut Regia non excederet. Imperator nuntium, medium viæ emensus, obvium habuit, dixitque: *Ibo, & quam merui, contumeliam sustinebo.*

Theodosii pœnitentia.

Ubi Theodosius ad loci sacri ambitum pervenit, Ecclesiam noluit ingredi, sed ad Episcopum, in aula, qua cunctos, ad se venientes, audire solebat, se contulit, &, ut sibi absolutionem daret, rogavit.

Sæculum IV. A. C. 390.

gavit. S. Ambrosius dixit; quod in ipsum Deum insurgeret, & leges ejus pedibus proculcaret; *imo divinas Leges revereor*, respondit Theodosius: *Et quia canones prohibent, vestibulum sacrum non ingredior, sed rogo te, ut ab his vinculis me liberes, & ab illa porta me non arceas, quam Dominus omnibus illis, qui pœnitentiam agunt, aperuit.* S. Ambrosius dixit: *Sed edic! quam pœnitentiam suscepisti post patratum enorme crimen? tuum est*, respondit Imperator: *docere, quid me facere oporteat.* Tum ei S. Ambrosius imposuit, ut pœnitentiam publicam ageret; nam quamvis ab ingressu Ecclesiæ abstinuisset, nondum tamen pœnitentiam canonicam susceperat. Præterea petiit, ut legem ederet, qua executio cujuscunque sententiæ, reum ad capitis pœnam damnantis, per triginta dies differretur. Imperator utramque conditionem accepit; legem, scribi jussam, sua manu signavit; & pœnitentiæ publicæ se subjecit; illico S. Ambrosius excommunicationis vinculum sustulit, & ingressum in Ecclesiam indulsit. Nihilominus Imperator preces suas non stans, aut genibus flexus, peragebat, sed, depositis omnibus ornamentis Imperialibus, quæ toto pœnitentiæ suæ tempore non resumpsit, pavimento prostratus orabat, verba illa Davidis pronuntians:

Ambr. de ob. Theod. n. 34. Soz. VII. c. 25.

Adhæ-

Sæculum IV. A. C. 390.

Adhæsit pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum. Hæc dicens, capillos vellebat, frontem percutiebat, lacrymis terram humectabat; populus videns adeo demitti tantum Principem, preces, fletusque miscebat. Ipse hoc peccatum, quamdiu vixit, dolere non cessavit. Legem invenimus Theodosii nomine, qua ad mortem damnatorum fors triginta dies suspendi jubetur, at illa simul Gratiani nomen præfert, & data est decimo quinto Calendas Sept. Antonio, & Syagrio Consulibus, id est, decima octava Aug. anno 382. Ergo alia est ab ista, quæ in hac occasione condita dicitur.

Psal. 118.

Ambr. de ob. Theod. c. 34. *Aug. V. civ. c.* 26. *l.* 13. *C. Th. de pæn. V. Pagi. an.* 390. *n.* 4.

§. XXII.

Pœnitentiæ Disciplina in Occidente.

Paul. n. 39.

Sanctus Ambrosius sollicite Pœnitentiæ administrationi erga omnis generis homines vacabat. Hac de re Paulinus, auctor vitæ ejus, ita loquitur: *Quotiescunque ei quisquam peccata sua confessus fuisset, ut pœnitentiam reciperet, tot lacrymas fundebat, ut pœnitentem sibi collacrymari cogeret; quæcunque aliorum peccata audiebat, ipse ea commisisse videri poterat. Nemini autem de peccatis, in confessione auditis, nisi soli Deo, loquebatur, bonum exemplum dans futuris Episcopis, ut potius apud Deum intercessores, quam*

quam accusatores coram hominibus es- Sæculum IV.
sent. (*) Ex hoc Paulini testimonio ha- A. C. 390.
bemus Confessionem peccatorum secretam, Pastori factam, ut ad pœnitentiam perveniretur. Tunc in Occidente pœnitentiæ Ministri ordinarii adhucdum erant Episcopi, quia ad hoc remedium non nisi propter magna peccata recurrebatur, quæ inter Christianos non frequenter admittebantur.

Locus erat pœnitentibus destinatus *Soz. VII.* etiam Romæ, ubi hæc Disciplina præci- *c.* 10. pue vigebat; Pœnitentes post celebrationem Mysteriorum, in quibus non communicabant, lacrymantes, & gementes in terram se prosternebant, his lamentis populus fletus, & lugubrem clamorem jungebat; tunc Episcopus, surgens, pœnitentes quoque surgere jubebat, pro ipsis congruas preces recitabat, & dimittebat. Quilibet privatim injunctam sibi pœnitentiam peragebat, jejunans, balneo abstinens, aut cibis alias licitis, vel aliis modis, ut cuique præscriptum fuerat, corpus castigans. Tempus, ab Episcopo designatum, exspectabat, tunc demum, peracta tota pœnitentia, peccati sui absolutionem accipiebat, & in totius populi

(*) Hoc testimonio pro Confessione auriculari, quam Novatores temere rejiciunt, nihil luculentius.

Sæculum IV. A. C. 390.

populi conventum regrediebatur. Hic usus Romæ usque ad Historici Sozomeni tempora circiter quinti Sæculi medium observabatur. Illustre pœnitentiæ exemplum Romani conspexerunt, Theodosii ferme tempore, in sancta Fabiola, ut suo loco retulimus.

Hier. ep. 30. ad Ocean. c. 1. 2.

Sup. Lib. XVIII. §. 21

Eadem Disciplina in Ecclesia Africæ observabatur, ut apparet ex duobus Decretis cujusdam Concilii Carthaginensis, ab Episcopo Genethlio cum pluribus aliis diversarum Provinciarum Episcopis celebrati, Imperatore Valentiniano, & Neoterio Consulibus, decimo sexto Calendas Julii, id est, decima sexta Junii 390. Numidius Episcopus Maxulanus petiit, ut secundum præcedentium Conciliorum Canones Presbyteri Chrisma conficere, pœnitentes publice reconciliare, & Virgines consecrare prohiberentur; & hæc omnia fuere decreta. Subjunxit autem Genethlius: *Si quis periclitatur, & divino Altari reconciliari petit, si Episcopus ibi non sit, Presbyter eum consulat, & ejus mandato periclitantem reconciliet.* Hæc iterum Concilio probata. Igitur Minister ordinarius pœnitentiæ Episcopus erat, Presbyter non nisi in ejus absentia, in casu necessitatis, & ejus mandato. Alios etiam Canones, Disciplinam respicientes, hoc Concilium condidit, plerosque, ne Presbyteri Episcopo-

App. Concil. p. 1827. Schelstr. Eccl. Afr. diss. 3. c. 4. c. 3

c. 4.

coporum, & Episcopi Confratrum suo- Sæculum IV.
rum jura læderent. Lex continentiæ (*) A. C. 390.
renovata est tribus primis Clericorum
gradibus, Episcopo, Presbytero, Diacono
præceptæ, eo quod res hæc ab institutio- c. 2.
ne Apostolica fuisset accepta. Presby-
teris sub pœna depositionis prohibitum, c. 9.
ne in domo aliqua, aut quocunque loco
absque mandato Episcopi sanctum Sacri-
ficium celebrent. Si quis Presbyter, a c. 8.
suo Episcopo excommunicatus, non ap-
pellet ad Episcopos vicinos, sed conven-
tus separatos agat, & offerat Sacrificium,
deponatur, anathematizetur, & procul
ab urbe depellatur. Hic iterum distin-
ctio inter excommunicationem ad tem-
pus, ut peccator corrigatur, & anathe-
ma deprehenditur. Prohibetur omnibus c. 7.
Episcopis, Presbyteris, aut Clericis, ne
ob

(*) Lex continentiæ. Heisset hier bey unserem Protestanten auf seiner 552. Seite. Die Enthaltung von verschiedenen Dingen. Ey wie artig! gerad so, als wenn ein Protestant in einer lutherischen Historie geschrieben hätte: Lutherus uxorem duxit. Und ein Catholick übersetzte es mit deutschen Worten also: Luther hat sich von verschiedenen Dingen nicht enthalten.

Die folgenden Worte: Quod Res hæc ab Institutione Apostolica esset acceptæ, hat unser Uebersetzer verfälschet, und ein: man glaubte, hineingeflicket. Man weiß wohl warum.

Sæculum IV. A. C. 390.

ob crimina sua excommunicatos, si Episcopi sui judicio non acquiescant, sed ad Principem, aut Judices sæculares, vel etiam ad Ecclesiasticos, quibus non sunt subjecti, confugiunt, recipiant. Qui, crimine aliquando commisso, infamis est, ad accusandum Episcopum, aut Presbyterum non admittitur. Secundum antiquos Canones Episcopus, accusatus, non a paucioribus, quam duodecim Episcopis, Presbyter a sex, Diaconus a tribus, id est, proprio Episcopo incluso, judicentur. Hujus Canonis observantiam multitudo Episcoporum, imo & Conciliorum facilem reddebat. Nulli Episcopo liceat in vicini sui Diœcesi quidquam moliri. Non detur Episcopus Diœcesibus, in quibus nullus antea Episcopus fuit, nisi Fidelium numerus multum excreverit, & id Fideles exoptent; tunc voluntate illius, a quo Diœcesis dependet, novus constitui poterit. Nullus Episcopus in quocunque, etiam frequentissimo Concilio, absque mandato scripto Primatis illius Provinciæ alium ordinet; hoc mandato obtento, Episcopi tres in casu necessitatis ad ordinationem sufficiunt.

c. 6.

c. 10.

c. 11.

c. 5.

c. 12.

§. XXIII.

Pœnitentiarii officium Constantinopoli supprimitur.

Sup. l. VI. §. 55.

In Oriente paulo differens erat pœnitentiæ

tiæ usus; quippe in qualibet Ecclesia Presbyter Pœnitentiarius constituebatur, in quem Episcopus Pastoralis officii partem, nempe pœnitentium examen, transferebat. Hujus rei originem referebant ad Hæresin Novatiani, qui nemini post baptismum pœnitentiam indulgebat, atque non nisi post ejus condemnationem Catalogo Clericorum Presbyter Pœnitentiarius subjunctus dicebatur. Ipsi hæretici, exceptis Novatianis, hunc usum observaverant. Ergo Pœnitentiarii munus hoc erat, ut Confessiones eorum, qui post baptismum lapsi fuerant, exciperet; hinc eligebatur vir secreti tenax, pietate, & prudentia singulari; is pro peccati modo singulis pœnitentiam subeundam injungebat, dimittebatque eam privatim peracturos. (*)

Sæculum IV. A. C. 390.

Socr. V. 19.

Sozom. VII c. 16.

Constantinopoli mulier nobilis, Presbyterum Pœnitentiarium accedens, omnia

(*) Ex his verbis iterum usus Confessionis privatæ probatur; cur enim tanta Pœnitentiarii Prudentia, & silentio opus fuisset in Confessione publica? advertit ad hanc veritatem Interpres Protestans, atque ut eam Protestantium Lectorum cognitioni subtraheret, hunc locum perfida calliditate corrupit, reddiditque omissa *silentii voce*, einen Mann von besonderer Frömmigkeit, Wissenschaft und Klugheit. Egregium fidelis Interpretis specimen!

Sæculum IV. A. C. 390.

nia peccata ſua, quæ poſt baptiſmum commiſerat, ſpeciatim confeſſa eſt; Presbyter mulieri jejunia, & preces continuas imperavit; dum ipſa longo tempore pœnitentiæ cauſa in Eccleſia moratur, quemdam Diaconum ad ſcelus pellexit, & ſtuprum paſſa eſt. Fœmina peccatum vulgavit, maximo populi ſcandalo; hæc res magnam omnibus Clericis creavit invidiam, probro totius Eccleſiæ. Nectarius Epiſcopus, quid poſt hunc caſum facto melius eſſet, hæſit; depoſuit Diaconum, & Presbyteri, cui nomen Eudemon, Alexandriæ nati, conſilium ſecutus, Presbyterum Pœnitentiarium ab officio amovit, liberum cuique relinquens, ut propriæ conſcientiæ teſtimonio ad ſacra Myſteria accederet, vel abſtineret. Ita hæc Socrates hiſtoricus narrat, quæ ex ore proprio Eudemonis audiviſſe dicit, atque eidem reſpondiſſe: *An conſilium tuum Eccleſiæ Dei utile fuerit, vel noxium, Deus ſcit; attamen video, quod Fidelibus ſuſtuleris occaſionem, ne alter alterum reprehendat, contra præceptum Apoſtoli, dicentis: Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite!* Hæc Socratis verba aliter intelligi nequeunt, quam de confeſſione publica aliquorum peccatorum, quam Presbyter Pœnitentiarius, prout ſibi videbatur, imperare poterat, unde

De Pœnitentia.

Eph. 5. 11.

Fide-

Fidelibus proximum reprehendendi, & peccatores arguendi occasio nascebatur. Sæculum IV. A. C. 390.

Pleræque Orientis Ecclesiæ, exemplum Constantinopolitanæ secutæ, sublato Pœnitentiarii officio, antiquam consuetudinem, in Occidente semper retentam, reduxerunt, ut Episcopus per se ipsum pœnitentiæ publicæ curam gereret, & pœnitentes unicum Sacerdotem adire non cogerentur. In antiqua libertate remanserunt, de qua Origenes loquitur, ut sibi liceret, suum Medicum spiritualem eligere, & suorum peccatorum aliqua, si expedire videretur, etiam publice confiteri, aut ad sacra Mysteria accedere, quin ad pœnitentiam recurrerent, si propria conscientia sibi testaretur, eam non esse necessariam, quod hodieque usu tenemus. Cœterum in hujus Historiæ decursu satis dispicietur, per Pœnitentiarii Sacerdotis abrogationem nec Confessionem secretam, ad Pœnitentiæ administrationem nunquam non necessariam, fuisse sublatam, nec Pœnitentiam publicam, pro quibusdam casibus etiam in Ecclesia Constantinopolitana semper observatam. (*) *Orig. hom. 2. in Psal. 37. 19*

(*) Quid ad hæc Protestantes illi, qui repugnante totius Antiquitatis usu, peccata sua nunquam homini confitentur?

Sæculum IV. A. C. 390.

§. XXIV.

Lex ad Diaconissas, & Monachos spectans.

Sozom. VII. 6. 16. Sozomenus credidisse videtur, mulierem, dicti scandali causam, fuisse Diaconissam; nam hanc fuisse occasionem ferendæ illius legis existimat, quam Theodosius ad conservandum honorem, & famam Ecclesiasticorum condidit; in hac lege prohibet, ne in Diaconissas eligantur mulieres, sexagenariis minores, secundum Apostoli præceptum. Jubet etiam, ut tales sint, quæ liberos genuerint, ut petant pro liberis Curatorem, si opus sit; bonorum immobilium, ad proles suas pertinentium, curam aliis relinquant, & illos redditus solum percipiant, de quibus libere disponere jure possunt. Prohibet, ne gemmas, aliave mobilia pretiosa alienent, ne hæredem instituant Ecclesiam, aut aliquem Clericorum, nec eis legato, fideicommisso, aut quacunque ultimæ voluntatis specie quidquam relinquant, idque ipso jure nullum sit. Prohibet etiam, ne in Ecclesiam suscipiantur fœminæ, quæ Religionis obtentu sibi capillos præscindebant; & pœna Episcopo rum, id permittentium, sit depositio. In aliquo Concilii Gangrensis Canone id statutum fuerat. Hæc lex ad Tatianum Præfectum Prætorii Orientis directa, &

L. 7. Cod. Theod. de Episc.

1. Tim. 5. 9. 10.

Sup. l. XVII. §. 33.

Conc. Gang. c. 17.

Medio-

Mediolani undecimo Calendas Julii, Valentiniano quarto cum Neoterio Consulatum gerente, id est, vigesima prima Junii anno 390. at duobus exinde mensibus vigesima tertia Aug. ex parte revocata est per aliam legem, quæ Diaconissis licentiam tribuit, ut Clericis, aut Ecclesiæ, sua mancipia, omnia mobilia, etiam uniones donatione inter vivos dare valeant. Sæculum IV. A. C. 390. *L. 28. Cod. Theod. de Episc.*

Eodem circiter tempore Theodosius legem tulit adversus Monachos, qua in loca deserta secedere jubentur, & in solitudine habitare. Data est tertia Sept. eodem anno 390. & ad eundem Tatianum Prætorii Orientis Præfectum missa. Inde conjicitur, quod præprimis Monachos Ægypti, & Syriæ tangat, qui, zelum obtendentes, urbes ingrediebantur, & molesti erant Judicibus, dum reis veniam petebant tam importune, ut seditionibus ansam darent; bellum etiam aperte Gentilibus inferebant, Idola, & Templa dejicientes. Diximus superius Theodosium hac de re apud S. Ambrosium conquestum. Nihilominus post viginti circiter menses, ubi Constantinopolim rediisset, edita alia hanc legem revocavit 17. Aprilis 392. ad eundem Tatianum directa, qua eam a judicibus extortam dicit, & Monachis liberum in urbes ingressum permittit. Theodosius Imperator, *L. 1. C. Theo. de Monach. & ibi Gotho.* *Sup. §. 4.*

Sæculum IV. A. C. 391.

tribus annis in Italia consumptis, relicto ibi Valentiniano juniore, cum filio suo Honorio Constantinopolim reversus, urbem intravit decima Nov. Tatiano, & Symmacho Consulibus, id est, an. 391.

Socr. V. c. 18 Marcell. Chron. an. 391.

§. XXV.

Hæresis Massalianorum.

Inter Monachos vagabundos, tunc totius Orientis scandalum, numerari possunt hæretici Massaliani, qui mundo se renuntiasse profitebantur, quamvis non omnes essent Monachi. Syriace Massalini, seu Messalini vocabantur, Græce *Euchites*, id est, orantes, quia in sola oratione Religionis substantiam constituebant. Dicebantur etiam Syriace Abini, & Paanini, id est, perversi. Horum duo erant genera; antiquiores erant Pagani, quibus nihil cum Christianis, nec cum Judæis erat commune. Quamvis plures admitterent Deos, unum tamen adorabant, quam dicebant omnipotentem. Credibile est, hos ipsos ab aliis Hypsistarios, aut adoratores Altissimi fuisse vocatos. Oratoria eorum erant ædificia vastissima, & sicut forum publicum solet, sine tecto. In illis vespere, & mane congregati, ad multas lampades cantica in Dei laudem cantabant, unde Græce Euphemites dicti sunt. Non nulli a Judicibus morte plexi, quod veritatem eorum-

Epiph. hær. octog. n. 1.

Hie. proœm. in Dial. adv. Pela.

Sup. L. XI. §. 30.

Epiph. n. 2.

rumperent, & Ecclesiæ usus, non Chri- Sæculum IV
stiani, imitarentur. Euphemites, sublata A. C. 391.
ta eorum, qui perempti fuerant, corpora in illis locis sepelierunt, quo ad orandum conveniebant; hinc ipsis Martyrianorum nomen advenit. Aliqui magnam Dæmonis potentiam, qua hominibus noceret, agnoscentes, ad ipsum convertebantur, invocabant, & adorabant, ut sibi propitium redderent; hinc istis Sataniarum nomen datum. Tales erant Massaliani pagani.

Qui Christiani dicebantur, sub Regno Constantii primum apparuere, sed obscura est eorum origo. Ex Mesopotamia advenerant, & tempore, quo S. Epiphanius Tractatum suum de hæresibus scribebat, nempe anno 376. aliqui Antiochiæ visebantur. Erroris originem nimiæ quorumdam simplicitati adscribit, ad litteram JEsu Christi præceptum ruditer accipientium, ubi jubet nos relinquere omnia, & eum sequi, vendere nostra, & pauperibus dare. Omnia re ipsa relinquebant, at deinde vitam ducebant erraticam, & otiosam, mendicantes, viri, fœminæque permixti, in publicis plateis tempore æstivo dormiebant. Non jejunabant, sed hora octava, vel nona matutina, aut etiam ante solis ortum, quandocunque vorandi desiderium subibat. Laborem manuum tanquam malum re- *Theod. IV. hist. c. 11.*

Sæculum IV. A. C. 391.

probabant, detorquentes illa JEsu Christi verba: *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Joann. 6. 27. Præcipue S. Epiphanius errorem circa laborem impugnat. Hær. oct. n. 4. 5. 6. Ostendit, quam parum homini expediat mendicare, sed inducatur, ut servili vecordia aduletur divitibus, etiam illis, qui per nefas parta possident. Præcepta Apostoli adducit, & Monachorum exemplum, præsertim Ægyptiorum, qui piissime orationem, & laborem manuum conjungebant. Tum Episcoporum, & Presbyterorum usum memorat, (*) hi enim, quamvis jure a populis, quos instruebant, potuissent exigere, ut sibi alimenta præberent, sibique ex aliorum justo labore primitiæ, & oblationes deberentur, nemini tamen importuni accidebant; *Plerique*, inquit: *quamvis non omnes, S. Paulum Apostolum imitantes, artem aliquam manibus suis tractant, quam suæ Dignitati non officere credunt, & talis sit, quæ a continua sollicitudine regendi Ecclesiam non impediat, ut postquam Verbum Dei prædicaverint, conscientiæ suæ testimonio gaudeant, quod opere manuum suarum necessitatibus suis satis-*

(*) Illam nempe S. Epiphanius sua ætate reprobat mendicitatem, quæ otium fovebat; dum vero etiam ab Episcopis, & Presbyteris laborem manuum exigit, nimius esse videtur.

satisfaciant, & quæ sibi superflua sunt, non de oblationibus modo, sed & labore suo pauperibus dent; hæc signa sincera magnæ in Deum, & proximum charitatis habent. Hoc est testimonium, quod S. Epiphanius plerisque ævi sui Episcopis, & Presbyteris reddidit. Sæculum IV. A. C. 391. Massaliani.

Massaliani docebant, cuilibet homini comitem datum esse Dæmonem ab utero matris suæ, & hunc eum ad actiones malas impellere, nec alio remedio ex anima posse ejici, quam sola oratione, qua simul Dæmon, & peccati radix evelleretur. Sacramenta res esse existimabant nec bonas, nec malas. Evchariſtia, eorum opinione, nec proderat, nec nocebat. Baptismus peccata aufferebat sicut novacula capillos rem. nente radice. Dicebant familiarem illum Dæmonem ejici nares emungendo, aut exspuendo, atque ex hominis ita mundati ore scrofam cum porcellis suis egredientem conspici, & ignem ingredi non comburentem; saltem erant, qui ab iis hanc fabulam credi, dicerent. Ad litteram accipiebant præceptum continuo orandi, & ultra quam credi possit, orationes protrahebant. Majori diei parte dormiebant, & evigilantes dicebant, secreta sibi esse revelata, & vaticinia fundebant, quorum falsitatem eventus demonstrabat. Jactabant se oculis corporis S. Trinitatem vi-

Theod. hær. fab. IV. c. 12.

Aug. hær. 57

Sæculum IV. A. C. 391.

dere, atque modo visibili, & sensibili Spiritum S. recipere; hinc sæpius in oratione extra se rapi, & phreneticorum more agitari. Derepente exsiliebant, dicentes, supra Dæmones se extolli, jam affirmabant, se in eos jacula emittere, simulque gestu, & digitorum motu sagittarium referebant, sagittam arcu emittentem. Cum sæpius ita insanirent, ab aliquibus Enthusiastæ dicti sunt. Si quis eorum quemquam interrogaret, an Patriarcha esset, vel Propheta, aut Angelus, aut ipse JEsus Christus? se vero esse, audacter respondebat. Necdum stultitiæ modus; nam credebant, scientiam, & virtutem hominis non modo ad divinæ excellentiæ similitudinem, sed etiam æqualitatem posse pertingere; ita ut, qui inter eos ad perfectionis fastigium perveniissent, peccare amplius nec cogitatione, nec ignorantia possent. Hæretici isti a communione Fidelium non se separabant, sed hæresin solerter occultabant, impudenter negabant, & convicti etiam eam anathematizabant. Sectæ hujus capita erant Adelphius nec Monachus, nec Clericus, sed homo Laicus; Sabbas, qui Monachi vestem gerens, se ipsum eviraverat; inde Evnuchi nomen adhæsit, alter Sabbas, Eustathius venerabilis, Dadaes, Hermas, Simeon, & nonnulli alii.

Epiph. n. 3.

Hie. proœm. in Dial. adv. Pelag.

Phot. Cod. 52.

§. XXVI.

§. XXVI.

Sæculum IV.
A. C. 391.

Massaliani damnantur.

Flavianus Episcopus Antiochenus, comperto, quod Massalianæ Sectæ homines Edessæ morarentur, & venenum pervicinam spargerent, illuc Monachorum turbam misit, qui hos hæreticos Antiochiam adduxerunt; at hæresin suam pertinaciter negantes, convicit hac ratione; dixit, eorum delatores calumniatores esse, testes vero mendaces; tum Adelphium, leniter compellatum, virum senio gravem, penes se considere rogat, & sic alloquitur: *Nobis qui provecta ætate sumus, natura hominis magis perspecta, & Dæmonum artes sunt; experientia didicimus gratiæ indolem. Juvenes isti, qui nunquam ad hæc omnia animum adverterunt, sermones spirituales non capiunt. Ergo edic mihi, quomodo hoc explices, quod Spiritus malignus ex homine exeat, & Spiritus Sanctus se communicet?* Adelphius, his blanditiis captus ait, nullam in baptismo esse utilitatem, solam orationem Dæmonem familiarem posse expellere, qui singulis hominibus, nascentibus, cum natura primi Parentis adveniret; hoc Dæmone per orationem abacto, adesse Spiritum Sanctum, suamque præsentiam sensibiliter, & visibiliter manifestare, dum corpus ab omni affectuum motu,

Theod. IV. hist. c. 11. hær. fab. IV. c. 11.

Sæculum IV. A. C. 391.

motu, & animam a propensione ad malum liberaret, ita ut homini jam nullo jejunio opus esset ad conterendum corpus, nec doctrina ad dirigendum intellectum. Hominem, in hoc statu positum, clare futura prævidere, & S. Trinitatem suis oculis contemplari. Tunc vero Flavianus ad Adelphium illa Scripturæ verba: *Inveterate dierum malorum! ore tuo convictus es!*

Dan. 13. 52. 61.

Flavianus deinde cum tribus Episcopis, quos aliis e causis Antiochiæ fuisse præsentes credibile est, atque triginta omnino Presbyteris, & Diaconis Concilium egit; tres Episcopi fuere Byzeus Seleuciensis, Maruthas Sopharenensis in Mesopotamiæ finibus, & Samus, cujus Sedes ignoratur. Quamvis Adelphius animum pœnitentem ostenderet, & hæresi renuntiare videretur; nihilominus cum Sectatoribus suis a Concilio damnatus est, atque postea apparuit, quam parum sincera eorum renuntiatio fuisset, quippe convicti sunt, quod per Epistolas cum illis communicarent, quos ipsi tanquam Massalianos condemnaverant, & ea hæresi infectos sciebant. Flavianus Epistolam dedit ad Fideles Provinciæ Osroenes, in qua erat Edessa; in ea, quid actum fuerit, edocet, dicitque, hæreticos devictos fuisse, & anathematizatos. Episcopi Osroenes gratias Flaviano egerunt,

Phot. Cod. 52.

Massaliani.

runt, & facta laudarunt. Attamen Syria omnibus istis hæreticis tunc non est expurgata. Sæculum IV. A. C. 391.

Qui inde ejecti sunt, in Pamphyliam migrarunt. At S. Amphilochus Episcopus Iconiensis in Lycaonia, Pamphyliæ contermina, Concilio Sidam, Pamphyliæ Metropolim, ubi viginti quinque Episcopi cum ipso comparuerunt, convocato, Provinciam ab hac peste liberavit. Ad S. Flavianum Antiochenum Epistolam Synodalem dederunt, ut, quid ipsi egissent, sciret. In acta hujus Concilii S. Amphilochus propria hæreticorum verba inseri jusserat, ex quibus clarissime Doctrinæ eorum pravitas dispicitur. Letoius Episcopus Melitinensis in Armenia ad S. Flavianum scripsit, quærens, quid de Massalianis sentiendum? eosque in Concilio damnatos comperit; hinc Letoius, zelo animatus, cum plura Monasteria, hoc errore corrupta, sciret, expulsis hæreticis, eorum domos incendit. At opem impiis tulit alius Armeniæ Episcopus, apud quem S. Flavianus, datis litteris, conquestus est. *Phot. ibid.* *Theod. IV. hist. c. 11.*

§. XXVII.

Schisma Antiochenum. Concilium Capuanum.

Necdum Schismatis Antiocheni finis. *Socr. V. c. 15* Pau-

Sæculum IV. A. C. 391.

Paulinus Episcopus annum circiter 389. obierat; non ideo tamen ejus Sectatores Flavianum agnoscere voluerunt, sed alium habebant Episcopum, nempe Presbyterum Evagrium, S. Hieronymi amicum, Pompejani filium, illustri Antiochiæ familia ortum. Paulinus solus, cum adhuc viveret, eum Episcopum constituerat, contra plurimorum Canonum prohibitionem. Non licebat enim Episcopo sibi Successorem ordinare; omnes illius Provinciæ Episcopi ad ordinationem erant convocandi, & saltem tres adesse oportebat. His non obstantibus Occidentales Evagrium pro Episcopo Antiocheno habuerunt, & cum eo, sicutante cum Paulino, communicarunt; nam Paulinistæ semper Flaviano objiciebant, ..ramentum suum violasse, dicentes, cum adhuc esset Presbyter, sicut & cœteros jurasse, si Paulinus in vivis ageret, Successorem alium Meletio defuncto non electuros. Itaque pars utraque magis in eo laborabat, ut probaret alterius ordinationem esse nullam, quam suam fuisse legitimam. Capuæ in Italia Concilium actum est, in quo omnibus illis, qui fidem Catholicam profiterentur, Communio concessa; quod autem ad Evagrii, & Flaviani litem spectabat, id relictum est Theophilo Alexandrino, & Episcopis Ægypti discutiendum, quia neutri parti plus

Soz. VII. c. 15.
Hier. Chron. an. 273.
Theo. V. c. 23.
Ibid. n. 2.

Sæculum IV. A. C. 387.

plus æquo favere credebantur, cum neutrius communionem fuissent amplexi.

Patres Concilii Capuani judicium ferendum in causa Bonosi Episcopi Sardicensis ad Episcopos vicinos, præcipue Macedones, & Anysium Thessalonicensem, eorum Metropolitanum, remiserunt. Bonosus, sicut Jovinianus, perpetuam Mariæ Virginitatem negabat, dicens, alios post JEsu Christi nativitatem genuisse liberos. Imo JEsu Christi quoque Divinitatem, sicut Photinus, oppugnabat, hinc Photiniani post hæc dicti Bonosiaci. Episcopi Macedoniæ Bonosum judicare detrectabant, & ejus causam denuo ad Episcopos Italiæ deferebant; hi vero responderunt: *Cum vos Concilium Capuanum Judices constituerit, jam nos esse non possumus; in vos Concilii auctoritas translata est.* Hic habemus exemplum, quanta moderatione fuerint Episcopi, præcaverintque, ne alii aliorum jura læderent; hoc exemplum multo magis memorabile est ideo, quod aliqui etiam ex Romanis hanc Episcoporum Italiæ Epistolam Siricii Papæ opus esse dicant. Tandem Anysius Thessalonicensis, aliique Macedoniæ Episcopi in causa Bonosi sententiam pronuntiarunt; simul statuerunt, ut illi, quos ordinare attentasset, postquam ei functiones suæ fuerant

Ep. Synod. ap. Ambr. v. Not. in c. 5. n. 35. Ambr. de Instit. Virg. Mar. Merc. dissert. de 12. anath. n. 15. p. 128. Sup. §. 40. Gennad. catal. c. 14. ad Audent.

Hollsten. collect. R. p. 189. Innoc. 1. ep. 22. n. 5.

Schisma Antiochenum.

Sæculum IV. A. C. 391.

rant interdictæ, reciperentur. Episcopi Macedoniæ hoc Decretum contra Canones, necessitate temporum coacti, condidere, ne Clerici illi, si Bonoso adhærerent, scandalum in Ecclesia augerent.

Evagrius urgebat, ut ea, quæ in Concilio Capuano decreta fuerant, executioni mandarentur; at Flavianus satisfacere recusabat, & se judicio Episcoporum Ægypti subjicere. Contra Imperatori libellos iterum tradebat, & abeodem rescripta obtinebat. Hac de re Theophilus Alexandrinus ad S. Ambrosium scripsit, qui per Epistolam respondens, dicit: *Non est profecto cur Evagrius ita judicium urgeat, est quoque cur Flavianus timeat! hinc judicium evitare cupit. Ambo justo nostro dolori parcant! duo viri orbem universum turbant! verumtamen afflictione nostra nullatenus moventur, & nihil agunt quo Jesu Christi pacem reducant!* Et inferius: *jam rursus Episcopi, ætate decrepiti, fatigabuntur, derelinquenda erunt sacra altaria, ut maria trajiciant; illi, qui licet pauperes, tamen paupertatem non aegre ferebant, jam eam gravissime sentient, aut dari solitas eleemosinas pauperibus subtrahere cogentur. Interim Flavianus se solum legibus exemptum putat; tam Imperatoris mandatis, quam Episcoporum congregatorum decretis comparere in*

Ambr. 56.

n. 3.

n. 4.

n. 5.

in judicio jubetur, non comparet! non hæc tamen ita dicimus, quod fratrem noſtrum Evagrium cauſa potiorem credamus, nam non ſine maximo dolore intelligimus, utrumque in alterius magis infirmitate, quam ſuæ cauſæ bonitate confidere. Et iterum: *Tuum igitur eſt, ulterius apud fratrem noſtrum Flavianum inſtare, ut, ſi recuſans perſiſtat, cum omnibus pacem habeamus ſecundum Concilii Capuani Decretum, nec unius partis fuga, quod ſancte ſtatutum, poſſit eludere. Cæterum exiſtimamus, hæc omnia a vobis ſancto fratri noſtro Epiſcopo Romano eſſe communicanda; nullatenus enim dubitamus, tale judicium veſtrum futurum, ut id ab eo reprobari nequeat;* (*) *& hoc ipſum ad pacem ſolide firmandam neceſſarium eſt, ut ſimul omnes in ea, quæ ſtatueritis, conſentiamus.*

Sæculum IV. A.C. 391. n. 6. n. 7.

Interim Papa apud Imperatorem contra Flavianum querelas renovat. *Tyrannos, qui in te inſurgunt,* inquit: *omni vi proſtratos, opprimis! at tibi curæ non eſt, eos, qui JEſu Chriſti leges transgrediuntur, manere impunitos!* Theodoſius, ubi menſe Nov. Conſtantinopolim, ex

Theod. V. hiſt. c. 2.

(*) Ergo ſi Judicium reprobandum tuliſſent, id a Pontifice Romano fieri oportere S. Ambroſius exiſtimabat.

Sæculum IV. A. C. 391.

ex Occidente reversus, attigerat anno 391. statim illuc Flavianum venire jusserat, præcipiens, ut Romam proficisceretur; cupiebat enim Imperator Papæ, aliisque Occidentis Episcopis satisfacere, instantissime petentibus, ut Schismatis Antiocheni scandalum tolleret. Tunc quidem excusavit Flavianus, quod iter non ingrederetur hyemali tempore, & domum remeavit, promittens, se proximo vere Romam iturum; Papa rursus urgente, Imperator rursus Flavianum adesse jubet, multisque persuadere conatur, ut Romam se conferret; tunc Flavianus intrepide; *Si in fide errare dicar, aut vitam ducere Sacerdotio indignam, non alios Judices peto, quam ipsos accusatores meos! si vero de Sede mea agatur, & sola quæstione, uter alteri sit præferendus? non me defendam, cedam primum locum cuicunque, qui eum invadere voluerit.* Hac animi magnitudine motus Imperator remisit virum, ut Ecclesiam suam ut antea regeret. Haud diu post hæc Evagrius humanis excessit, atque Flaviani industria factum, ut nemo in ejus locum sufficeretur; attamen, qui Flavianum aversabantur, separatos conventus egere.

Socr. V. c. 15
Soz. VII. 6, 15.

§. XXVIII.

Sæculum IV.
A. C. 391.

§. XXVIII.

Seditio Gentilium Alexandriæ.

At Theophilus Episcopus in eo totus erat, ut Idololatriam in Ægypto, ubi altissimas radices egerat, extirparet. Alexandriæ vetus Templum erat, ita collapsum, ut soli muri starent. Theophilo visum, e re facturum, si illud ab Imperatore Theodosio peteret, ut crescente populi fidelis multitudine, etiam Ecclesiarum numerus augeretur; ubi impetravit, quod voluit, primo fanum purgari jussit, & Idola aufferri. In locis subterraneis, & arcanis, quæ a Gentilibus græce Adyta dicebantur,& consecrata habebantur, invenerunt quasdam effigies, quas Græci *Phallaous* vocant, nefanda repræsentantes, alias quoque ita lepide effictas, ut ad risum movendum aptæ essent; has Theophilus de industria in publicum protrahi jussit, & in plateis circumferri, ut, prodita Mysteriorum infamia, Gentilibus ruborem excuteret. Hi tantum pudorem ferre non potuere,Philosophi iram non tenuerunt, populus in furorem actus; nec intra clamores res stetit, ad arma prorumpentes, manus conseruere; in plateis confligebant, atque utrinque non nulli cadebant; Christiani quidem, quamvis viribus prævalerent, tamen Religionis modestia cohi-

Ruff. II. hist. c. 22. Soz. VII. c. 15. Socr. V. c. 16

Sæculum IV. A. C. 391.

bebantur; verum Pagani, aliquibus Christianorum occisis, in templum Serapis, tanquam commune munimentum, se recipiebant. Inde ex insidiis erumpentes, occupatos Christianos intus attrahebant, in aris suis sacrificare cogebant, & recusantes, crudelissimis afficiebant tormentis; crucifigebant, crura frangebant, occisorum corpora in foveas projiciebant, ad hoc ipsum præparatas, ut illuc victimarum sanguis, aliæque sacrificiorum cruentorum immunditiæ confluerent.

Gentiles primo in Christianos subtimide sæviebant, mox crescente audacia, omnique timore discusso, moliebantur, quidquid desperatio suggerebat; aliquamdiu occupatum templum propugnarunt. In Principem sibi delegerunt quemdam, Olympum appellatum, nomine, & veste Philosophum; ex Cilicia advenerat, ut cultui Serapis initiaretur, & Alexandriæ sedem fixit, paganæ Religionis Doctor. Omnes, quicunque occurrebant, congregabat, leges antiquas edocebat, cuncta prospere, favente cælo, eventura iis promittens, qui illas sollicite essent observaturi. Omnes ad persuadendum dotes a natura acceperat; statura corporis alta erat, & spectabilis, facies pulchra; media viro, & vivacissima ætas; affabilis, suavis alloquio, & facundus audientium animos capiebat; de-

mum

mum ad id natus, factusque videbatur, ut a populi multitudine quidquid vellet, obtineret, utpote quem, virum prope Divinum, suspiciebant. Sæculum IV. A. C. 391.

Serapis templum, quod pro arce habebant Pagani rebelles, erat ædificatum in terreno aggere, manu hominum congesto, ultra centum gradus alto, quadrato, & undique amplissimo. Infima fornicato opere intus extendebantur in multas cameras, ad diversa ministeria divisas, quæ per secretos meatus communicabant, & lucem cœli desuper infusum accipiebant. Superius in extremis aggeris oris circum stabant aulæ, cubicula, & excelsæ domus, Ministrorum, & advenarum, qui ablui vellent, habitationi destinatæ. His junctæ erant Porticus, quadratam aream cingentes, in cujus medio exsurgebat templum, vastum, & superbum, marmore exstructum, atque pretiosis columnis sustentatum. Intus muri laminis cupreis obtecti erant, sub quibus argenteæ, rursusque sub istis aureæ latere dicebantur, ut semper metallum, quod pretiosius esset, custodiretur. Serapis simulacrum tam enormi erat magnitudine, ut extensæ manus adversa templi latera contingerent; species erat viri venerabilis, barbati, & longis capillis, qualis in nummis visitur. At penes Deum conspiciebatur monstrum informe, & for- *Ruff. II. c. 23.* Serapis Templum. *Macrob. I. Saturn. c.* 20.

Sæculum IV. A. C. 391.

te ſymbolicum; nempe animal triceps; caput duobus aliis majus, & in medio poſitum, leonem referebat, a parte dextra canis caput, leniter blandientis prominebat, a ſiniſtra vero lupi rapacis; atque ingens Draco, hæc tria animalia ſinuoſi corporis volumine involvens, caput ſuum demum in dextra Synapis manu deponebat. Deus capite geſtabat modium, atque ideo non nullorum mentibus conjectura injecta, eſſe Joſephum Patriarcham, cui Ægyptiorum ſuperſtitio pro parta ſibi frumentorum abundantia Divinos honores decreviſſet; quippe nemini ſatis conſtabat, quis Deus in hac effigie repræſentaretur, aut quænam hujus Religionis origo eſſet? Idoli materia non una erat, ſed plures mixtæ; ex omnis generis metallis, unionibus, & lignis conflatam dicebant; hæc initio colore cæruleo fuerat depicta, quem vetuſtas mutavit in nigrum. In templo parva erat feneſtra, magna induſtria in tali loco aperta, ut penetrans ſolis radius in Serapis faciem incideret, idque accurate illa die, qua Solis ſimulacrum in Serapis templum adferri ſolebat, ut Deus Deum inviſeret; ita ut Sol Serapi ſalutem dicere, & oſculum ori imprimere, inſpectante omni populo, videretur. Plures ejusmodi artes illa ætate Sacrificuli decipiendis Idololatris adhibere narrabantur. Illud certum,

vid. Aug. XVIII. civit. c. 5.

Clem. Alex. protrep. p. 14.

Serapis.

Jul. Imp. ep. 10. 51.

Eunap. in p. 72.

Paga-

Paganos Alexandriam urbem Sanctam ob Serapis præsentiam æstimasse, nec alteri Idolo plus honoris habuisse. Sæculum IV. A. C. 391.

Eo tempore Præfectus Ægypti erat Evagrius, & Romanus Comes copiis imperabat; hi seditione comperta ad templum Serapis procurrunt, & seditiosos interrogant, unde tanta temeritas; quid sibi tumultus? quid concursatio? quid civium sanguis circa Altaria effusus sibi vellent? Seditiosi omnes templi aditus occluserunt; quid autem responderent incondito clamore, & confusis vocibus exaudiri non potuit. Quanta esset Romanorum potentia, atque si pervicaciter resisterent, ultima esse passuros, insanientibus frustra ingerebatur. Ob loci naturam, quem manu quoque munierant, non alia ratione, quam vi aperta oppugnari poterant, quod antequam molirentur, militum Duces rem ad Imperatorem perscripserunt. Seditiosos & sua desperatio, & Olympi hortatus animabant; dicebat, præstare atrocissima experiri, quam leges patrum suorum prodere; & cum eos animo dejici videret, quod Idola essent eversa, ajebat; Idola quidem materia constare fragili, atque imagines esse, quæ perire possent, sed in iis quasdam virtutes habitasse, quæ avolassent, & jam in Cœlum essent receptæ. Imo amicis suis prædixerat, brevi Serapin templum suum relicturum. *Ruff. II. c.* 22. *Soz. VII. c.* 15.

Sæculum IV. A. C. 391.

§. XXIX.

Templi Serapis eversio.

Martyr. Rom. 17. Mart.

Theodosius Imperator, audita seditione Alexandrina, beatos se illos Christianos æstimare edixit, in hoc tumultu occisos, quod coronam Martyrii essent adepti; hos Ecclesias ut Martyres decima septima Martii honorat. Voluit Imperator, ut ipsorum interfectoribus venia concederetur, tum ne reorum supplicia Sanctorum Martyrium funestarent, tum ut parricidæ ad amplectendam Christianam Religionem allicerentur; at templa urbis Alexandriæ, inhumanæ seditionis causam, destrui jussit. Episcopus Theophilus, qui impetraverat, ut hoc mandatum a Cæsare emanaret, juncta Evagrii Præfecti, & Romani Comitis opera, curam gessit, ut ad effectum deduceretur. Monachos quoque Alexandriam accersivit, qui ipsum precibus suis apud Deum adjuvarent. Responso deinde ab Imperatore accepto, omnis populus Pagani, æque ac Christiani convenere, ac si ad breve tempus ab armis abstinere condixissent. Lecto epistolæ initio, ubi Paganorum vana superstitio damnabatur, exclamarunt Christiani, & Gentiles terrore perculsi; quisque eorum latere, salutem inter Christianorum cuneos cupiebat. Multi, relicta Alexandria, in diversa

vit. Patr. Ros. p. 572. n. 63.

Ruff. II. 6. 22. 23.

sa loca auffugerunt. Inter hos fuere duo Grammatici, qui post hæc Constantinopoli docuerunt, quorum alter, nomine Helladius, Jovis Sacerdos, se jactabat, quod in seditione homines novem jugulasset; alter, nomine Ammonius, illius Simiæ Sacerdotio functus fuerat, quam Ægyptii velut Numen adorabant. Qui Serapis templum custodiebant, fuga saluti suæ consuluerunt; ipse Olympus tergum vertit. Dicunt eum, nocte fugam præcedente, audivisse a quoquam in Templo *Alleluja* cantari, cum vero neminem videret, portas omnes clausas sciret, & præter hanc solam vocem, altissimum esset silentium, omen accepit, & secreto Templo egressus, conscensa navi, in Italiam transvectus est; forte hoc prodigium commentus, ut fugæ pudorem levaret.

Sæculum IV. A. C. 391.

Soz. VII.

Vetus vaticinium, incerto auctore, in vulgo fidem invenerat, si Serapis Idolum manu hominis violaretur, hiaturam illico terram, ruiturum Cœlum, & omnia in antiquum chaos revolvenda; hæc superstitio, prælecto Imperatoris Rescripto, populum aliquantisper cohibuit; at quidam miles, jubente Episcopo Theophilo, manibus correptam securim toto corporis annisu in Serapis maxillam impegit; omnes Christiani, & Gentiles exclamare; sed rediit animus; ictus geminat mi-

Ruff. II. c. 23.

Serapis.

Theod. V. c. 2.

Sæculum IV. A. C. 391.

les, ſtatuæ immanis genua ſuccidens; corruit illa, & in fruſta ſecatur; dum caput amputatur, non modica glirium multitudo exſiliit, diviſa membra per totam civitatem rapiuntur, & in flammas conjiciuntur; truncus, qui ſupererat, in Amphi-Theatro combuſtus. Hic finis fuit celebratiſſimi Serapis adoratoribus ſuis præſentibus, & una cum cœteris irridentibus.

Idolo deſtructo, templum demoliri cœperunt, idque usque ad fundamenta everſum, nempe illam ſtruem ſolidam, cui inſiſtebat, & quæ non facili labore ob ingentem lapidum magnitudinem dejici poterat; nihil ergo tanti ædificii niſi ruinæ ſupererant. Quibusdam lapidibus cruces inciſæ conſpiciebantur, & Chriſtiani, qui in Hieroglyphicis Ægyptiorum periti erant, id eſt, in eo Scripturæ genere, quam ſacram habebant, ignaros docebant, hac figura apud Ægyptios vitam futuram denotari. Hæc res multis Paganorum occaſio fuit Chriſtianam fidem ſuſcipiendi, eo lubentius, quod antiqua traditione tenerent, tunc Religionis ſuæ finem adfuturum, cum crucis figura apparuiſſet. Hinc Sacrificatores, & templorum Miniſtri, utpote cœteris eruditiores, exemplo in converſione ad fidem præibant. In qualibet urbis Alexandrinæ domo ad muros, ante fores, ante feneſtras

Socr. V. c. 17. *Sozom. VII.*

Ruff. II. c. 19.

Serapis

Serapis anaglypha euntibus occurrebant; omnia sublata, nec ullo hujus, vel alterius Idoli signo remanente; in quorum locum figura crucis depicta. Sæculum IV. A. C. 391.

In hoc templo ulna, qua Nili ascensum annuum mensurabant, servabatur, quod beneficium Gentiles Serapi in acceptis referebant; hanc Julianus, semel ablatam, illuc jusserat restitui. Dicebant ergo Gentiles, jam Nilum non amplius superantibus aquis ubertatem agris suis illaturum; at vero plenius exundarunt aquæ, quam aliis annis; imo ne senes quidem tantam superiorum annorum felicitatem reminiscebantur. Illa mensura in Ecclesia rursus deposita, quo eam Constantinus multo ante deponi jusserat. Ubi ad aures Theodosii pervenit quænam Alexandria acta essent, & quæ fuisset mensura altitudinis aquarum; elevatis in Cœlum manibus, gaudio exsiliens, dixit: *gratias tibi ago, JEsu! quod vetus error sublatus sit, nec opus fuerit, ut urbs vastissima ad abolendam superstitionem susque, deque verteretur.* Aliquot post annis, tardius, quam solebat, Nilus exundavit; Gentiles hujus rei causam esse dicebant, quod Præfectorum mandatis fluvio sacrificia afferre pro more Majorum prohiberentur. Prætor metuens, ne in seditionem prorumperent, quid factu opus esset, Imperatorem, missa epistola,

ibid. c. 30.

Sup. l. XV. §. 3.

Sup. l. XI. §. 33.

Templum Serapis.

Soz. VII. c. 20.

Sæculum IV. A. C. 391.

stola, consuluit; qui respondit in hunc modum: *vera Religio aquis Nili præbenda est, & abundantiæ, quam producunt; utinam fluvius iste nunquam exundet, si terræ pinguedo incantationibus magicis, & sacrificiis cruentis emenda est!* haud multo post Nili undæ ita excreverunt, ut postquam altitudinem, post memoriam hominum summam, exæquassent, adhuc dum extollerentur; tunc vero plerique timere, ne Alexandria submergeretur, & Gentiles exclamare; Nilum ultima senectute ita debilitatum, ut aquas tenere non posset! Multi hac occasione ad fidem conversi.

Ruff. II. c. 27. 28.

Area, ubi templum Serapis steterat, expurgata, duæ ibi Ecclesiæ ædificatæ; in una earum S. Joannis Reliquiæ depositæ, quæ ante triginta ferme annos, Juliani Imperatoris ætate, S. Athanasio allatæ fuerant. Vir doctus, cui nomen Sophronius, librum de destructione Serapis memorabilem scripsit, quod S. Hieronymus, cujus plura opera Sophronius in Græcum sermonem transtulerat; testatur, atque posito hoc Auctore, Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum finit, quem, ut ipse indicat, anno Theodosii decimo quarto, id est, anno 392. composuit.

§. XXX.

§. XXX.

Sæculum IV. A. C. 391.

Idololatriæ ruina in Ægypto.

Postquam Serapis cecidit, nulli Idolorum templo non Alexandriæ modo, sed & in tota reliqua Ægypto stare licuit. Singulis locorum Episcopis curæ fuit, ut destruerentur, quod in urbibus, & oppidis, ruri, in Nili ripis, atque etiam in desertis effectum. Dum templa Alexandrina dejiciuntur, crudelia Mythræ Mysteria patuere; in locis sacretissimis, quæ Gentiles Adyta appellabant, inventa sunt abscissa infantum capita labiis deauratis, quod victimis fieri solebat; præterea picturæ inventæ, sævissima mortis genera exhibentes. Nam infantes jugulare adsueverant, præsertim puellas parvulas, atque in earum visceribus futura scrutari. Tanta sævitia manifestata, erubescentes Pagani turmatim convertebantur. *Ruff. II. c. 24.* *Socr. V. c. 61.*

Sacerdotum quoque falsorum Deorum detectæ sunt fraudes, quibus populorum simplicitatem decipiebant. Quædam Idola lignea, vel ænea, intus cava, humeris suis muris incumbebant, per quos latentia itinera ducebant; ita occulte ascendentes Sacrificuli, & Idola ingressi, oracula, ut lubebat, fundebant. Tyranus, Saturni Sacerdos, hac arte urbis Primorum uxoribus illusit. Marito dicebat, Deum *Theod. V. c. 2.* *Ruff. II. c. 25.*

Sæculum IV. A. C. 391.

Deum mandasse, ut uxorem mitteret, noctem in templo transacturam. Maritus lætissimus, quod se Saturnus tanto honore dignaretur, uxorem, pulcherrimo, quem haberet, cultu, ornatam, & oblationibus onustam mittebat; hæc in templo, cunctis videntibus, sola includebatur, Tyranus portarum claves alteri publice dabat, & recedebat. At nocte concubia per viam subterraneam veniebat, & intrabat in Idolum. Multæ in templo accensæ faces lucem dabant, cum igitur mulier, precibus suis intenta, neminem videret, & tamen repente vocem, ex Idolo se alloquentem, audiret, mixta pavore lætitia afficiebatur. Tyranus, postquam Saturni nomine, talia dixerat, quæ mulieris timorem augerent, aut ad id, quod ipse facturus erat, patiendum attonitæ animum præpararent, subito, dispositis in hunc effectum linteis, omnia lumina extinguebat; tum descendens, faventibus tenebris, libidinem explebat. Jam multo tempore mulieribus imposuerat veterator, dum una, cœteris prudentior, ad hanc lasciviam exhorruit, & attentius auscultans, Tyrani vocem agnovit; ergo domum reversa, fraudem marito aperit. Hic statim actionem in judicio movit, Tyranus quæstioni admotus, & propria sua confessione convictus, multarum Alexandriæ urbis familiarum infamiam propalavit,

palavit, tot adulteria manifestans, & incertam plurimæ sobolis originem. Hæc crimina vulgata non parum ad Idolorum, templorumque eversionem contulerunt. Sæculum IV. A. C. 391.

Theophilus Idola ex metallo liquari jussit, ut ex iis lebetes, aliaque vasa ad usum Ecclesiæ Alexandrinæ conficerentur; nam hæc Idola ei Imperator donaverat, in pauperum necessitates conferenda; hinc Gentilibus occasio nata dicendi, Episcopum, ut ipsis bellum moveret, avaritia impulsum. Idolum unicum servavit integrum, inter cœtera maxime ad risum movens, effigies Simiæ fuisse creditur, & publice hominum oculis exposuit, *ne aliquando*, inquiebat: *Gentiles negare possint, se tales Deos adorasse.* Destructionem templorum, Deorumque Ægypti referunt ad annum 389. quo forte cœpta fuerit, sed duobus, tribusve annis duravit, sicut cognoscitur ex Lege Theodosii directa ad eosdem Ministros, qui eam executi sunt, Evagrium Præfectum, & Romanum Comitem, data Aquilejæ decimo quinto Calendas Julii, Tatiano, & Symmacho Consulibus, id est, decima septima Junii, anno 391. in hac lege omnibus, & singulis prohibetur sacrificare, templa circuire, intrare, aut quemcunque demum cultum Diis exhibere. Judex, qui tempore, quo munere suo fungitur, loca ista profana ingressus fuerit,

Socr. V. c. 16.

Eunap. in Ædes p. 74.

Idololatriæ Ruina.

Chr. Marcell. an. 389.

Sæculum IV. A. C. 391.

rit, ad dandas quindecim auri libras appensas damnabitur. Nempe aliqui Magistratus adhucdum Deorum cultores erant. Nihilominus Theodosii maximum veræ Religionis studium efficere non valuit, quin celebria in pluribus Orientis urbibus templa, Deos suos defendentibus populis, intacta remanerent; talia visebantur in Arabia, Petræ, & Areopoli, antiqua Moabitarum Metropoli; in Palæstina Raphiæ, & Gazæ, ubi saltem Marnæ templum claudi jussum.

Hieron. de loc. hebr. Moab. ep. 7. ad Læt. 6. 2.

Inter celebratissimas Ægypti urbes Canopus erat, in Insula quadam duodecim milliaribus, aut quatuor leucis Alexandria distans, ad unum Nili ostium loco salubri, & jucundissimo posita. Plura ibi visebantur templa; magna peregrinorum frequentia. Attamen non major hominum, quamvis plurimi essent, quam scelerum multitudo; nam obtentu Gymnasii, in qua litteræ Sacerdotales Ægyptiorum discerentur, prope publice magicæ artes docebantur. Sophista aliquis, cui nomen Antoninus, & Mater ejus Sosipatra paucos ante annos non vulgarem sibi famam comparaverant; at Antoninus, Imperatoris pietatem pertimescens, artem occultabat. Is eversionem templi, & ipsius Serapis ruinam præsagiisse, dicitur, quod vaticinium inter Gentiles ita erat vulgatum, ut S. Augustinus inde an-

Eunap. Ædes. p. 71.

Canopus.

sam

sam acceperit, librum de Divinatione Dæmonum scribendi. Singularis urbi Canopo Deus erat Idolum ridiculum, quod loco corporis humani solo capacissimo ventre constabat; impositum erat caput, & subtus pedes visebantur; cœterum brachia, crura, aliæque partes desiderabantur. Hujus Dei hanc narrabant originem, & historiam; Chaldæi olim ignem, quem adorabant, peregrinantes ubique, secum ferebant, eumque cœterorum Deorum omnium victorem jactabant. Quippe nullum Idolum vi ignis poterat resistere, sed omnia comburebantur, aut liquefiebant, aut saltem naturam mutabant. Ægyptii habebant vasa magna, ex terra cocta, in infima parte punctim perforata, quibus utebantur, ut infusa Nili aqua, luto hærente, pura effluueret. Uni tali vasi Canopi Pontifex in fundo ceram obduxit, illudque aqua implevit, tum veteris cujusdam statuæ caput amputatum rotundæ machinæ concinne aptavit. Advenientes Chaldæi ignem Deo subjecerunt; & ecce! liquefacta cera prorumpens aqua ignem extinxit. Hoc modo Canopus Chaldæorum Deum superavit, delevit. Sæculum IV. A. C. 391. *Ruff. II. c. 26.*

§. XXXI.

Monasteria Canopi.

Theophilus Episcopus quieti caput non dedit, donec templa omnia in Cano- *Ruff. II. c. 27.*

Sæculum IV. A. C. 391.

po Insula, & specus scelestis superstitionibus fœdatas subvertisset. His suppressis, Ecclesiæ, & Monasteria ædificata, illatæ reliquiæ, & Sanctorum imagines. Hac de re ita loquitur Sophista Eunapius, Idololatriæ Defensor egregius. Postquam templi Serapis ruinam satis deflevit, & Episcopum Theophilum comparavit Eurimedoni Regi Gigantum, in Deos bellum moventium, subjungit: *Subinde in loca sacra introduxerunt, quos dicunt Monachos, qui sub figura humana porcorum vitam ducunt.* Eunapius ideo tam male habet Monachos, quod pauperes viverent, & balneis abstinerent, cum Ægyptiorum Sacerdotes ter de die lavari solerent, & oleo odorifero ungerentur. De cœtero nemo magis his Monachis sobrietatem amabat. Dicit, eos atra veste contegi, & addit: *Monachos Canopum quoque adduxerunt, & homines, qui antea Deos colebant, jam vilissimis mancipiis servire coegerunt; nam cum capita eorum collegissent, qui judicio damnati merito supplicio criminum suorum pœnas dederant, scelestos homines pro Diis venerati sunt, in terram prostrati adorabant, & sanctiores fieri putabant, dum in eorum sepulchris contaminabantur. Martyres, Diaconos, Mediatores apud Deos vocabant homines, qui, vita in misera servitute consumpta, subflagrorum ictibus extincti fuerant, & quo-*

in Ædes. p. 73. 75.

rum

rum imagines turpissimæ mortis symbola exhibent. Et tamen, vah probrum! hodieque terra tales Deos sustinet! Hæc sunt Eunapii verba. Ex quibus dispicitur consuetudo Reliquias in loca transferendi, quæ Deo erant consecranda, & eorum custodiam Monachos fuisse constitutos. Dispicitur, Sanctos, præsertim Martyres, tanquam intercessores apud Deum fuisse agnitos, tantumque honorem iis habitum, ut Gentilibus, qui tantum exteriora aspiciebant, Divinus videretur. (*) Dispicitur, Christianos solitos ad eorum tumulos prosterni, & credidisse, se hac visitatione sanctificari; tandem eorum imagines fuisse asservatas, quæ appictis signis passionis genus indicabant.

Sæculum IV. A. C. 391.

Inter cætera Canopi Monasteria fama eminebat Metaneense, id est Græce, Monasterium Pœnitentiæ; in eo Regula S. Pacomii, sicut & in Tabennensi observabatur, & jus Asyli, ipsis concedentibus Gentilibus, semper obtinuit. In hoc ferme tempus S. Pacomii obitus incidit. Biduo, antequam excederet, congregatis omnibus suis fratribus, postquam pia vitæ Monasticæ monita dedisset, Petronium ex eorum gremio nominavit, tanquam

Hier. præf. in Reg. S. Pachom. Conc. Calced. act. III. p. 408. vita S. Pachom. c. 53.

(*) Hodieque ex Protestantibus aliqui scandalizari saltem videri volunt, sed est scandalum Pharisaicum.

Sæculum IV. A. C. 391.

dignissimum, qui sibi in Monasterii Regimine succederet; itaque in pace quievit die 14. mensis Ægyptii, *Pachon*, id est, Maji, atque eadem die Ecclesia ejus memoriam colit. Discipuli ejus pro more illius temporis parentarunt, tota nocte a defuncti corpore non discesserunt, Psalmos, & hymnos canentes; altera die Patrem suum in monte sepelierunt. S. Petronium, tunc in Monasterio Chinoboscensi ægrotantem, S. Pacomius accersi jusserat; vir erat magna in Deum fide, humilis moribus, Disciplinæ regularis amans, prudentia, & discretione singulari; at sanitas corporis deerat; venit ergo Tabennas, adhuc languens, & postquam paucos dies Congregationi præfuisset, vita excessit, & Successorem, virum sanctum, cui nomen Orsiesius, reliquit.

§. XXXII.

Occidentis conspectus.

Non minus fortiter in Occidente contra Idololatriam pugnabatur, ubi potentiores Defensores nacta erat. Theodosius adhucdum in Italia existens, in societate Valentiniani junioris, duas leges condiderat, quæ ad Provincias Occidentales, ubi eum relinquebat, spectabant. Prima directa est ad Albinum Præfectum Romanum, data Mediolani 27. Febr. anno 391. & prohibet quibuscunque, ne vicinas

Lib. 10. C. Theod. de pag.

mas immolent, templa adeant, aut Idola adorent. In hoc mandato Judices nominatim memorantur, addita pœna solvenda quindecim auri librarum, & altero tanto contra eorum Ministros, nisi eos detulerint. Lex altera data Concordiæ, undecima Maji anno 391. & ad Flavianum, Præfectum Prætorii in Illyrico, & Italia, directa, est contra Apostatas, qui suum Baptismum profanabant, ad Idolorum cultum redeuntes; hac lege prohibetur, ne tales in Judicio testes esse possint, nec testamentum condere, aut ex testamento alterius quidquam commodi percipere; nempe declarabantur infames, & secundum vocem latinam intestabiles. Iidem privantur omni Dignitate, seu eam jure natalium, seu postea collatam acceperint, & spes omnis adimitur, eos aliquando in jura perdita, quantumvis pœnitentiæ signa dederint, posse restitui. Sæculum IV. A. C. 391.

Post Theodosii discessum Valentiniano, viginti annorum juvenis, non satis auctoritatis erat, ut potentiæ Gentilium resisteret. Adhucdum in Senatu non nulli Gentiles erant reliqui, atque inter alios notissimus Symmachus, illius anni 391. Consul. Omnium vero potentissimus erat Comes Arbogastus. Is erat natione Francus, vir fortis, belli peritissimus, gloriæ, non pecuniæ avidus; cœterum feroci in-

Sæculum IV. A. C. 391.

dole, temerarius, & insatiabili ambitione. Hujus, & Bautonis opera Imperator Gratianus, usus fuerat, tunc vero Valentiniani exercitibus præerat. Victoriæ de Maximo reportatæ pars magna ei debebatur, cujus filium Victorem interfecit. Ipse anno 389. pacem cum Francis iniit. Exinde apud Valentinianum nihil non poterat; nemo cum Imperatore loquebatur liberius, multa etiam invito Domino suo efficiebat, quod militum favore frueretur. Munera militaria inter Francos, civilia inter clientes suos dividebat. Nemo aulicorum Imperatoris mandata, non explorata prius Arbogasti voluntate, exequi audebat. Princeps juvenis, servitutis impatiens, plurimas ad Theodosium epistolas dabat, querelis plenas, quod Arbogasto vilis esset; & obtestans, ut in suum auxilium festinaret, vel certe se ad ipsum venturum.

Arbogastus.

Sulp. Alex. Greg. Tur. lib. 4. c. 9.

Valentinianus omnibus, si solos Paganos excipias, charus erat. Justina Mater aliquot ante annos vitam cum morte commutaverat; at quæ de Religione sensa ab ipsa hauserat, hortatu, & exemplo Theodosii deposuerat. Juvenili adhucdum ætate mores ad gravitatem componebat, & se ipsum vincere didicerat. Arguebatur, quod ludos circenses plus æquo amaret, & multum temporis inspectandis belluarum pugnis tereret; cor-

Ruff. II. c. 17.

Philost. II. c. 1.

Ambr. de ob. Valent. n. 15. 16. &c.

rexit

rexit errorem, ludosque etiam diebus solemnibus agi vetuit, imo bestias omnes una die occidi jussit. Non nulli reprehendebant, quod horis matutinis cibos stomacho ingereret; sæpius ergo jejunare cœpit, mensa tamen de more sternebatur, cui suos Comites adhibebat, ne quidquam humanitatis, quæ Principem deceat, omitteret. Fuere, qui narrarent, Romæ Mimam existere, forma tam eximia, ut eam omnis juventus nobilis deperiret; jussit eam ad aulam suam adduci; cui hæc in mandatis dederat, pecunia corruptus, solus sine fœmina rediit. Valentinianus hanc obedientiam ab alio exegit, venit mulier; at Imperator eam nec privatim, nec publice in conspectum admisit, ut juvenibus temperantiæ exemplum esset Princeps, necdum uxorem habens. Sæculum IV. A. C. 391.

Quæ in suo Consistorio referebantur, attente audiebat, senum etiam judicium quandoque reformans, si dubitarent, aut respectu humano ducerentur. Fraterno amore sorores prosequebatur. Cum vero aliquando in causam inquirere cœpisset, ubi agebatur de quadam hæreditatis parte, a Matre sibi relictæ, eaque ad quemdam Orphanum pertinere diceretur, rem totam ad Judicem publicum remisit, atque privatim sororibus persuasit, ut a persecutione absisterent. Cum quidam n. 16. n. 57. Valentiniani II. vita.

Sæculum IV. A. C. 391.

dam nobiles, & divites de crimine læsæ Reipublicæ deferrentur, judicium ob incidentia Sancta festa distulit, tum edixit, calumnioſe fuisse accusatos, voluitque, ut reus libere se defenderet, dum a Præfecto sententia fuisset pronuntiata. Ita sub ejus Regno quisque de calumnia securus vivebat. Nova a Provinciis exigi tributa vetuit, ajebat enim: *antiqua onera vix ferunt, quomodo nova sustinebunt?* Ita loquebatur mitissimus Princeps, quamvis ærarium vacuum inveniſſet. Talis erat Valentinianus, quem diligebant Romani, Barbari timebant.

n. 18.

n. 21.

§. XXXIII.

Valentiniani exitus. Eugenius Imperator.

Paul. vit. Ambr. n. 26. *Ambr. de ob. Valent. n.* 1. *Id. ep.* 57. *n.* 5. *de ob. Val. n.* 22. *n.* 2.

Valentinianus tunc in Gallia agebat, dum Senatus Romanus ad eum missit, qui iterum peterent, ut privilegia, a fratre ejus templis, & Idolis ablata, restitueret; negavit id a se concedi posse piissimus Imperator, quamvis circumstantes eum pagani valde urgerent. Circiter eodem tempore affertur nuntium, Barbaros versus Illyricum irruptionem in alpes moliri; igitur relinquere Gallias parat, ut succurreret laboranti Italiæ, & jussa dedit, ut Mediolanum profectio dirigeretur. Sola cum exercitu adventis fama Barbaros regredi coegit; tanta

Eugenius Tyrannus.

n. 4.

n. 23. 24.

erat

erat ejus fortitudinis, vel fortunæ opinio! imo sponte captivos restituerunt, excusantes, nescivisse se, quod essent Itali. S. Ambrosius Præfecto, aliisque Magistratibus promiserat, ad Imperatorem se profecturum, & rogaturum, ut Italiæ auxiliaretur, sed sciens, Imperatorem ultro venire, substitit; Valentinianus, qui tunc Viennæ erat, ad Ambrosium unum de Silentiariis delegavit, erant hi Cæsari a cubiculis, cum epistola, ut celeriter ad se adveheretur, velle se eum prædem esse, fidei comiti Arbogasto datæ; quippe Comes S. Ambrosium reverentia, & amicitia colebat. Ut autem Valentinianus Ambrosii adventum magis urgeret, in litteris adjunxerat, cupere se ejus manibus baptizari, antequam Italiam attingeret. In Gallia equidem magnæ Sanctitatis Prælati non deerant, quales erant S. Martinus, S. Victricius Rothomagensis, S. Delphinus Burdegalensis, at Valentinianus singulari in Ambrosium fiducia erat, quem ut Filius Patrem venerabatur. Ex quo Nuntium ad S. Ambrosium misisset, nunquam satis quiescere visus; Silentiarius vespere profectionem inierat, & tertia die mane Valentinianus interrogabat, num jam rediisset? at illa dies ejus vitæ ultima fuit! nam, cum post prandium solus Viennæ in ripa Rhodani intra Palatii septa, nescio quo lusu recrea-

Sæculum IV. A. C. 392.

n. 25.

Paul. vit. n. 30.

Ambr. ep. 53. *n.* 2.

Philost. II. c. 1. *Oros. VII. c.* 35.

Sæculum IV. A. C. 392.

tur, familiaribus ejus ad prandendum di-
greſſis, juſſu Arbogaſti quidam de Prætorianis innoxium Principem ſtrangulant, corpusque ſuo ipſius ſtrophiolo ſuſpendunt, ut ſpeciem facerent, miſerum ſibimetipſi manus intuliſſe. Necatus eſt optimus Princeps die Sabbati, decima quinta Maji, vigilia Pentecoſtes, Imperatore Arcadio ſecundo, & Ruffino Conſulibus, id eſt, anno 392. vix annum vigeſimum egreſſus, poſtquam annis ſeptemdecim imperaverat.

Ruff. II. c. 31.

Epiph. de pond. n. 28.

Cum Arbogaſtum natales ab Imperatoris Dignitate excluderent, inane nomen cuidam Eugenio contulit, viro litterato, qui, poſtquam Grammaticam docuerat, & Rhetoricam, Imperatori a ſecretis fuerat, atque ſcientia, & eloquentia ſibi hominum favorem conciliaverat; is Gentilibus favebat, Aruſpicum, & Aſtrologorum vaticiniis fidem habebat. Ipſe Imperatoris Nomen gerebat, re ipſa Arbogaſtus imperabat. Altera poſt mortem ejus luce Valentiniano pompa funebris adornatur, ipſa Pentecoſtes die, corpus vero Mediolanum translatum, ibi tumulo inferendum. Triſte Principis fatum S. Ambroſio itineranti fama attulit, ſtatimque, qua venerat, reverſus eſt; tum mandatis Theodoſii acceptis, quos honores funeri haberi vellet, illud in ſepulchro ex marmore Porphyretico penes tumbam Gratiani

Socr. V. c. 25.

Epiph. ibid. de obit. Valent. n. 26.

Epiſt. 53. ad Theod.

Gratiani condidit, & præsentibus duabus defuncti sororibus Justa, & Grata (tertia autem erat Imperatrix Galla, Theodosii uxor) orationem funebrem pronuntiavit. Justa, & Grata Virgines permanserunt. In hoc sermone S. Ambrosius Valentiniani casum affectu paterno luget, sorores vero, quod decessisset non baptizatus solatur his verbis: *edicite enim! an quidquam amplius in hominis potestate est quam velle, & petere? jam diu baptizari cupiebat, & ideo maxime me ad se vocaverat. Concede igitur, Domine! servo tuo Valentiniano gratiam, quam optabat, quam vivus, & vegetus expetebat! si morbo laborans, distulisset, non tamen a Misericordiæ tuæ visceribus excluderetur, cum ei tempus magis, quam bona voluntas defuisset.* Et paulo inferius: *si hoc est, quod doletis, Mysteria non fuisse solemniter celebrata; an ergo putatis, nullam Martyribus coronam deberi, si tantum Catechumeni fuerint? si vero illi sanguine suo, Princeps noster sua pietate mundatus est.* Tum Deum precatur, ne sublatus Imperator a Patris sui Valentiniani, & Gratiani fratris societate separetur,& subjungit: *porrigite mihi Sancta Mysteria, requiem ejus tenero affectu efflagitemus, oblationes nostras agamus pro hac dilecta anima!* exinde cognoscimus, quod hanc orationem ante celebrationem Sancti Sacrificii edixe-

Sæculum IV. A. C. 392.

Oratio Funebris.

n. 51.

n. 52.

n. 53.

Sæculum IV. A. C. 392.

edixerit, sicut hodieque observari solet; promittit autem se tota sua vita hoc Sacrificium pro duobus fratribus Gratiano, & Valentiniano oblaturum. (*)

n. 78. n. 80.

§. XXXIV.

Theodosius bellum parat.

Zos. lib. 4. p. 776. Ruff. II. c. 31.

Ad Theodosium, Valentiniani nece jam comperta, ab Eugenio Legati adveniunt, pacem offerentes, si eum Collegam in Imperio vellet accipere; de Arbogasto

(*) Hier ist eine Anmerkung unsers ungenannen Uebersetzers, da er also anhebt. p. 571. im 3. Theile. Was *Ambrosius* bey dieser Gelegenheit vom Aufschub der Taufe des jüngern *Valentiniani* gesprochen, ist mehr für ein oratorisches Palliativ als eine Entscheidung eines Bischofs und Gottesgelehrten anzusehen; und kann mit der Gewohnheit der ersten Christlichen Kirche nicht gerechtfertiget werden ..... Verschont mich jetzo noch mit der Taufe .... ich bin noch jung .... ich will mich erst im Koth der Lüste herum welzen ꝛc. so lautete die Sprache dieser Leute, wie sie *Basilius Homil.* 13. angeführet. ꝛc. Nun ob schon einige aus böser Absicht ihre Taufe verschoben, so schicket sich doch diese Erinnerung auf den Valentinianus II. nicht, und zeuget von der schlechten Einsicht unsers Uebersetzers, wie auch von seiner unverschämten Frechheit den Heil. Ambrosius ohne allen Grund der Wahrheit zu kritisiren. Er würde

bogasto nulla mentio, nec quidquam lit- Sæculum IV.
terarum ab eo allatum, solummodo qui- A. C. 392.
dam Episcopi, qui cum legatis advenerant, testabantur, Arbogastum a morte Valentiniani esse innocentissimum. Theodosius Eugenii Legatos aliquamdiu in aula detentos cum donis, & bonis verbis dimisit; quibus ad Eugenium redeuntibus, bellum adornavit, nec enim honestum, nec tutum videbatur, cum proditoribus transigere, illud vero turpissimum fore, si Principis juvenis, & affinis necem inultam relinqueret. Dum bellum strenue parat, quæ Religionis erant, non omisit;

---

de vernünftiger gehandelt haben, wenn er in einer Anmerkung auf diese Stelle: Oblationes nostras agamus pro hac Dilecta Anima, welche klar erweiset, daß man in der alten Kirche für die Abgestorbenen gebetet, einige wenigstens erträgliche Antwort zu geben sich bemühet hätte; aber das lässet er wohl bleiben, und dafür verfälscht er den Fleury, und den Heil. Ambrosius, da er die Worte: ante Celebrationem S. Sacrificii, giebt: vor der Austheilung des H. Abendmahls. Und: se tota sua vita hoc Sacrificium pro duobus Fratribus Gratiano, & Valentiniano oblaturum. Daß er die ganze Zeit seines Lebens dieser beyden Brüder ... in seinem Gebett zu GOtt gedenken wolle. Sacrificium offerre ist bey ihm nichts als beten. Was er nicht zum Vortheil seiner Religion widerlegen kann, verfälschet er. GOtt erbarme sich über einen so elenden Kritiker des Heil. Ambrosius!

Sæculum IV. A. C. 392.

sit; sed Eutropium Evnuchum, explorate fidei hominem, ad celeberrimum Anachoretam S. Joannem Ægyptiacum delegavit, cum mandato, ut virum, si id impetrare posset, adduceret, sin minus, de belli instantis fortuna consuleret, & interrogaret, an Theodosio in Eugenium movendum esset, an vero exspectandum, donec armatus ad se veniret? etenim tam bene verterat Imperatori, hunc Sanctum virum de bello, Maximo inferendo, consuluisse, ut in eum plenissimam posuerit fiduciam.

Sup. n. 12.

Ex quo in Orientem reversus fuerat, eo, sicut ab initio Imperii sui, animum intenderat, ut ereptas Ecclesias Catholicis restitueret, nec pœnas de præteritis rigide exigebat, satis feciisse ratus, si ea, quæ Prædicationi veritatis obstabant, sustulisset. Facillime ad eum aditus Episcopis patebat, cum iis familiariter agebat, necdum rogatus, quæ rogaturi erant, concedebat, ad ædificandas, oxornandasque Ecclesias necessaria liberalissime conferebat.

Ruff. II. c. 19.

Socr. V. c. 20.

Lib. 1. *Cod. Theod. de his, qui ad Eccl. confug.* / *L.* 15. *Cod. Th. de pœnis.*

Ne vero quis amore, quo in Religionem ferebatur, abuteretur, hoc anno 392. nona Martii legem edidit, ne quis Judex excusationem afferat, reum e manibus suis a Clericis ereptum; & iterum aliam decima octava Octobr. qua præcipiebatur, ut illi, qui ad Ecclesias confugerent, ne debita solvere cogerentur, inde extrahantur,

hantur, nisi forte Episcopi talis hominis debita solvere in se recipiant. Hoc S. Augustinus, Episcopatu suscepto, in usum deduxit. Octavo Nov. ejusdem anni 392. Legem tulit contra Paganos, qua omnibus prohibetur, in quocunque loco existant, victimas Idolis immolare, vinum, vel thus Diis Penatibus, vel Geniis offerre, lucernas accendere, aut eorum honoribus serta florida suspendere. Qui animalia immolaverit, aut eorum exta inspexerit, eadem pœna, ac rei læsæ Majestatis solent, punietur. Si thus Idolis fuerit oblatum, aut vittis arbores ornatæ, aut aræ in cespite erectæ, domus vel prœdium, in quo hæc superstitio admissa, fisco adscribatur. Si quis in templis publicis, aut in fundo alieno sacrificaverit, viginti quinque libras auri in pœnam solvet, eandem pœnam loci Dominus, si conscius fuerit, dabit. Judices urbani, nisi reos denuntiaverint, puniantur, & qui Magistratum gerunt, si denuntiatis pepercerint, triginta auri libras, & totidem eorum Ministri solvent. Hæc lex ad Ruffinum Prætorii Orientis Præfectum, & tunc Consulem directa est, & ipsius potissimum instinctu lata creditur; certe Ruffinus, ut in Claudiano, & Zosimo legitur, Paganis maxime invisus fuit.

Sæculum IV. A. C. 392.

Aug. ep. 268. al. 215. l. 12.

Cod. Theod. de Pag.

Ante aliquot menses decima quinta Junii ejusdem anni 392. Theodosius legem

L. 21. C. Th. de hær.

Sæculum IV. A. C. 392.

gem edidit, qua singuli hæretici ad multam decem librarum aurearum damnantur, qui Clericos ordinaverint, aut ab ipsis ordinati fuerint; locus, in quo ordinatio facta, fisco cedet. Si loci Dominus id ignoraverit, Locatarius liberæ conditionis decem libris auri mulctabitur, si ex genere servili, fustibus cædetur, & proscribetur. Post unum ferme mensem decima octava Augusti aliam legem direxit ad Potamium Ægypti Præfectum, qua illi proscribi jubentur, qui disputando de fide Catholica populum turbare ausi fuerint, cum id ipsum jam antea bis diversis legibus fuisset prohibitum.

L. 3. de his qui sup. Religione C. Th.

L. 1. & 2. ib.

§. XXXV.

Hæretici divisi.

Sup. n. 13. Socr. V. c. 23. Sozom. VII. c. 17. Theod. hær. fab. IV. c. 4.

Hæretici suis seipsos divisionibus atterebant. Dorotheus, & Marinus ambo Arianorum Episcopi Constantinopoli, separatos agebant conventus, exortis inter ipsos simultatibus super quæstione; an Deus possit dici Pater ante existentiam Filii? Gothi juncti sunt Marino cum Selina suo Episcopo, Ulfilæ Successore; hinc secta ista Gothorum dicta. Etiam Psatyriani dicebantur, ob quemdam nomine Theoctistum, qui certum placentarum genus venumdabat. Hi iterum in duas partes iverunt; Agapius Episcopus Ephes,

Epheſi, a Marino ordinatus, novæ Sectæ auctor fuit, Curtianorum, aut Pithecianorum dictæ, eo quod hujus ſectæ membrum eſſet quidam, nomine Curtius, breviſſimæ ſtaturæ, & gibbus, ita ut hujus hominis ſpecies non multum a ſimia abhorreret. Multi Clerici Ariani, his diviſionibus offenſi, ad Eccleſiæ ſinum rediere. Eunomiani quoque ob quæſtiones de nomine diviſi. Aliqui eorum ſequebantur aliquem Theophronium, qui Ariſtotelis Logicæ operam dederat, alii alium, nomine Eutichium. Baptismi formam corruperunt, nam non amplius in Nomine Sanctæ Trinitatis baptizabant, ſed in JEſu Chriſti morte. Macedoniani in Sectatores Presbyteri Eutropii, & Carterii, qui ſeparatos adibant conventus, dividebantur. Sæculum IV. A. C. 392. *Socr. V. 6. 24.*

Inter Novatianos quoque ſchisma exortum. Quidam Judæus, cui nomen Sabbatius, Chriſtianam Religionem, & Novatianorum Sectam amplexus, a Martiano, tunc Conſtantinopoli hujus ſectæ Epiſcopo, Presbyter ordinatus eſt. Sabbatius quidem ordinate vivebat, & rigide, ſed necdum penitus Judæum exuerat, & Episcopatum affectabat. Conventus agere cœpit, cauſas, neſcio quas, obtendens. Tunc Martianum pœnituit, quod eum ordinaſſet, dicebatque; *ſatius fuiſſet manibus meis ſpinas tangere, quam eas hujus* *ibid. c. 21.* *Sox. VII. 18.*

Sæculum IV. A. C. 392.

hominis capiti imponere. Tandem Concilium ſuæ Sectæ Epiſcoporum coegit Sangarin, urbem commerciis notiſſimam, prope Helenopolim in Bithynia, in quo Sabbatius comparere juſſus. Cauſam interrogatus, cur ſe ab Epiſcopo ſepararet, reſpondit, Decretum Concilii Parienſis de Paſchate non obſervari. Parus, vicus erat Phrygiæ, ubi aliqui Novatianorum Epiſcopi, ſub Valente Principe congregati, ut eo magis a Catholicis diſtinguerentur, decreverant, ut eo tempore, quo Judæi, Diem Paſchalem, verumtamen ſemper die Dominica, celebrarent. Concilium Sangarienſe, ne ulla Sabbatio excuſationis umbra ſupereſſet, ſtatuit, ut cuique Paſcha ea, qua vellet, die celebrare liceret, dummodo ab aliorum Communione non recederet. Hoc Decretum Novatianorum, non tantum Decreto Concilii Nicæni, ſed etiam primis ipſorum regulis contrarium erat, utpote, qui conſervandæ ſtrictioris Diſciplinæ ſpecie ab Eccleſia diſceſſerant.

§. XXXVI.

Hæreſis Aerianorum.

Diverſis Arianorum Sectis accenſeri poſſunt Aeriani, quamvis in Doctrina Trinitatis ab Eccleſia non diverterent; Auctor hujus hæreſis fuit Aerius, Euſtathii Sebaſteni amicus, & ejusdem olim in vita

Epiph. hær. 75.

vita aſcetica ſocius. Epiſcopatus Digni- Sæculum IV.
tatem ambiebat, videntemque, quod eam A. C. 392.
Euſtathius ante ſe eſſet aſſecutus, ingens invidia torſit. Euſtathius, ut ſaucium amici animum foveret, nihil non egit; eum in Presbyterum ordinavit, & hoſpitio ſuo Præfectum poſuit; cum tamen de ſe querulari non ceſſaret, verbis irritatum aggreſſus, blanditias, minasque adhibuit, ſed fruſtra omnia! ille, Noſocomio abſcedens, magnam virorum, fæminarumque multitudinem ad ſe attraxit, & quia omnibus Eccleſiis, urbibus, vicisque pellebantur, in Sylvis, ſpecubus, aut patulis campis congregabantur, non nunquam nivibus copioſe cadentibus tecti. Aerius illo adhucdum tempore in vivis agebat, quo S. Epiphanius ſuum de Hæreſibus tractatum ſcribebat, nempe circa annum 376. Secta vero ejus aliquamdiu duravit, & S. Auguſtinus, de *Hær.* 53.
eadem materia circa annum 428. ſcribens, eos nominat inter hæreticos exiſtentes. Aerius totus erat Arianus, at errores ejus ſpeciales præcipue ad tres ſequentes reduci poſſunt; nullam eſſe diſtinctionem inter Epiſcopum, & Presbyterum. Inutile eſſe orare pro mortuis. Jejunia, obſervare feſta, etiam Paſchalia, nihil prodeſſe, dicebat quippe hæc omnia eſſe cæremonias Judaicas. Econtra S. Epiphanius hos hæreticos inſaniæ arguit, &

Sæculum IV. A. C. 392.

maxime per traditionem, atque omnium Ecclesiarum consensum refutat. Ostendit, in eo Episcopum, & Presbyterum differre, quod Episcopus Ecclesiæ Patres gignat per ordinationem, Presbyter vero solummodo filios per baptismum procreet; quia Presbytero imponendi manus potestas non est. (*) Et quia illos textus detorquebat Aerius, ubi S. Paulus promiscue nomen Episcopi, & Presbyteri adhibere videtur, S. Epiphanius asserit, in Ecclesiæ primordiis ab Apostolis quandoque Episcopos, & Diaconos, nullos autem Presbyteros, quandoque Presbyteros, & Diaconos sine Episcopis pro locorum necessitate, & merito Personarum ordinasse.

§. XXXVII.

S. Augustini Secessus.

Civit. XXII 6. 18.

In Africa S. Augustinus fortiter pugnabat in hæreticos, præsertim Manichæos, sponte suis dissensionibus Sectæ suæ ruinam

(*) Hic in adjecta annotatione Protestans dubitat, an Distinctio Episcopi, & Presbyteri sit Juris Divini. Hujus Quæstionis Definitionem ex S. Epiphanii verbis discere debuisset. Quæ Juris Divini non sunt, nec constanter, nec ubique, nec ab Ecclesiæ primordiis observata fuere; nunc si eodem Jure Divino Potestas est Presbyteri ac Episcopi, ostendat aliquis Episcopum vel Presbyterum aliquando a Presbytero non Episcopo fuisse ordinatum.

nam parantes; ex Italia reversus cum amico suo Alipio Carthaginem venit, & in domo cujusdam, nomine Innocentis degebat, olim causidici in tribunali Præfecturæ Vicarii, & cum tota sua familia piissimam vitam agentis. Is jam diu fistulis laborans, multas Medicorum sectiones passus fuerat, sed sinus unus profundius latens peritorum industriam fefellerat, quem cum aperire debuissent, remediis externis sanare volebant. Post multum temporis demum fassi sunt, excellentis cujusdam ab Alexandria Chirurgi judicio, novam sectionem esse necessariam. Ægrotus indictam operationem tanquam mortem certissimam pertimescebat, tota familia commiseratione optimi Domini affligebatur; quotidie periclitantem viri Sancti invisebant, Saturninus, Episcopus Usaliensis, Gelosus Presbyter, Diaconi Ecclesiæ Carthaginensis, atque inter eos Aurelius postea Episcopus; hos rogavit, ut sequenti die adesse vellent, quando, ut ipse augurabatur, medici sibi mortem essent illaturi; ipsi tristem solabantur, ut spem suam in Deum poneret, seque ejus Voluntati submitteret hortabantur. Tunc de more orare cœperunt, genibus flexis, & in terram prostrati, Innocens quoque magno impetu in terram se projecit, atque inter lacrymas, & singultus tanto fervore orabat, ut expiraturus videretur. Et illa

Sæculum IV. A. C. 392.

Sæculum IV. A. C. 392.

quidem die surgentes ab oratione, accepta Episcopi Benedictione, discesserunt. Altera luce, cum rediissent, intrant Medici, Innocens lectulo suo imponitur, tolluntur fasciæ, pars ægra corporis nudatur, Chirurgus, suis instrumentis armatus, locum quærit, ubi secet, oculis lustrat, manu explorat, sed ecce! invenit solidam cicatricem, vulnusque integre sanatum. S. Augustinus, & ipse præsens, postmodum hoc miraculum narrabat, utpote inter alia sua ætate luculentissimum, ut ostenderet, hujusmodi prodigia in Ecclesia necdum cessasse. Exinde ad propria rediit, in Domo campestri habitans, cum amicorum non nullis, ipsius exemplo Deo servientibus. Ibi annos tres moratus, omni cura hujus mundi abjecta, Deo in jejuniis, orationibus, & bonis operibus vivebat, cujus legem diu, noctuque meditabatur, aliosque tam suis sermonibus, quam libris edocebat, quæ sibi Deus in meditatione, vel oratione revelasset. Illo tempore scripsit duos libros de Genesi contra Manichæos, ut eos apertius oppugnaret; scripsit autem stilo simpliciori, quam antea solitus fuisset.

Possid. c. 3.

1. retract. c. 10.

Hos libros orditur S. Augustinus refutando Manichæorum calumnias contra vetus Testamentum, & respondet objectionibus, quas adversus initium libri Geneseos fabricabant; ubi autem Adamus

mus e paradiſo terreſtri ejicitur, librum claudit. Eodem tempore compoſuit librum Magiſtri, eſtque Dialogus inter ipſum, & Adeodatum filium ſuum, ubi facultatem loquendi curioſe examinat, probatque, nullum alium eſſe Magiſtrum, qui nos doceat, quam Veritatem æternam, quæ eſt JEſus Chriſtus. S. Auguſtinus in ſuis Confeſſionibus coram Deo teſtatur, omnes conceptus, quos in hoc libro filio ſuo tribuit, revera ipſius ingenii partus eſſe, quamvis non plures, quam ſedecim annos expleſſet, dicitque adhuc magis miranda in juvene intellectus ſpecimina ſe vidiſſe, ita ut inde ruinæ periculum metueret. At vero non multo poſt hæc tempore dilectum hunc filium mors præmatura rapuit. Ultimus hujus ſeceſſus fructus fuit liber de vera Religione; in eo poſtquam oſtendit, illam nec apud Paganos, nec quamcunque aliam Sectam extra Eccleſiam Catholicam (*) inveniri poſſe, œconomiam ordinationis divinæ in procuranda hominum ſalute explicat, & errorem Manichæorum de duobus Principiis refutat. De duobus mediis diſſerit, quibus Deus homines regit, auctoritate, & ratione;

Sæculum IV. A. C. 392.

Conf. IX. c. 6

1. retract. 15.

(*) Verba hæc: Extra Eccleſiam Catholicam. Proteſtans omiſit. Et iterum in fine Numeri XXXVIII.

Sæculum IV. A. C. 392.

de tribus præcipuis vitiis, quæ homini, Deum quærenti, vitanda, amore voluptatis, ſuperbia, & curioſitate; tandem concludit, veram Religionem in eo conſiſtere, ut unum Deum Patrem, Filium, & Spiritum S. adoremus. Hoc excellentiſſimum S. Auguſtini opus, ſive ſtilus, ſive cogitationum ſublimitas conſideretur, vix alteri palmam cedit.

§. XXXVIII.

S. Auguſtinus Presbyter.

Poſſid. c. 3. Aug. ſerm. 335. 1. de vita com. n 2.

Dum his in ſuo ſeceſſu prope Tagaſtam occupatur, quidam Imperatoris Procurator Hippone, urbe maritima, & vicina, eidem jam ante amicitia junctus, virum videre, & Verbum Dei ex ipſius ore audire concupiit; eum S. Auguſtinus, jam quidem Chriſtianum, arctius Deo conjungere ſperabat, & perſuadere, ut ſecum in Monaſterio viveret. Venit ergo Hipponem, hujus viri ſalutem ſitiens, ſed tunc quidem, ut a mundo ſecederet, permovere non potuit. *Poſſid. c. 4.* Illa tempeſtate Valerius Hipponenſi populo Epiſcopus præerat; ipſo quadam die ad populum verba faciente de neceſſitate, aliquem ſuæ Eccleſiæ Presbyterum ordinandi, cum eis Doctrina, & virtus S. Auguſtini eſſet perſpecta, manibus correptum, ſuo Epiſcopo ordinandum præſentarunt; quippe in medio eorum ſtabat, nihil

nihil tale cogitans, & satis sibi cavere ratus, si illas Ecclesias fugisset, ubi nullus erat Episcopus, ne ad eam Dignitatem promoveretur. Ergo populus Hipponensis comprehensum, Episcopo admovebant, unanimiter conclamantes, ut Presbyterum ordinaret; S. Augustinus lacrymis diffluebat, quod aliqui ita accipiebant, quasi ideo affligeretur, quod non nisi ad Presbyteratum promoveretur, dicebantque, ut solatium ferrent: *Tu quidem altiore gradu dignus es, sed cogita, Presbyteratum proximum esse Episcopatui.* Ipsi vero nihil aliud lacrymas exprimebat, quam quod intelligeret, quanti periculi res esset Ecclesiæ Regimen, cujus pars magna illo tempore ad Presbyteros pertinebat. Verumtamen desiderio populi satisfactum, & S. Augustinus ad initium anni 391. Presbyter est ordinatus. Sæculum IV. A. C. 392.

Semper tamen amore solitudinis tenebatur; jamque Hippone, sicut Tagastæ in Monasterio vivere volebat, sed Episcopus Valerius, hujus propositi gnarus, ei Ecclesiæ hortum dedit, ubi aliquos Dei Servos, paupertate sibi similes, congregare cœpit; ipse enim exiguum patrimonium vendiderat, & pauperibus dederat, Hipponem nihil afferens, præter vestem, qua tegebatur. Credibile est, eos labore manuum suarum victum pa- *Poss. c. 5. eod. serm. 355. Act. 4. 32.*

Sæculum IV. A. C. 392.

rasse, & Regulam tempore Apostolorum introductam observasse, id est; nemo cujusdam rei proprietatem habebat, omnia erant communia, & prout cuique opus erat, dividebantur. Interim Valerius Deo Gratias agebat, quod suas preces exaudivisset; sæpe a Deo virum expetierat, qui suis sermonibus Ecclesiam ædificare posset, sciens, quid sibi deesset; nam in Græcia natus erat, nec in latina lingua sive loquendum esset, sive legendum satis exercitatus; ergo S. Augustino potestate Evangelium explicandi, se præsente, tribuit, usu Ecclesiæ Africanæ repugnante, ubi soli Episcopi prædicare consueverant. Hinc res nova quibusdam Episcopis displicuit. At Valerius, cum sciret hanc esse Orientalium, & Ecclesiæ Orientalis consuetudinem, Ecclesiæ utilitatem quærens, his dictis non movebatur.

Aug. Epist. 21. *al.* 14.

S. Augustinus suo Episcopo obedire cunctatus est, & moram petiit, qua magis instrueretur, scripsitque in hunc modum: *Rogo te, ut ante omnia perpendas, nihil in hac vita, hoc præsertim tempore, cuiquam facilius factu, aut jucundius posse accidere, quam Episcopum, Presbyterum, & Diaconum agere, si perfunctorie id fiat, & hominibus placendi studio; at simul hac ipsa re coram Deo nihil miserum magis, nihil contemptibilius, nihil magis abomina-*

bominabile! econtra, ſicut nihil eſt magis arduum, operoſum, & periculoſum, quam Epiſcopatu, Presbyteratu, Diaconatu pie, & decenter defungi, ita etiam nihil beatum magis, & ante divinos oculos nihil magis meritorium. Hæc in juventute non didici, vixque ad hanc Diſciplinam animum advertere cœpi, cum non mea voluntate, ſed aliorum vi in ſecundo gradu conſtitutus ſum. Credidero, Deum pœnas a me repoſcere, quod aliorum errores carpere auſus fuerim; ſed jam agnoſco temeritatem meam! ſi vero agnovi quidem infirmitatem meam, ſed ita agnovi, ut eam corrigi non poſſe conſtet, vis ergo, Pater mi! ut ſponte in perniciem irruam? hæc tua in me, & in Eccleſiam charitas eſt? In fine rogat pauxillum temporis, ſaltem usque ad feſta Paſchalia, ut poſt orationem, & lectionem inſtructior procedat. Non equidem neceſſaria ſibi ad ſalutem diſcere volebat, nam hæc ſe ſcire fatetur, ſed charitatem ſibi dari ſummis votis expetebat, qua preſſo propriæ utilitatis ſtudio, unice aliorum ſalutem quæreret. Tandem prædicare cœpit eo ſucceſſu, ut plures deinde Epiſcopi, exemplum Valerii ſecuti, Presbyteris prædicandi officium commiſerint.

Sæculum IV. A. C. 392.

Poſſ. c. 5.

Interim adverſus Manichæos ſcribere non ceſſabat; ſuſcepto Presbyteratu, ſcripſit librum de utilitate fidei ad amicorum

Sæculum IV. A. C. 392.

rum aliquem, nomine Honoratum, quem ipſe olim in errorem induxerat, tuncque detinebatur ſpecioſis Manichæorum promiſſis, nihil ab ipſis doceri, quod non ratione evidens ſit; ridendos Eccleſiæ Catholicæ Sectatores, qui ad ſe venientes jubent credere. In hoc opere S. Auguſtinus demonſtrat utilitatem fidei, ut ad Myſteria præparentur illorum animi, qui ea capere necdum poſſunt. Deinde vetus Teſtamentum a Manichæorum mendaciis vindicat. Quis ſit hæreticus? ita definit: Qui affectu terreno ductus, maxime gloriæ, & Primatus cupiditate opiniones falſas, & novas fingit, vel amplectitur. Oſtendit in quo differant fides, & credulitas temeraria. Probat neceſſitatem fidei humanæ in hujus vitæ commercio, & ſolidis argumentis conficit, JEſu Chriſti, atque Eccleſiæ Catholicæ auctoritatem eſſe ſequendam. S. Auguſtinus exinde ſcripſit librum de duabus animabus, quas Manichæi in quolibet homine exiſtere dicebant, unam bonam, malam alteram; bonam eſſe, Dei particulam, malam autem ex natione tenebrarum ortam; hanc a Deo non eſſe productam, ſed eidem coæternam, carni propriam, & omnium malorum in homine, ſicut bona anima omnium bonorum eſſet, cauſam.

1. *Retr.* 14.

init.

c. 11. 12.

1. *Retr. c.* 15.

§. XXXIX.

Sæculum IV. A. C. 392.

§. XXXIX.

Colloquium cum Fortunato. Dies prima.

Hippone Manichæi magno numero vivebant, Duce quodam Presbytero, cui nomen Fortunatus; is a multo jam tempore ibidem morabatur, ſocietate eorum, quos ſeduxerat, lætus. Cives Hipponenſes, atque advenæ tam Catholici, quam Donatiſtæ S. Auguſtinum adierunt, rogantes, ut cum eo diſputationem ſuſciperet. Non abnuit S. Auguſtinus, ſi Fortunatus conſentiret, qui jam ante Auguſtinum noverat Carthagine, cum adhucdum Manichæus eſſet; hinc cum potentiſſimo Adverſario congredi non audebat. Verumtamen omnibus, præſertim ſuæ Sectæ, vehementer inſtantibus, pugnam detrectare erubuit. Condicitur dies, & locus, plurimos curioſitas attraxit, & magna confluxit populi multitudo. Diſputatio notis conſcripta fuit, cujus nobis ſuperſunt acta, quinto Calendas Sept. data, Arcadio, & Ruffino Conſulibus, id eſt, 27. Aug. 392. in Thermis Soſſianis, loco ad evitandos calores aptiſſimo. S. Auguſtinus colloquendi initium fecit in hunc modum: *Hodie errorem eſſe credo, quod olim veritatem exiſtimavi. Intelligere ex te, qui adſtas, cupio*

Poſſid. c. 6.

Ap. Aug. to. 8.

Sæculum IV. A. C. 392.

cupio, num prudenter mentem mutaverim? inter alia graviſſimum errorem eſſe judico, ſiquis credat, Deum omnipotentem, in quo omnis ſpes noſtra fixa eſt, in aliqua ſui parte mutari, inquinari, aut vitiari poſſe. Scio, quod veſtra hæreſis hoc affirmet, licet aliis verbis, nam etiam dicitis, Deum eſſe immutabilem, & incomparabilem. Sed ſimul dicitis, quamdam tenebrarum Nationem in Deum inſurrexiſſe, & cum Regni ſui interitum prævideret, ſi huic Nationi nemo reſiſteret, aliquam virtutem miſiſſe, cujus cum malo, & Natione tenebrarum commixtio mundum produxit. Hinc eſt, quod bonæ animæ hic ſint in ærumnis & ſervitute, errent, & corrumpantur, ita ut Redemptore indiguerint, qui eas ab errore, confuſione, & ſervitute liberaret. Et hoc eſt, quod, meo judicio, credere nullatenus licet, Deum Omnipotentem aliquam adverſam ſibi nationem extimuiſſe, aut neceſſitate compulſum, nos in miſerias præcipitaſſe. Fortunatus reſpondit: *Scio, te aliquando fidei noſtræ domeſticum fuiſſe; &, quæ dixiſti, præcipui fidei noſtræ articuli ſunt; ſed jam de moribus noſtris agitur, & calumniis, quibus oneramur! edic ergo coram viris probiſſimis, hic præſentibus, an ea, de quibus accuſamur, vera ſint, vel falſa? an orationi interfuiſti?* S. Auguſtinus: *Ego quidem interfui.*

Sed

Sed inter quæstionem fidei, & morum magna est differentia. Propositio mea ad fidem spectat. Si præsentes malunt, ut de moribus loquamur, non recuso. Fortunatus: *Ante omnia purgare me volo, testimonio Viri, vestra omnium opinione, fide digni.* S. Augustinus: *Quod ad mores vestros pertinet, hoc electi vestri optime noverint, scis, me inter vos solummodo auditorem fuisse. Itaque, quamvis orationi vestræ interfuerim, soli Deo, vobisque notum esse potest, an præter hanc, cui adfui, aliam peragatis? in illa, cui præsens fui, non vidi, quidquam committi erubescendum. Id solum fidei, quam exinde edoctus sum, adversatur, quod preces vestras, ad solem conversi, pronuntietis. Quiscunque vos in moribus incusat, Electos vestros adeat! nihil aliud a vobis accepi, nisi illam fidem, quam hodie condemno; peto responsionem ad ea, quæ proposui.*

Sæculum IV. A. C. 392.

Fortunatus: *Nos quoque asserimus, Deum esse incorruptibilem, luminosum, inaccessibilem, incomprehensibilem, impassibilem, æternam lucem, quæ ei propria est, inhabitantem; credimus, Deum nihil ex se ipso producere, quod corruptibile sit, nec tenebras, nec Dæmones, nec Satanam! atque in ejus Regno nihil inveniri posse, quod ipsi adversetur; ab ipso Salvatorem missum sibi similem; rursus Verbum*

Sæculum IV. A. C. 392.

Disputatio S. Augustini cum Manichæo.

bum a Creatione Mundi natum, postea inter nos homines apparuisse, & animas se dignas elegisse, suis præceptis cælestibus sanctificatas, fide, & ratione imbutas, qua sub ipsius Regimine, sicut sanctissime promisit, inde ad Regnum Dei redituræ sunt. S. Augustinus dixit: *Has animas, quæ, sicut fatemini, de morte per JEsum Christum ad vitam perveniunt, quid, obsecro! in mortem præcipitavit?* Fortunatus: *Responde mihi! rogo te! an quidquam aliud detur, præter Deum?* S. Augustinus: *Imo, tu mihi prius respondebis, si potes, quæ causa has animas in mortem præcipitaverit?* Cumque Fortunatus diutius tergiversaretur, S. Augustinus inquit: *Non oportet, ut amplissimæ hujus Congregationis patientia abutamur, ab una quæstione ad aliam digrediendo; ambo in hoc consentimus, Deum esse incorruptibilem; unde ita concludo: Si Deus a natione tenebrarum pati nihil potuit, sine causa in hunc mundum nos misit, si potuit pati, incorruptibilis non est.* Fortunatus respondit: *JEsum Christum passum fuisse;* S. Augustinus reposuit: *Passus est in natura humana, quam pro nostra salute assumpsit, ex quo ad naturam divinam nullum conficitur argumentum.*

Fortunatus, cum respondere debuisset, interrogavit: *Estne anima a Deo, nec non?* S. Augustinus: *Respondebo ad id, quod*

Sæculum IV. A. C. 392.

quod interrogas; sed memento, quod tu ad meas quæstiones nihil respondeas, dum ego tuis satisfacio. Aliud Deus est, & aliud anima. Deus impassibilis est, & incorruptibilis; animam, peccatricem, infelicem, & mutationi subjectam esse videmus. Si anima Dei substantia est, substantia Dei corruptibilis est, & errori obnoxia, quod dicere, nefas! ergo dicis, reposuit Fortunatus: *Animam Deum non esse, quamdiu peccato, & errori obnoxia est?* S. Augustinus: *Dixi animam, non esse Dei substantiam, sed Deum esse animæ auctorem. Aliud est ille, qui produxit, aliud quod productum est. Creatura ejus non potest Creatori esse æqualis.* Fortunatus: *Cum dicis, animam esse productam, & nihil dari extra Deum; quæro! unde ergo animæ substantiam acceperit?* S. Augustinus: *Memento, quod unamecum fatearis, Deum esse omnipotentem; at omnipotens non esset, si materia indigeret, ut, quod vellet, produceret. Hinc credimus, Deum omnia ex nihilo creasse.* Fortunatus contrarietatem objecit, quæ in hoc mundo apparet inter tenebras, & lucem, veritatem, & mendacium, mortem, & vitam, animam, & corpus, unde infert, duas in mundo dari substantias, corporis unam, alteram Dei. S. Augustinus: *Hæc contraria, quæ non capis, ex nostro peccato originem habent; Deus e-*

n. 11.

n. 12.

S. Augustinus

n. 13.

Sæculum IV. A. C. 392.

nim omnia creavit bona, sed peccatum non creavit, quod unicum malum est; seu potius duo sunt mala, peccatum, & peccati pœna. Peccatum non est a Deo, peccati pœna ab ipso est, quia justus est. Liberum arbitrium dedit animæ rationali, quæ in homine est, ut mereri possimus, & voluntate, non necessitate boni simus. Omnia huic animæ Deus subjecerat, si modo hæc Deo se subjecisset, & si subjici nollet, omnia sibi subjicienda in superbiæ, & inobedientiæ pœnam adversa sentire oportebat.

Cum deinde Fortunatus longum S. Pauli textum attulisset, S. Augustinus, occasione arrepta, de liberi arbitrii admittendi necessitate ita instabat: *Anima, cui Deus peccatorum suorum veniam, si pœnitentiam ageret, promisit, si vobiscum Manichæis crederet, respondere posset: Quid mali mereri potui? Quare me ex Regno tuo expulisti, ut adversus, nescio quam Nationem pugnarem? Scis necessitate me adactam, & non superfuisse liberum eligendi arbitrium. Cur mihi vulnera imputas, quorum tu causa es? Si tui, o Deus! pars sum, nihil mihi in hac tenebrarum natione patiendum erat; at dum illa non aliter, quam mea corruptione corrigi poterat, quomodo tui esse particula dicor, aut tu ipse incorruptibilis, aut non crudelis, cum me, ob regnum tuum pati*

Eph. 2. n. 17

pati coegeris, cui hæc tenebrarum natio nocere non poterat? Cum deinde S. Pauli textus ulterius examinarentur, quamvis conveniſſet, de duobus principiis ex ratione diſputare, inter adſtantes fremitus exortus; omnes ſimul loqui cœpere; tunc Fortunato excidit dicere; Verbum Dei in natione tenebrarum fuiſſe alligatum; omnibus ad hanc propoſitionem exhorrentibus, diſceſſum eſt. Sæculum IV. A. C. 392.

§. XL.

Dies altera.

Altera die redierunt ad colloquium. Inter ambos diſputantes convenit; Deum auctorem mali eſſe non poſſe. S. Auguſtinus liberi arbitrii neceſſitatem ex eo demonſtrabat, quod ſublata libertate, nec pœna homini juſte infligenda, nec bene merita intelligi poſſent. Ad hoc Fortunatus reſpondit: *Si Deus peccandi licentiam daret, quam vos liberum arbitrium appellatis, etiam in peccatum meum conſentiret, & hujus peccati auctor eſſet, ſi vero neſciat, an bonus, vel malus futurus ſim, imprudenter ageret, dum me ſua ſanctitate indignum produceret. Inviti peccamus, poteſtate contraria, & inimica coacti; alias, ſi ſoli animæ, in corpore poſitæ, Deus, ſicut vos dicitis, liberum arbitrium conceſſit, non illa peccato ſe ſubjiceret;* S. Auguſtinus reſpondit; *n.* 20. *n.* 21.

Sæculum IV. A. C. 392.

quamvis omnia, quæcunque feciſſet Deus, eſſent bona, tamen impoſſibile eſſe, ut æque bona ſint, ac ipſe Deus; quis enim æquus rerum æſtimator, ac prudens dicere poſſet, creaturam eſſe Creatori æqualem? Deinde Apoſtoli verbis inſtit; omnium malorum radicem eſſe concupiſcentiam; & de conficta natione tenebrarum loquens, ait: *Si ea ſola peccat, ea ſola puniatur, non vero innocens anima! nam ſi anima ad malum faciendum cogitur, an non ſanæ rationi adverſatur, ut natio tenebrarum peccet, & ego punior? aut ipſa peccet, & mihi alieni peccati venia concedatur?*

1. *Tim.* 6. 10.

Gal. 5. 17. *Rom.* 7. 23. *&c.*

Fortunatus textum S. Pauli allegavit, ubi de pugna carnis adverſum Spiritum mentio fit; & S. Auguſtinus reſpondit: *Primo homini datum eſt liberum arbitrium, & nihil ejus voluntati reſiſtebat, ſi præceptis Dei obedire voluiſſet; at ex quo libera voluntate peccavit, nos, poſteros ſuos, ſub neceſſitatis jugum conjecit.* (*) Quis-

(*) Hæc non de Neceſſitate peccandi, ſed de Neceſſitate patiendi fomitem peccati accipienda ſunt.

Der Ueberſetzer hat hier den heil. Auguſtinus nicht verſtanden, und giebt die Worte: Sub Neceſſitatis jugum. In die Nothwendigkeit zu ſündigen geſetzet worden. Zu ſündigen, iſt hinein geflicket. Er wollte einmal auch ein Verfälſcher des heil. Auguſtinus ſeyn.

Quisque in se ipso experiri potest, nos, antequam consuetudinem contraxerimus, esse liberos; sed quando, hac libertate usi, peccavimus, perniciosis illecebris, & delectatione peccandi ita implicamur, ut consuetudinis vincula, quæ ipsi fabricavimus, disrumpere non valeamus; & hic est ille habitus, qui in carne generatus, contra animam pugnat. Hoc etiam est, quod Dominus noster bonam, aut malam arborem appellat; atque ut ostendat, se in his duabus arboribus liberum arbitrium, non vero duas diversas naturas intelligere, dicit: aut facite arborem bonam, aut facite arborem malam. Quis autem naturam facere potest? Sæculum IV. A. C. 392. Matt. 12. 33.

Tum primam suam quæstionem repetiit, urgebatque Fortunatum, ut diceret, quare Deus, cui nemo nocere potest, nos in hunc mundum miserit, adversus gentem tenebrarum pugnaturos? Respondit Fortunatus illis Apostoli verbis: *Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic?* prius dixerat, fuisse mittendi necessitatem; deinde affirmabat, Deum libera voluntate misisse animam. S. Augustinus priora ejus verba relegi jussit, ut appareret contradictio; nam loquentium verba, simul ut erant prolata scribebantur. Tandem cum magis, magisque S. Augustinus adversarium premeret, ut responderet, quare n. 24. 25. Rom. 9. 20. n. 28.

Sæculum IV. A. C. 392.

Deus, quem nemo potest cogere, animam hujus vitæ miseriis subjecerit? dicere adactus est: *Quid ergo respondebo?* Et S. Augustinus: *Scio, te non habere, quod respondeas! tunc quoque quando Sectariorum tuorum Discipulus fui, nunquam invenire potui, quid ad hanc quæstionem respondendum sit? Et hic modus fuit, quo me Deus a vestris erroribus liberavit. Si autem fatearis, tibi non esse, quod respondeas, fidem Catholicam explicabo, si id præsentibus visum fuerit.* Fortunatus respondit: *Quod dixi, dixi, sed hoc addo, me, a te objecta, cum Superioribus meis examinaturum, qui si mihi non satisfecerint, tunc meum erit perpendere, an expediat me illud investigare, quod me docere vis; nam & ego animam meam salvare cupio!* S. Augustinus: *Deo sint laudes!* hic finis hujus colloquii fuit. Inde omnibus, quibus magna de Fortunati scientia opinio fuerat, patuit Sectæ ejus infirmitas, quam pessime defendisset! ipse pudorem non ferens, Hipponensi civitate postea excessit, nec unquam rediit; at vero ad fidem se non convertit. (*)

n. 32. 33. &c.

n. 36.

Poss. c. 6.

§. XLI.

(*) Nun zieht unser Uebersetzer wiederum wider den heil. Augustinus zu Felde; Er saget in seiner Anmerkung: Dem *Fortunatus* ist es gewissermassen nicht zu verdenken, daß er seine Sache

Sæculum IV.
A. C. 392.

§. XLI.

Epistola S. Augustini ad Aurelium de Conviviis Agapes *dictis.*

Tunc temporis Aurelius, Ecclesiæ Carthaginensis Diaconus, Genethlio in ejusdem Ecclesiæ Episcopatu successit; omnes pii magnam de eo spem conceperant, ejus opera usurum Deum, ut Ecclesiæ Africanæ malis remedium ferret. Is S. Augustino jam pridem amicitia junctus, eidem scripsit Epistolam, qua ejus orationum, & consiliorum auxilium expetebat. S. Augustinus rescripsit, Alipii, & omnium, qui secum in eadem communitate vivebant, nomine, gratias agens pro amicitiæ, & benevolentiæ signis. De rebus deinde Ecclesiæ tractare incipiens, hortatur, ut abusum, qui in Africæ Ecclesias irrepserat, corrigat, nempe convivia, quæ in honorem Martyrum, *Ep. 22. al. 64.*

Sache nicht besser vertheidiget. . . . Dahingegen hätte *Augustinus* die gute Sache die er in den Händen hatte besser vertheidigen können; und wenn er mehr *Philosophie*, als Beredtsamkeit besessen hätte, so würde er mit seinem Gegner kürzer haben zu Werke gehen können. So masset sich ein unwissender Uebersetzer von dem heil. Augustinus zu reden an, den er nicht verstehet. *Sus Minervæ!*

Sæculum IV. A. C. 392.

non ſolum diebus feſtis, ſed quotidie, & in ipſis Eccleſiis agebantur. Exemplum proponit Italiæ, & plerarumque Eccleſiarum ultra mare, in quibus hæc inguvies neſciebatur, ſive mos iſte nunquam ibi fuerit, ſive Epiſcoporum vigilantia eſſet abolitus. *Tam grande hoc malum eſt*, inquit: *ut non niſi alicujus Concilii auctoritate reprimi poſſit, aut ſi in una Eccleſia faciendum eſt initium, decet, ut Carthaginenſis cæteris exemplo præeat. Sed initio leniter agendum, non enim ejusmodi abuſus dure imperando tolluntur; ſi docenti, quam jubenti, & obſecranti, quam minitanti ſimilior fueris, plura efficies. Totius populi multitudo non aſpere habenda, at privatorum peccata ſevere punienda. Si minas proferimus, id magno dolore faciamus, & futuram vindictam ex Scripturis proponamus, ne nos, & poteſtatem noſtram, ſed Deum exhortationibus noſtris fideles timere diſcant! ita, qui ſpiritualia amant, primo movebuntur, & cæteram multitudinem ſua auctoritate trahent. Quia vero ebrietas iſta in cœmeteriis, & convivantium licentia a ruſtico, & rudi populo non ſolum Martyribus honori eſſe, ſed etiam mortuis ſolatium conferre creduntur, hunc errorem Fidelium animis eo facilius eximi poſſe putaverim, ſi dum talia Scripturarum auctoritate non licere oſtendimus,*

dimus,

dimus, simul caveamus, ne nimium in obla- Sæculum IV.
tiones, super mortuorum tumulis fieri so- A. C. 392.
litas, impendatur; nam credi debet, has oblationes defunctis esse vere utiles, si, prudentia comite, omnibus, qui petunt, distribuantur. Hæ oblationes supra sepul- *Tob.* 4. 18.
chra in Libro Tobiæ leguntur. (*)

Ulterius in sua Epistola ad Aurelium S. Augustinus eidem sapientissima, & modestissima monita tribuit, qua ratione in Episcopalis culminis honore, & inter laudum humanarum blanditias, salva auctoritate sua, humilitas conservanda. Aurelius S. Augustini consilium secutus, Concilium universale totius Africæ convocavit; in eo multi Canones conditi, *To.* 2. *Conc. p.* 1180.
quos sequentia Concilia pro norma habuerunt. Canones quadraginta, & u- *Conc. Carth. III. c.* 30.
nus numerantur. Canone trigesimo pri- *Afr. c.* 9.
mo prohibetur, ne Episcopus, aut Cleri- *Cod. Afr. c.* 42.
ci in Ecclesia manducent, nisi forte transeunter, & premente necessitate; & præcipit, ut populus, quantum possibile erit, ab ejusmodi conviviis deterreatur. Idem Concilium Decretum edidit de reconciliatione Donatistarum in hæc verba: *In Conciliis antecedentibus statutum,* *p.* 1181.
ut Donatistarum nullum in suo Clericali gradu recipiamus, sed Laicis accensendum,

(*) Hanc Mentionem de Libro Tobiæ Protestans omisit.

Sæculum IV. A. C. 393.

dum, eo quod nemini ſpes ſalutis abſcindi oporteat; nihilominus ob Clericorum penuriam, quæ in Africa tanta eſt, ut aliqua loca Clericis penitus ſint deſtituta, decrevimus, ab hac regula excipiendos eſſe illos, de quibus conſtabit, quod neminem rebaptizaverint, aut qui unacum populis ſuis ad Communionem Eccleſiæ Catholicæ tranſire voluerint. Nullum enim eſt dubium, quin bono pacis, & charitatis Sacrificio malum deleatur, quod rebaptizando commiſerunt, Majorum ſuorum auctoritate decepti. At hoc Decretum non ante confirmabitur, quam Eccleſiam ultramarinam conſuluerimus. Hoc Concilium Hipponenſe in aula Senatus Baſilicæ, a pace dictæ, celebratum eſt, Imperatore Theodoſio, & Abondantio Conſulibus, id eſt, anno 393. octavo Octob. in hoc Concilio S. Auguſtinus Epiſcoporum mandato ſermonem de fide, & Symbolo, ipſis audientibus, pronuntiavit, ex quo poſtmodum ad amicorum ſuorum rogatum librum compoſuit, qui Doctrinæ Chriſtianæ compendium eſt. Illo circiter tempore Alypius, amicus ejus intimus, Jeroſolymam profectus, S. Hieronymum noſcere cœpit, & de S. Auguſtino mentionem fecit, quod illius amicitiæ, quæ poſtea inter ambos interceſſit, principium fuit.

Conc. Afr. to. 2. Conc. p. 1641. C. Cod. Afr. poſt. c. 33. Aug. 1. Retr. c. 17.

§. XLII.

§. XLII.

Sæculum IV.
A. C. 393.

S. Hieronymi Scripta adversus Jovinianum.

Sanctus Hieronymus in secessu Bethlehemitico nunquam non ad defendendam Ecclesiæ Doctrinam calamum stringebat. Anno Theodosii decimo quarto, & Christi 392. Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum, a Dextero Prætorii Præfecto rogatus, scripsit. Dicit, se omnium primum esse, qui hunc laborem susceperit, quamvis fateatur, percommodam sibi fuisse Eusebii conscriptam historiam; hujus autem operis utilitatem ostendit adversus Celsi, Porphyrii, & Juliani calumnias, probatque, plurimos viros, scientia, & facundia præstantes, Religionem christianam docuisse, & defendisse. Initium ducit a S. Petro, & in se ipso finit, suorum operum Catalogum usque ad hunc annum texens; ultimi, quos memorat, libri sunt illi duo contra Jovinianum, & ad Pamachium apologia. *Sup.* §. 19. Contra Jovinianum scripsit, rogatus a quibusdam urbis Romæ Fidelibus, qui ei hujus hæretici scripta miserant, ut responderet; nam quamvis Jovinianus esset ab Ecclesia condemnatus, Romæ tamen aliquos Sectatores habebat. S. Hieronymus eum refellit duobus libris, in quorum primo maxime cœlibatus excellentiam

Sæculum IV. A. C. 393.

lentiam demonstrat, atque ingenii sui, quod vehementissimum erat, impetu abreptus, ita Virginitatem supra matrimonium, & viduitatem supra secundas nuptias extollit, ut matrimonium potius malum necessarium, & toleratum magis, quam expresse permissum videri possit! non nullos matrimonii contemptus offendit. Amicus Pammachius hanc rem amicum edocuit, & cura maxima, quotquot hujus operis contra Jovinianum exempla poterat, dispersa recepit. Gratias egit S. Hieronymus, at simul monuit, seram esse ipsius industriam, multa manuscripta ad diversorum manus in Oriente delapsa, imo non nulla Roma allata; *Quippe*, inquit: *quamprimum aliqua scripsi, hinc amici, hinc æmuli mei ea publicæ lucis facere non morantur; ergo nil aliud, quod faciam, supereſt, quam ut illius operis apologiam ad te transmittam.* Hanc apologiam una cum Epistola ad Pammachium misit.

L. 1. c. 4. c. 22.

Apol. c. 1.

Ep. 52. ad Pamm.

L. in Jov. c. 3

In hac Apologia S. Hieronymus dicta sua repetit, & explicat, ubi Matrimonium contemnere videbatur. Cum Jovinianus Catholicos incusaret, quod essent Manichæi, repetit S. Hieronymus, quod initio operis sui Marcionitas, Manichæos, & Encratitas damnaverit, qui matrimonium rejiciebant. Dicit, se Matrimonium agnovisse honorabile, & thorum

ad Hebr. 13. 4

rum immaculatum secundum Scripturam, sed connubio tantum prætulisse continentiam, tanquam majus bonum. Agnovisse se etiam, Matrimonium esse Virginitatis originem, secundas quoque, & tertias nuptias approbasse; denique de verborum suorum expressionibus, quæ nimiæ videntur, & toto operis contextu esse judicandum. Illud quoque repetit, de quo in opere contra Jovinianum mentionem jam fecerat, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum judicio commercium cum mulieribus cum Servitio Altaris esse incompatibile. Memorat Romæ conjugatos quoque quotidie communicare, & si Ecclesiam a se adiri non posse crederent, nihilominus JEsu Christi Corpus domi suæ accipere. (*) Ab adversariis suis observari vult, diversos esse modos scribendi, quando errorem oppugnamus, & quando simpliciter docere intendimus; qui in primo genere scribit longius digreditur, nec semper, quo collineet, manifestat; quandoque ita loqui necessarium est, non ut propriam Ideam explicet, sed ut densissimam præjudiciorum nubem in mente adversarii dissipet. Exempla affert illorum, qui vel inter Gentiles, vel Christianos maxima eloquen-

Sæculum IV. A. C. 393.

C. 4. Apol. lib. 1. in Jov. Apol. c. 3. init.

c. 6.

c. 4.

(*) Nullum indicium, tales etiam sacrum Sanguinem sumpsisse.

Sæculum IV. A. C. 393.

eloquentiæ laude floruerunt; imo & S. Pauli, cujus eloquentiam, & subtilissimam artem sub stilo ad speciem simplici, & impolito admiratur. S. Hieronymus scripsit quoque hac de materia ad Domnionem amicum suum, adversus clamores unius Monachi, quem valde contemptim habet.

Ep. 51.

§. XLIII.

Ordinatio Pauliniani.

Verumtamen S. Hieronymo potentiores adversarii erant in Oriente; quippe illo tempore inter eum, & Joannem Episcopum Jerosolymitanum magna contentio orta, cujus hæc fuit occasio. Paulinianus, S. Hieronymi frater, cum fratre in Monasterio Bethlehemitico degebat. Duo erant in hac communitate Presbyteri, S. Hieronymus, & Vincentius, ambo tanta humilitate, ut sanctum Sacrificium offerre nollent. Paulinianus, quem omnes Sacerdotio dignum judicabant, seipsum existimabat indignum, hinc, ne ordinaretur, sollicite Episcoporum occursum fugiebat. S. Epiphanius, eorum amicus, Monasterium in loco nativitatis suæ, in Palæstina, & Diœcesi Eleutheropolitana fundaverat; dum ibi commoratur, venit ad eum Paulinianus cum aliquibus Monachis, ut S. Epiphanio, ob nescio quam causam, ipsis subira-

Epiph. ad Joann. ap. Hier. ep. 60.

Hieron. ad Theoph. ep. 62. *c.* 3. *Sup. l. XIII. §.* 41

to

Sæculum IV. A. C. 393.

to satisfaceret; singulari Dei providentia sibi missum credidit S. Epiphanius, & dum officium in vici cujusdam Ecclesia prope ejus Monasterium celebratur, aliquot Diaconis mandat, Paulinianum, nihil tale suspicantem, comprehendere, atque os ejus objectis manibus comprimere, ne se in nomine JEsu Christi adjuraret; ita summopere repugnantem, & se indignum protestantem, ordinavit Diaconum; tum, ut Diaconi officiis fungeretur, coegit, multis adductis S. Scripturæ locis eum permovere conatus, timorem etiam ingerens, ut a Dei judiciis caveret. Post hæc S. Epiphanius, ad Sanctum Sacrificium ministrantem, simili ut antea coactione, & compressis labiis, Presbyterum ordinavit; (*) rursusque magnæ molis res fuit, persuadere, ut inter Presbyteros consideret. S. Epiphanius, Pauliniano ordinato, ad Presbyteros, aliosque hujus Communitatis Monachos scripsit, arguens, quod se non monuissent per Epistolas, cum jam ultra annum plures apud se quererentur, neminem esse, qui ibi sacra Mysteria celebraret; atque Pauliniani ordinationem, tanquam Monasterio utilissimam ab omnibus fuisse exoptatam. Paulinianus S. Epiphanium in Cyprum

(*) Si hæc sine exaggeratione narrantur, Ordinatio fuit nulla.

Sæculum IV. A. C. 393.

prum proficiscentem secutus. Eidem obediebat tanquam ejus Clericus; non nunquam vero ad fratrem suum in Palæstinam invisebat.

Hier. ep. 62. ad Theoph. c. 3.

Joannes Jerosolymitanus hanc ordinationem impatientissime tulit; jura sua læsa aperte querebatur, minitatus, ad totius mundi judicium se appellaturum. Dicebat, S. Epiphanio nullam in Paulinianum competere jurisdictionem, neque in Palæstina, quam, suam esse Provinciam affirmabat. Querebatur, ordinatum Paulinianum, cum necdum requisitam ad ordinem Presbyteratus ætatem haberet; & tamen erat tunc Paulinianus annorum triginta. Tum quædam in ipso Epiphanio reprehendit, atque inter alia, quod in precibus S. Sacrificii diceret: *Domine! gratiam Joanni tribue, ut, quæ vera sunt, credat!* Quibus verbis se hæresis arguere videretur. Equidem S. Epiphanius Joannem accusabat, quod errores, qui Origenis esse credebantur, teneret; hic enim inter eos lapis offensionis erat. Joannes querebatur, hæc sibi non ante objecta, quam postquam ordinationem Pauliniani reprehendisset; id vero S. Epiphanius, & S. Hieronymus negabant, & econtra affirmabant, Joannem, dum hanc ordinationem oppugnabat, Spiritu vindictæ agi, quod ejus Doctrina erroris argueretur.

Ap. Hier. ep. 60.

Hier. ep. 61. c. 4.

§. XLIV.

§. XLIV.

Sæculum IV.
A. C. 393.

Epistola S. Epiphanii ad Joannem Jerosolymitanum.

Sanctus Epiphanius, auditis querelis, minisque, quas Joannes Jerosolymitanus fundebat, dedit ad eum Epistolam, in qua modum præfatæ ordinationis narrat, & dicit: *Gratias mihi agere debueras, sciens, me impellente Dei timore id feciſſe, & perpendere, in Dei Sacerdotio nullam esse diversitatem, quando nihil præter utilitatem Ecclesiæ quærimus. Quamvis enim singuli Episcopi suas Ecclesias habeant, quarum curam gerunt, & nullum oporteat potestatem Episcopalem ultra limites suos extendere, tamen sincera JEsu Christi charitas omnibus præferenda est. Quanto magis mansuetudo, & bonitas Episcoporum Cypri laudabilis est! & quanto magis rusticitas nostra, talis enim nostra in hac re facilitas vobis videri posset, Misericordia Dei digna est! nam aliqui nostræ Communionis Episcopi in nostra Provincia ordinarunt Presbyteros, quos apprehendere non potueramus, miseruntque ad nos Diaconos, & Subdiaconos, quos lubentissime recepimus. Ego ipse hortatus sum Episcopum Philonem felicis recordationis, & Theoprobum, ut in Ecclesiis Cypri meæ Diœcesis, quæ ampla est, ipsis proximioribus Presbyteros ordinarent.*

ap. Hier. ep. 60.

2. Cor. 10. 16.

Sæculum IV. A.C. 393.

narent. *Cur ergo tantopere iraſceris mihi, propter opus Deo gratum, in nullum alium finem, quam fratrum ædificationem perfectum.* Deinde ad objecta, ſe ipſum tangentia, reſpondet, & teſtatur, ſe nunquam in precibus publicis de Joanne alio modo quam de omnibus cæteris fuiſſe locutum, dicendo: *Domine! conſerva eum, qui veritatem prædicat;* aut: *Concede ei, Domine! ut verbum veritatis prædicet!* Nempe unum, vel alterum pro occaſione, & ſermonis contextu. Ex quo cognoſcimus, tunc temporis necdum in precibus invariabilis formulæ uſum fuiſſe. §. 2.

S. Epiphanius deinde ad errores Origenis tranſit, quos veram eſſe cauſam arbitratur, cur ſibi tam acriter ſuccenſeret Joannes. Illos errores ad octo capita reducit; primo, Patrem a Filio Dei videri non poſſe, nec Filium a Spiritu S. §. 3. Secundo, animas aliquando in Cœlo fuiſſe Angelos, atque ob peccata ſua in hunc mundum miſſas, & corporibus, veluti carceribus incluſas. Tertio, Diabolum priſtinam Dignitatem recuperaturum, & in Cælo cum Sanctis regnaturum. Quarto, ſub tunicis pelliceis, quibus Deus Adamum, & Evam induit, intelligi debere corpora eorum, atque ante peccatum fuiſſe incorporeos. Quinto, nos in eadem hac carne non reſurrecturos. Sexto,

S. Epiphan.

to, Paradiſum terreſtrem eſſe Cæli allegoriam. Septimo, aquas, quas Scriptura ponit ſupra firmamentum, eſſe Angelos, & quas infra firmamentum, eſſe Dæmones. Octavo, per peccatum hominem ſimilitudinem Dei perdidiſſe. S. Epiphanius hortatur Joannem Jeroſolymitanum, ut omnibus his erroribus renuntiet, quorum etiam Ruffinum Presbyterum Aquilejenſem, & Palladium ex Galatia accuſat. Sæculum IV. A. C. 393. c. 4.

Sub Epiſtolæ finem hæc leguntur: *Præterea ad me relatum eſt, aliquos adverſum me murmurare ſequenti de cauſa; cum in locum ſanctum, qui Bethel dicitur, iremus, ut vobiſcum Collectam celebraremus, tranſivi per vicum, quem dicunt Anablatha, & videns lucernam ardentem, quæſivi, quis hic eſſet locus? comperi eſſe Eccleſiam, & ingredior ad orandum; vidi ſiparium, in Eccleſiæ porta ſuſpenſum, in quo imago quaſi JEſu Chriſti, vel alicujus Sancti picta erat, non enim, quid fuerit, ſatis recurrit; ergo conſiderans imaginem hominis, in Eccleſia JEſu Chriſti expoſitam, contra Scripturæ auctoritatem, ſiparium dilaceravi, & loci cuſtodibus conſilium dedi, ſatius futurum, ſi eodem corpus alicujus pauperis defuncti ad ſepulturam involverent; murmurabant dicentes: ſi velum lacerare huic volupe erat, aliud Eccleſiæ donare oportuiſ-*

Sæculum IV. A. C. 393.

set; quo audito, promisi, me novum ejus missurum; ecce hic transmitto, tale, quale inveniri potui, & rogo te, ut loci Presbyteros illud recipere jubeas, simulque prohibeas, ne imposterum in Ecclesia ejusmodi vela exponantur, quæ nostræ Religioni adversa sint; æquum enim est, ut a vobis tollatur hoc scandalum. Si hæc Epistolæ pars reipsa S. Epiphanii est, fatendum, S. Epiphanium solum inter cæteros Episcopos fuisse, quem hic scrupulus angeret; nam picturarum usus in Ecclesiis tam Orientis, quam Occidentis receptus erat, quod apparet ex testimonio S. Gregorii Nyssæni, Prudentii, & S. Paulini, eodem circiter tempore scribentium. (*) Similis picturæ, in velo expressæ, & in Ecclesia expositæ, mentio fit in libro miraculorum S. Stephani, mandato Evodii, Episcopi Uzalensis, S. Augustini amici, compositio. Attamen forte unius Ecclesiæ usus in hac materia ab alterius consuetudine divertebat, & magnus numerus Judæorum, in Palæstina habitantium, causa esse potuit, ne tam publice imagines colerentur, & iis absque necessitate scandalum præberetur.

Greg. Nyss. in Theod. p. 1011.

Prud. Steph. IX. v. 93. IX. v. 123. Paul. natal. II. sub fine d. mirac. S. Steph. L. XI. c. 4. to. 7. Aug.

§. XLV.

(*) Ad hæc Testimonia Protestans nihil. Sed inferius adjecta annotatione de cultu divino imaginibus hodie exhibito, temere garrit.

Sæculum IV.
A. C. 393.

§. XLV.

Epistola S. Hieronymi adversus Joannem.

Sanctus Epiphanius hanc Epistolam ab uno Clericorum suorum ad Joannem Jerosolymitanum perferri jussit, & instabat, ut cito responderet; interim Epistolæ exempla per Palæstinam dispersa, Eusebius Cremonensis, in Monasterio S. Hieronymi degens, cum hanc Epistolam ab omnibus laudari audiret, eum rogavit, ut in latinum verteret, non enim Græcæ linguæ gnarus erat; S. Hieronymus, ei satisfacturus, Notarium accersivit, & prompte verbis latinis Epistolam græcam dictavit, rogavitque Eusebium, ut eam apud se retineret, ne in plures emanaret; nihilominus paulo post vulgata est, nam S. Epiphanii Epistola non nisi in hac S. Hieronymi translatione supereſt. Huic non respondit Joannes Jerosolymitanus, sed scripsit Apologiam, ad Theophilum Alexandrinum directam, quæ re ipsa erat Epistola circularis ad omnes Episcopos; hanc misit in Occidentem, & in plures alias Provincias. Hujus exempla Romæ in plurimorum manus devenerunt, sicut etiam Epistolæ S. Epiphanii; hinc Pammachius permotus, ut ad S. Hieronymum scriberet, rogans eum, ut statum quæstionis explicaret, & veritatem omnibus no-

Hier. ep. 101. de optigen. interp.
Id. ep. 61.

Sæculum IV. A. C. 393.

tam faceret. Fecit S. Hieronymus, quod rogabatur, & scripsit ad Pammachium amplam Epistolam anno 393. quod ex commemoratione Eclipsis solaris appareret. Tribus jam annis tenebat contentio, ex illo tempore, quo S. Epiphanius Jerosolymæ existens, Joannem accusaverat, quod errores Origenis sectaretur. Rem S. Hieronymus ita narrat, verbis ad Joannem directis:

c. 4. *Exteris, & rerum ignaris imposuisti; nos vero qui præsentes fuimus, omnia novimus. Quando Papa Epiphanius in tua Ecclesia adversus Origenem loquebatur, & sub ejus nomine te impugnabat, tu, tuique satis gestu, & vultu fastidioso ostendebatis, quod Virum sanctum velut Senem delirum rideatis. An non ad eum, ad sepulchrum Domini concionantem, Archidiaconum tuum misisti, qui juberet, ut talia loqui cessaret? Quis unquam Episcopus Presbyterum suum tali fastu reprehendit? coram omni populo? dum ex loco Resurrectionis ad locum Crucis procederetis, & populi turbæ, omnis ætatis, & sexus, concurrebant ad Senem, parvulos admovere, pedes ejus osculari, & fimbriam Pallii avellere gestientes, ita ut progredi non posses, vixque firmo gradu consisteres, ardens invidia in S. Senem exclamasti, & in faciem objecisti, quod ex composito via subsisteret! in memoriam revoca, obsecro!*

ſecro! illam diem, qua populum ſola ſpes Epiphanium perorantem audiendi usque ad horam poſt meridiem primam detinuit; tu vero adverſus Antropomorphitas loquebaris, furioſe indignans, quod ruſtica ſimplicitate crederent, Deum membra habere, ſicut ei in Scriptura tribuuntur, atque oculis, manibus, toto corpore ad S. Senem vertebaris, ut abſurdæ hæreſis ſuſpectum redderes! te loqui deſinente, ſurrexit, indicans, cupere ſe aliquid dicere; tum, poſtquam voce, manuque Congregationem ſalutaſſet, ait: Omnia, quæ Confrater meus adverſus Antropomorphitas dixit, bona ſunt, & fidei conſentanea; ego quoque eos condemno; ſicut autem hanc hæreſin rejicimus, ita etiam æquum eſt, ut perverſam Origenis Doctrinam rejiciamus!

Sæculum IV. A. C. 393.

S. Hieronymi Epiſtola.

Tunc vero nullus cachinnorum, nullus clamoris modus fuit! haud credo, rem iſtam memoria tibi excidiſſe. Deinde S. Hieronymus narrat, Joannem Jeroſolymitanum alia die longam orationem ad populum præſente S. Epiphanio fuiſſe elocutum, in qua omnia Eccleſiæ dogmata, de Trinitate, de Incarnatione, de Cruce, de Inferis, de Angelorum natura, de ſtatu animarum, de Reſurrectione expoſuit; is quidem, fortuito id a ſe factum, dicebat, at S. Hieronymus affirmabat, id feciſſe, ut ſe ab Origenis erroribus purgaret. Ut ut hoc ſe habeat, jurgii ortum

Sæculum IV. A. C. 393.

hoc modo enarrat, ut ostendat, dissensionem animorum Pauliniani ordinatione esse antiquiorem.

Quod ad Joannis Jerosolymitani Apologiam attinet, S. Hieronymus conqueritur, quod errorum Origenianorum a tot Palæstinæ Monachis, & maximæ auctoritatis Episcopo, qualis erat S. Epiphanius, accusatus, se ab hac labe non simpliciter purget: *probare non possum*, inquit: *ut quisquam, vel suspicionem hæresis patienter ferat!* particulatim deinde ad ea, quæ Joanni objiciebantur, descendens, dicit, *ex octo capitibus, quibus accusabatur, eum tantum tria commemorasse, nec ad ea præcise respondisse, cætera autem silentio præteriisse.* De his, & Origenis erroribus S. Hieronymus tractat, & fusius refutat. Ubi de Symbolo loquitur, dicit, id ab Apostolis acceptum, idque sine scriptura hominum memoriæ tradi. Joannes Theophilo in omnes Ecclesias, præsertim in Ecclesiam Jerosolymitanam aliquam auctoritatem tribuebat; ad quod S. Hieronymus in hunc modum respondet: *tu vero, qui, Canones Synodi Nicænæ sequi, videri vis, responde mihi! quid Palæstinæ, & Episcopo Alexandrino commune sit? nam nisi enormiter fallor, canone 6. & 7. decretum, ut Cæsarea in Palæstina, & Antiochia in toto Oriente Metropolis sit. Ergo ad Episcopum Cæsa-*

Ep. 61. *c.* 1. 2.

c. 3.

c. 9. *in fin.*

c. 15.

Can. Nic. 6. & 7.

Sup. l. XI. §. 20.

rienſem,

rienſem, Judicem tuum, converti debue- Sæculum IV.
ras, ſciens, nos in ejus Communione, poſt- A. C. 393.
quam tuam rejecimus, vivere. Si vero Judex in Provincia remota magis quam in propinqua placebat, non Alexandriam, ſed Antiochiam ſcribendum tibi erat. Inferius redarguit Presbyterum Iſidorum, ex quatuor majoribus fratribus unum, a Theophilo Jeroſolymam miſſum, & quo latore Joannes ad deferendam ſuam Apologiam uſus fuerat; hunc ipſum S. Hieronymus Origenismi ſuſpectum affirmat, & ſubjungit: *cum huc veniſſet, tanquam a Theophilo Delegatus, noluit epiſtolas, quas, ad nos datas, habebat, tradere, quia, inſtante Epiſcopo Jeroſolymitano, promiſerat, ſe eas non redditurum; is ipſe itaque, qui ſe ad conciliandam pacem miſſum dicebat, unius ſe partis ſtudioſum adverſus alteram probavit.* Duobus antequam Iſidorus veniret menſibus, Comes Archelaus inter Epiſcopum Joannem, & Monachos Mediatorem ſe obtulerat, & Monachi petierant, ut vera fides reconciliationis fundamentum eſſet. Locus, diesque feſta circiter Paſchalia indicta, Joannes, ſe venturum promiſerat, jamque magna Monachorum turba convenerat; contra omnium exſpectationem Epiſcopus miſit, qui diceret, charitate eum teneri, ut nobilem fæminam ægrotantem adjuvaret, nec illa die venire poſſe; quamvis

Sæculum IV. A. C. 393.

Monachi adverterent, se ludi, exspectarunt tamen & alteram diem. Archelaus Joanni scripsit, monuitque, se & altera die, & tertia exspectaturum, si venire vellet; at Episcopus non venit. Joannes S. Hieronymum, aliosque Monachos accusabat, quod Ecclesiam scinderent; ad hoc S. Hieronymus respondet: *annos illi simus, qui Ecclesiam scindunt, ex facto judica! ante aliquot menses, ante Pentecosten, dum obscurato Sole, omnes contremiscebant, credebantque, jam jam Judicem adfuturum, Presbyteris vestris quadraginta Personas diversæ ætatis, sexusque, baptizandas præsentavimus; attamen quumque Presbyteri in Monasterio erant, quibus jus baptizandi competebat, sed nihil facere voluerunt, quod vobis offendiculo esse posset, vel alicujus excusationis umbram præbere, quam obtendentes, fidem vestram explicare recusaretis; Tu profecto ille es, qui Ecclesiam Christi dividis, tu inquam! qui Presbyteris tuis Bethlebemi prohibuisti, ne tempore Paschali competitoribus nostris Baptismum conferrent, quos baptizandos ad Dionysium Episcopum Diospolitanum Confessorem misimus.*

c. 16.

S. Hieronymus contra Joannem.

S. Hieronymus ad Theophilum quoque Alexandrinum scripsit, ut epistolæ responderet, qua eos ad pacem hortatus fuerat. Fratris sui Pauliniani ordinationem asserit legitimam, quod in Monasterio S. Epi-

Ep. 62. c. 3.

Sæculum IV. A. C. 393.

S. Epiphanii, & Territorio Eleutheropolitano, non vero Æliæ, seu Jerosolymæ fuerit collata; nec ei defectum ætatis objici posse, cum esset annorum triginta. Tum subjungit: *Alterutrum faciant, necesse est! si boni sumus, sinant nos in pace vivere! si mali, cur Communionem nostram expetunt? nuper postulavit,* & obtinuit etiam, ut in exilium mitti juberemur; utinam concessisset Deus, ut id etiam effectui dare potuisset! fundendo sanguinem, & contumelias patiendo, Ecclesia fundata est.* Hæc S. Hieronymus in causa contentionis cum Joanne Jerosolymitano scripsit. Accusabatur, quod epistolam S. Epiphanii ad Joannem non fideliter transtulisset; ut hanc notam a se amoliretur, epistolam scripsit ad Pammachium, in qua docet, optimum interpretandi genus esse, non scrupulose verba reddere, sed accurate sensum exprimere. At hæc epistola duobus annis serius scripta est.

* *nempe Joannes.*

Ep. 101. *de opt. gen. interpr.*

§. XLVI.

Palladii Profectio.

Ruffinus, & Palladius, qui S. Hieronymo Origenistarum Duces sunt, tunc in Palæstina morabantur. Ruffinus illuc cum Melania venerat jam anno 373. ut dictum est, & ibi annis viginti quinque permansit. Olim S. Hieronymi amicorum intimum Origenis defensio separavit,

Hier. ep. 60. *c.* 4. 5.

Sup. XVII. §. 6.

Sæculum IV. A. C. 393.

vit, nec infensiorem exinde adversarium habuit. Palladius natione Galata erat; annos natus viginti Alexandriam venit, Theodosio Consulatum secundo gerente, id est, anno 388. primo in Magistrum incidit Presbyterum Isidorum, tunc annum vitæ septuagesimum agentem, qui & quindecim alios supervixit usque ad annum 403. Idem est Isidorus, de quo S. Hieronymus, queritur. Isidorus Palladium cujusdam Anachoretæ, cui nomen Dorotheus, curæ commisit, qui ab annis sexaginta in caverna prope Alexandriam vivebat; is Palladio præcepit, ut secum tribus annis maneret, & affectus suos domare disceret. Palladius, transactis apud hunc Senem annis duobus, & medio, ægrotavit, eumque reliquit, ut vitam minus rigidam duceret. Ad Monachos montis Nitrienſis invisens, ibi uno anno permansit; inde in Desertum Cellarum delatus, tribus annis conversatus est S. Macario Alexandrino, qui Presbyteri munere fungebatur. Ibi Evagrium ex Ponto, aliosque quinque Monachos alienigenas noscere cœpit. Novem annis Palladius in Cellarum deserto ordinariam sedem fixit, at hoc tempore non nunquam peregrinabatur; Monasterium Scethiense adivit, Monachum Senem, cui nomen Pachon, consulturus; inde in Palæstinam transiens, Bethlehemi apud quem.

Pall. Laus. c. 118.

Pall. Laus. præf. & init. sup. l. XVI. §. 35.

Laus. c. 2.

c. 7.

c. 20.

Rosw. p. 721.

c. 29.

Laus. c. 77.

quemdam Monachum, nomine Poſſidonium, manſit, rurſusque in monte Olivarum apud Innocentium Presbyterum. S. Epiphanius inſinuat, Palladium tunc in Palæſtina extitiſſe, cum ipſe ad Joannem Jeroſolymitanum ſcriberet, nempe anno 392. Sæculum IV. A. C. 393. c. 103.

Evagrium ex Ponto, cujus regimini Palladius ſe commiſerat, etiam inter præcipuos Origenis Sectatores numerabant. Eum S. Baſilius Lectorem ordinaverat, & S. Gregorius Nyſſenus Diaconum. Cum Jeroſolymam veniſſet, ibi invenit Melaniam Seniorem, cujus conſilium amplexus, Monachum induit circa annum 384. inde in Ægyptum migrans, in monte Nitriæ, & in Cellis moratus eſt. Eum magnus vitæ rigor commendabat; cumque celeriter, & venuſte litteras efformaret, panem tranſcribendis libris lucrabatur, ſimulque evaſit doctiſſimus. In ſolitudine obiit, annos natus quatuor ſupra quinquaginta. Is auctor creditur libri ſecundi de vitis Patrum, cujus initio hiſtoria S. Joannis Ægyptiaci ponitur, in quo ferme ſemper more teſtis præſentis loquitur. Hujus operis in latinum translatio Ruffino tribuitur, atque ipſius Evagrii, quod ibi inſertum legitur, Elogium; ſaltem iſtud exploratum eſt, Evagrium, Palladium, Albinum, Ammonium, & alios tres Monachos, nempe ſeptem, celeber- *Pall. Lauſ.* c. 86. c. 27. *Roſw.* p. 479.

Sæculum IV. A. C. 393.

leberrimum S. Joannem Ægyptiacum invisisse, cum a Jerosolyma venirent, eosque ab ipso Imperatoris Theodosii victoriam de Eugenio Tyranno reportatam didicisse, eadem die, qua bonus nuntius Alexandriam allatus est, etsi Monasterium S. Joannis, prope Lycum, seu Lycopolim in Thebaide situm, aliquot dierum itinere distaret.

vit PP. Lib. II. c. 1. Pall. Laus. c. 43. c. 46.

§. XLVII.

Bellum Theodosii contra Eugenium.

Eutropius, ab Imperatore ad S. Joannem Ægyptiacum missus, ut e solitudine egrederetur, persuadere non potuit; at prædixit vir Sanctus; Theodosium in hoc bello Victorem futurum, majori tamen humani sanguinis impendio, quam in bello contra Maximum; ab ipso Tyrannum vita exuendum, &, postquam de hostibus triumphasset, in Italia rebus humanis excessurum, relicto filio, qui Occidentis Imperium obtineret. Ubi Eutropius hoc responsum attulit, Imperator omnes cogitationes ad bellum convertit, nec arma tantum expediebat, sed magis operibus pietatis, jejuniis, orationibus, & vigiliis victoriam a Deo efflagitabat. Cum Episcopis, & populo omnia orationis loca visebat, coram Martyrum, & Apostolorum tumulis prosternebatur, eorum intercessionem, certissimum belligerantium auxi-

Soz. VII. c. 72. Sup. §. 34.

Philost. XI. c. 2.

Id. c. 33.

Sæculum IV. A. C. 393.

auxilium, implorans. Plures etiam tunc Leges, ut populos levaret, edidit. Tributa, a Tatiano Prætorii Præfecto imposita, sustulit, jussitque, ut omnia bona eorum, quos proscripserat, iisdem, aut sanguine proximis redderentur. Militibus prohibuit, ne ab hospitibus suis quidquam ultra debitum exigerent, aut in pecunia sibi solvi cogerent, quod in rei natura debebatur. Nimium illorum zelum repressit, qui, Religionis obtenta specie, Judæorum Synagogas diripiebant, aut destruebant. Demum mandatum edidit, quo prohibebat, ne illi, qui vel de se ipso, vel suo Regimine petulanter detractiones sparsissent, tanquam rei læsæ Majestatis punirentur; *si id levitate factum*, dicit lex: *contemnendum est! si stultitia, qui talia dixerunt commiseratione digni sunt, si malitia, ignoscendum. Itaque volumus, ut tota ejusmodi causa nobis reservetur, ut pro conditione delinquentium judicemus, an negligi, vel examinari mereatur.* Omnes hæ leges datæ sunt Constantinopoli, Theodosio, & Abondantio Consulibus, id est, anno 393. ibi Theodosius anni reliquam partem consumpsit, & sequentis initium, omnia, quæ bello necessaria erant, præparans.

Lib. 23. Cod. Theod. de an. & trib. Lib. 12. C. Th. de bon. proscr. L. 3. de Salg. 1. 18. 19. 20. de erog. mil. ann. L. 9. de Jud. L. 7. Cod. Theod. si quis Im. mal. l. IX.

Eugenius quoque bellum adornabat, sed longe aliis auxiliis, quippe cum ei Gentiles omnem opem ferrent, liberri-

me

Sæculum IV. A. C. 393.

me Diis ſervire licebat. Plurima Romæ Sacrificia offerebantur, fundebatur victimarum ſanguis, viſcera inſpiciebantur, felicissima dicebantur auguria, ex quibus certissima Eugenio Victoria promittebatur. Flavianus Prætorii Præfectus, & Symmachi amicus, ſolertissimus Politicus, & in arte Divinationis doctissimus credebatur; tunc vero nemo magis ſuperſtitionibus fidebat, nemo audacius belli inſtantis fortunatissimum exitum promittebat, Eugenius, occupatis Alpium Juliarum faucibus, illic Jovis Idola erigi paſſus eſt, ſignumque ejus Prætorianum præferebat Herculem. Gentilibus conceſſit, quod Valentinianus junior bis negaverat, nempe Romæ aræ Victoriæ dicatæ renovationem, & reddituum templorum, Diis ſacrorum, reſtitutionem; hæc poſtquam ipſe bis concedere abnuiſſet, tertia vice indulſit. S. Ambroſius, ſciens Eugenium Gentilibus deditum, miſſam ſibi ab eo epiſtolam initio Regni ſui, nullo reſponſo dignatus eſt; poſt hæc tamen ad eum ſcripſit, pro aliquibus in periculo conſtitutis, deprecans. Atque ita exemplum reliquit Ambroſius, virum fortem, etiam præſente vitæ periculo aſſentari non poſſe, at vero ſuperiorem poteſtatem ſcire revereri, quando proximi charitas id expoſceret. S. Ambroſius deinde, comperto, quod Eugenius Mediola-

Ruff. II. c. 33.

Soz. VII. c. 22.

Aug. V. civit. c. 26.

Theod. V. c. 24.

Paulin. vit. Ambr. c. 26.

Ambr. ep. 57. n. 6. n. 11. 12.

Sæculum IV. A. C. 393.

diolanum advenire festinaret, hac urbe relicta, Bononiam concessit, & ad Eugenium epistolam dedit, in qua sui discessus causam ponit, & commemorat, quanta constantia postulationibus Gentilium apud Valentinianum, & ipsum Theodosium se opposuerit; malam excusationem refutat Eugenii, dicentis, non hæc bona templis reddidisse se, sed iis viris, quibus maxima in acceptis referret, gratitudinis causa dedisse, nempe Arbogasto, & Flaviano: *magna quidem tua potentia est,* inquit: *at cogita: longe majorem esse potentiam Dei, omnia videntis, & intima cordis tui scrutantis. Patienter ferre non potes decipientem te, & vultum Dei quidquam te celare posse existimas? quomodo imposterum oblationes tuas JEsu Christo præsentabis? quomodo eas Presbyteri poterunt distribuere? quidquid Pagani peccabunt, tu vapulabis!* Quod S. Ambrosius minatus fuerat, evenit; Ecclesia Mediolanensis oblationes Eugenii accipere noluit, imo nec ipsum precibus præsentem sustinere. His excitati Arbogastus, & Flavianus, dum urbe Mediolanensi excessere, jurarunt, postquam Victores redirent, Basilicam in equorum suorum stabulum conversuros, & Clericos ad militandum coacturos.

S. Ambrosius ad Eugenium. *ep.* 57. *n.* 6. *n.* 7. *n.* 8. *Paul. n.* 31.

Sæculum IV. A. C. 393.

§. XLVIII.

S. Ambrosius Bononiæ, & Florentiæ.

Ambr. exhort. Virg. init. Paul. n. 29.

Mediolano excedens, ut dictum est, S. Ambrosius Bononiam se contulit, illuc invitatus, ut translationi Corporum SS. Vitalis, & Agricolæ, illis diebus inventorum interesset. Hos Martyres una passio conjunxit. Vitalis Agricolæ servus erat, quem prius interfecerunt, quod sperarent Dominum ejus, terrore perculsum, mutari posse, erat enim Agricola ob singularem morum lenitatem ipsis persecutoribus charus; at, Christum constanter confitentem, in crucem egerunt. Martyrum corpora, inter Judæorum funera sepulta, a Christianis ignorabantur, cum SS. Martyres hujus Ecclesiæ Episcopo, ubi jacerent, revelarunt; ergo investigantur corpora, atque e medio plurimorum Judæorum, Christianorumque tolluntur; plures etiam clavi inventi, unde vulnerum multitudo, quæ S. Agricola acceperat, cognoscebatur. Præterea aliquid sanguinis, & lignea crucis collectum. Corpora Sancta sub Altari Basilicæ, magna populi lætitia, recondita; & Dæmones, quos Martyrum præsentia torquebat, eorum merita manifestabant. Igitur S. Ambrosius ad hanc festivitatem invitatus, Bononiam venit, Translationi adfuit, & aliquas Reliquiarum partes nempe clavorum,

vorum, & ligni crucis abstulit, necdum enim corpora dividi solebant, imo nec transferri; Lex alia Theodosii supereſt, de anno 386. qua prohibetur, ne corpus humanum ab uno loco ad alium transferatur, aut Martyris corpus a quoquam vendatur, vel ematur; (*) id vero permittitur, ut magnificis ædificiis eorum sepulchris honos habeatur. Hujus legis causa esse potuit, quod jam tunc pseudo Monachi darentur, qui cum falsis Reliquiis Provincias percurrebant. Sæculum IV. A.C. 393. *L. ult. C. Th. de sepulch. viol. Paul. n. 27.*

Bononia S. Ambrosius Faventiam delatus, dum ibi aliquot dies moratur, a Florentinis invitatur, ut in Thusciam ad ipsos veniret; ivit, & S. Vitalis Reli-

(*) Hic dicit Protestans: Ueber die Erde aber durften ſie (scilicet Martyrum Corpora, & Reliquiæ) nicht gebracht, noch zur Verehrung ausgeſtellet werden. Etsi Corpora Sanctorum Martyrum non supra, sed infra Altaria fuerint posita, nihil tamen in Cultus Substantia mutatum, & si quid additum, id Ecclesiæ consensu factum. Quod vero Protestans indicare velit, nullum tunc SS. Martyribus cultum, qualem hodie solemus, fuisse exhibitum, contra manifestam Historiæ veritatem loquitur. Affert deinde Verba S. Augustini. Serm. 101. de divers. *Non eis templa, non eis Altaria, non Sacrificia exhibemus . . . . . Ego Petrum non colo, sed Deum, quem colit & Petrus.* At nemo non videt, contra quos, & de quo Cultus genere hic S. Pater scripserit.

Sæculum IV. A. C. 393.

quias, quas aliis deſtinaverat, illuc transtulit, & ſub altare Eccleſiæ, ibi a ſe conſecratæ, depoſuit, quæ poſtea Baſilica Ambroſiana dicta. S. quædam Vidua, cui nomen Juliana, hanc Eccleſiam ædificaverat; erant ei tres filiæ, quæ ſe Deo dicarunt; hinc orationi, quam S. Ambroſius in illa Dedicatione pronuntiavit, nomen dedit: *exhortatio ad Virginitatem*, quia præprimis ad harum puellarum inſtructionem compoſita erat. S. Ambroſius Florentiæ hoſpitabatur in domo cujusdam ſpectati civis Chriſtiani, cui nomen Decentius, & cujus filium, nomine Panſophium, malignus Spiritus torquebat; hunc S. Epiſcopus, ſæpe pro eo orans, & manus imponens, liberavit; ſed ecce! poſt paucos dies puer ſubito fato ſublatus eſt. Mater, fæmina piiſſima, defunctum ex ſuperiori cubiculo, in inferius, ubi S. Ambroſius habitabat, detulit, &, viro Sancto tunc abſente, in ejus lectulum deponit; S. Ambroſius domum reverſus, videnſque puerum mortuum ſupra ſtratum ſuum depoſitum, magna hujus Matris fide admodum commotus eſt; itaque Eliſæi factum imitatus, corpuſculo ſe applicuit, ſuisque precibus obtinuit, ut reviviſceret. Tunc vivum Matri reddidit, & poſtmodum librum compoſuit, quem ad hunc puerum direxit, ut, hæc legens, aliquando diſceret, quæ

Exh. Virg. c. 2.

Paul. n. 28.

quæ tunc per ætatem intelligere nequibat. Hoc opus nobis non supereſt, ſcimus tamen, S. Ambroſium in eo de miraculo nullam feciſſe mentionem. Mediolanum rediit, comperto, inde Eugenium profectum, ut in Theodoſium moveret. Urbem ingreſſus eſt circa initium Aug. anno 394. ibique Imperatorem exſpectavit, cui tribuendam a Deo victoriam firmiſſime confidebat.

Sæculum IV. A. C. 394.

Paul. n. 31.

Ambr. ep. 61. n. 1. 2.

§. XLIX.

Theodoſius Victor.

Theodoſius, omnibus per totam hyemem ad expeditionem comparatis, & Galla, prima uxore ſua, privatus, quippe ex puerperio deceſſit, Conſtantinopoli ambos filios Arcadium, & Honorium, cum Ruffino Prætorii Præfecto reliquit, qui in Oriente rebus præeſſent. Honorium decima Januarii annno 393. Auguſtum edixerat. Anno ſequenti 394. vernante, Conſtantinopoli profectus eſt, Arcadio tertio, & Honorio ſecundo Conſulibus. Conſtantinopoli egreſſus, ad locum, quem Hebdomon dicunt, in Eccleſia, a ſe S. Joannis Baptiſtæ honoribus ædificata, ſubſtitit; hujus Sancti precibus armorum ſuorum Succeſſum commendabat, & efflagitabat auxilium. Locus iſte Hebdomon dicebatur, quod ſeptem milliariis Conſtantinopoli diſtaret. Theodoſius

Zoſ. l. 4. p. 777.

Honorius Auguſtus.

Socr. V. c. 2.

Claud. de tert. Conſ. Hon.

Soz. VII. c. 24. Soz. VII. c. 21. Chr. paſch. an. 391.

Sæculum IV. A. C. 394.

dosius S. Joannis Baptistæ Caput illuc attulisse dicitur, in vico prope Calcedonem inventum, quo sub Valente allatum fuisset, & a Presbytero, nomine Vincentio, atque Virgine, nomine Matrona, custoditum. Ambo Sectæ Macedonii adhærebant, & Matrona quidem in suis erroribus perseveravit, at Vincentius, ad fidem conversus, Imperatorem secutus est.

Zos. l. 4. p. 778.

Theodosius in Italia adveniens, in Alpes vi penetrat, & omnibus Eugenii viribus, in campo Aquilejensi collectis, occurrit. Barbarorum auxilia, quibus Gainas præpositus, prœlium inire jubet, hi post diuturni conflictus acerbitatem hostium vim non tulerunt; vicit Arbogastus, qui primas Eugenii copias in aciem eduxerat. Decem Gothorum millia cæsa. Bacurius Princeps Iberus, qui a multo tempore cum Romanis militabat, fortitudine, & pietate insignis, strenue pugnans, cecidit. Nox irruens acies diremit, & Eugenius, debellatum Theodosium æstimans, bene meritis prœmia distribuit, militesque, ut cibo, & quiete corpora reficerent, dimisit. Interim montium fauces occupari jussit, ut incluso Theodosio nequidem fugæ spes superesset. Theodosio copiarum Duces suadebant, ut modo copias reduceret, ultimamque belli fortunam in annum sequentem experiri differret; ipse edixit, se vero

Sup. l. XI. §. 39.

Theod. V.

ro non conceſſurum, ut crucis Signum, quod militibus ſuis præferebatur, ante Herculis Idolum, Eugenii ſignum, fugeret. Itaque quamvis paucæ ſupereſſent copiæ, & pavor animos invaſiſſet, ſubſiſtere ſtatuit. Illa nocte in ſacellum, in vertice montis, quem caſtris tenebat, exſtructum, ſeceſſit, ubi nec cibum capiens, nec quietem, proſtratus in terram, quam lacrymis humectabat, orare perſeverabat; tandem defatigatus, tempore, quo cantare Gallus ſolet, in ſomnum incidit, ſibique duos viros conſpicere viſus eſt, veſtibus albis, & albi etiam coloris equis vectos, qui ipſum hortarentur; bono animo eſſet, milites arma capere, quamprimum illuceſceret, juberet, aciem inſtrueret, ambos ſe in ejus auxilium miſſos, & unum quidem Joannem Evangeliſtam, alterum Philippum Apoſtolum eſſe. Poſt hanc viſionem Imperator multo ferventius oravit. Militi cuidam eadem viſio hac nocte objecta erat, is, quid vidiſſet in ſomno, Centurioni aperit, Centurio militem ad Tribunum ducit, & Tribunus ad Legionum Præfectum, qui rem ad Imperatorem defert, ratus, ſe rem noviſſimam Theodoſio afferre; reſpondit Theodoſius: *non propter me huic militi futurum revelatum eſt; de victoria ſatis certus ſum, ſed ut eorum, quæ mihi primo revelavit Deus, præter me alium*

Sæculum IV. A. C. 394.

Sæculum IV. A. C. 394.

quoque teſtem habeatis. Ergo alacriter in hoſtem eamus, Sanctorum auxilio tuti, nec majorem ex parte adverſa ſtantium numerum, ſed Sanctorum, qui nobiscum dimicaturi ſunt, potentiam cogitemus! Ita excitatis ſuorum animis, de monte deſcendens, hoſtibus imminebat. Tunc vero dignum conſtantia ſua periculum advertit, dum vidit Eugenii copias, colem tenentes, ut ſuorum terga, quamprimum cœpiſſent cum hoſtibus a fronte ſtantibus confligere, invaderent. Hæc eo cogitante, Arbetion illarum copiarum Dux, Imperatoris reverentia motus, ad legitimi Domini partes concedit; plures alii, ubi datum pugnæ initium eſt, clariſſimi viri exemplum ſecuti, vires ſuas, & obſequia Theodoſio detulerunt, ſi modo ſtipendia, & honores, viris militaribus dignos, eſſet conceſſurus; promiſit ipſe, quæ petebant, militiæ munera. Tunc conſpiciens locorum anguſtiis, & impedimentis ſuorum impetum retardari, hoſtemque, ut loci iniquitate deprehenſos aggrederetur, feſtinare, equo deſiliens, ſolus ante ſigna proceſſit, dicens: *ubi eſt Theodoſii Deus!* his verbis omnibus ſuis animos addidit. Eugenius, ut Theodoſium ex equo deſcendere vidit, ſuos progredi jubet, & ipſe in colle ſubſiſtens, ait; Theodoſium ultro in mortem irruere, mandatque, ut vivus, & vinculis conſtrictus,

Theodoſius Victor.

Soz. VII. c. 24. Oroſ. VII. c. 35.

Ambr. de ob. Theod. n. 7.

ctus, sibi adduceretur; ut vero utraque acies intra teli jactum fuit, violentus ventorum turbo derepente exortus Eugenii copiis oculorum usum eripuit, emissa jacula in emittentes retorquebantur, terræ pulvere excœcabantur, scuta manibus excutiebantur, aut in eorum, qui fortius ea tenebant, vultus impingebantur; tandem procella victi ordines laxaverunt. Theodosii militibus non modo sæva tempestas non nocebat, sed juvabat, quippe emissas sagittas, ultra quam vires humanæ potuissent, impellebat; ipse Claudianus Poeta, licet Ethnicus, agnovit, Cœlum hoc in bello pro Theodosio decertasse. Itaque Eugenii militi animus defecit, pars terga dare, pars arma ponere, & veniam a Theodosio implorare. Ei jucundum accidit, victis parcere, jussitque, ut in conspectum sibi sisteretur Eugenius. Is suos videns in collem, ubi erat, eniti, & ad se festinare, interrogabat, num vinctum Theodosium traherent? ipsi dixerunt: *adsumus, ut te ipsum capiamus;* simul purpura, & aliis ornamentis exutum, manibus a tergo ligatis, Theodosio sistunt. Theodosius obnoxio Valentiniani necem, usurpatum per nefas Imperium, sanguinem tot millium hominum injusto bello effusum, atque spem suam in Herculis Idolum superstitiose positam exprobravit. Eugenius, ad Theo-

Sæculum IV. A. C. 394.

Claud. de 3. Cons. Honorii.

Eugenius victus & occisus.

Sæculum IV. A. C. 394.

dosii pedes prostratus, servili vecordia vitam rogabat; frustra rogantis caput, jubente Theodosio, a cervice revulsum, milites hastæ imponunt, & per castra circumferunt. Ad tristem aspectum copiæ devictæ deditionem fecere; tumque victores, victosque fors una conjunxit. Arbogastus abjecta spe veniæ per invia montium juga fugiebat, sed prævidens, se persequentium manus non posse effugere, duobus gladiis meritum pectus perfodit. Ita occidit parricida, biduo post pugnam, quæ inita fuerat sexta Septembris, Arcadio tertio, & Honorio secundo Consulibus, id est, anno 394.

Socr. V. c. 25.

Eadem die ferunt, Energumenum, cum Ecclesia prope Constantinopolim, quæ Hebdomon dicebatur, exiret, in aerem sublatum, cœpisse S. Joanni Baptistæ convicia dicere, sine capite truncum appellare, & clamare: *vincis trunce! & milites meos seducis!* adstantes, ea, quæ in bello gererentur, scire avidi, diem annotarunt, & post modicum tempus, id eadem die contigisse, qua commissum est prœlium, ab iis, qui interfuerant, comperierunt.

Soz. VII. c. 24.

Theodosius Jovis Idola, in Alpibus erecta, dejici jussit, atque quibusdam ex Proceribus jocantibus, gratissimum sibi fore feriri talis Jovis fulminibus, quippe ex auro erant fabricata, ea Regia munificentia donavit.

Aug. V. civit. c. 26.

§. L.

§. L.

Sæculum IV.
A. C. 394.

Theodosii Clementia.

Theodosius duobus Rebellium Principibus, Eugenio, & Arbogasto sublatis, cœteris omnibus ignovit. Inimicorum suorum liberi in Ecclesiam confugerant, qua ipse occasione arrepta, eos in Religione Christiana educari præcepit; bona paterna non abstulit, sed Dignitatibus quoque auxit; nemini post victoriam privatas injurias ulcisci licuit. Scripsit ad S. Ambrosium, ratus, ideo discessisse, quod suas a Deo derelicti res pessimo loco stare credidisset; at eidem Imperatoris litteræ Mediolani redditæ sunt, quo initio Augusti redierat. Monebat Imperator, ut pro concessa Victoria Deo gratias ageret. S. Ambrosius epistolam ad Ecclesiam detulit, & super altare posuit; ubi deinde Sacrificium obtulit, (*) manu tenebat, ut per os suum Imperatoris fides oraret, & epistola pro oblatione esset. In litteris responsoriis Imperatorem rogat, ut reis parcat, præsertim illis, qui ante hanc culpam nihil peccaverant. Et aliam epistolam scripsit post paucos dies, quam transmisit per unum Diaconorum suorum, nomine Felicem, qui postmodum

Ambr. ep. 61.

ep. 62.

(*) Verba: *ubi deinde Sacrificium obtulit.* Interpres Protestans omisit.

Sæculum IV. A. C. 394.

dum Episcopus Bononiensis fuisse creditur, in ea pro illis, qui ad Ecclesiam confugerant, veniam rogat; Imperator Joannem Notarium, & Tribunum, postmodum Prætorio Præfectum, misit, qui eis vitæ securitatem præstaret; tum S. Ambrosius ad Imperatorem Aquilejam veniens, plenam reis indulgentiam facili negotio obtinuit. Imperator ad pedes S. viri accidit, agnoscens, quod ejus meritis, & precibus fuisset servatus.

Paul. vita. n. 37.

S. Ambrosius Mediolanum rediit, quo & Theodosius die sequenti advenit. A participatione Sacramentorum abstinuit, ob inimicos suos in bello, licet justissimo, occisos, & quidem tamdiu, donec Divinæ Gratiæ testimonium in adventu liberorum suorum accepisset. S. Ambrosius hanc Theodosii modestiam refert, & laudat, quam suo consilio eidem suggessisse credibile est. Hi liberi Imperatoris, quos in Italiam vocavit, Honorius, & forte soror ejus Placidia fuisse credi debent, nam Arcadius Constantinopoli remansit.

n. 32. de ob. Th. 34.

Ruff. II. c. ult. Philost. II. c. 2.

Postquam advenerunt, eos Theodosius in manus S. Ambrosii tradidit, ratus, meliorem custodem inveniri posse neminem.

Socr. V. c. c. 26. Paul. n. 32.

Sciens haud multum vitæ tempus secundum Joannis Ægyptiaci vaticinium sibi supereſſe, Imperium in duos filios divisit, Orientem Arcadio destinavit, ubi ipse diu rerum potitus fuerat, & Ruffinum

Zos. lib. 4. p. 779.

dedit,

dedit, cujus consiliis uteretur. Occi- Sæculum IV.
dentem Honorio assignavit, nempe Ita- A. C. 394.
liam, Hispaniam, Galliam, Africam, & Illyricum Occidentale; qui vero, quamdiu filius minori ætate esset, Imperium administraret, Stiliconem constituit, cui Neptem suam in matrimonium dederat. Dum Theodosius in Italia versabatur, Romanos Senatores hortatus est, ut relicta Theodosius.
veteri Superstitione, amplecterentur fidem Christianam, quæ ab omnibus peccatis liberaret; responderunt; se vero Cæremoniis renuntiare non posse, quibus urbs fundata esset, & jam supra mille ducentos annos staret, ut transirent ad Religionem, qua suppresso rationis lumine simpliciter, quæ proponebantur, credere juberentur; nec scire, quæ forte fata Romanos manerent, si ingentem Religionis innovationem molirentur. Tunc Theodosius eos scire jussit, Sacrificiorum, aliarumque cæremoniarum sumptus ærario publico maximo oneri esse, quæ pecuniæ alendo militi melius impenderentur. Senatores in sententia perstiterunt, sed frustra; itaque cessarunt Sacrificia, cæremoniæ profanæ neglectæ, ejecti Deorum Sacerdotes utriusque sexus, templa omnia ab hominibus deserta. Hæc Zosimus refert, quæ urbi Romæ ruinam attulisse arbitratur.

Dum

Sæculum IV. A. C. 394.

Dum hac ultima vice Theodosius in Italia commoratur, Occidentales novum conatum adversus Flavianum Antiochenum adhibuerunt, querentes, quod hujus Episcopi Tyrannidem Imperator non comprimeret. Respondit Theodosius: *edicite! de quo Tyrannidis genere Flavianum accusetis? ego Flavianus ero, ego causam ejus agere in me suscipio!* & ipsis dicentibus, se contra Imperatorem judicio contendere non posse, hortatus est, ut imposterum ad reconciliandas Ecclesias, & extinguendas inutiles contentiones animum adjicerent. His Theodosii monitis Occidentales cessere, nec eos exinde contra Flavianum ad Imperatorem querelas detulisse scimus. Certe Oriens, Asia, Pontus, Thracia, & Illyricum Flaviano favebant.

Theod. V. c. 23.

§. LI.

Concilium Constantinopolitanum.

Soz. VIII. 6. 17.

Eodem anno Flavianus Concilio Constantinopolitano interfuit, cujus occasio hæc fuit: Ruffini, Prætorio Præfecti, qui tunc Orienti præerat, jussu Palatium, & magna Ecclesia ædificata, in oppido prope Calcedonem, quod quercus dicebatur, & deinde ab ipsius nomine Ruffinianum dictum; Ecclesia Græce *Apostoleion* appellata, eo quod in honorem SS. Petri, & Pauli esset erecta. In hanc

hanc Ecclesiam Ruffinus Monachos induxit, qui Clericorum officiis fungerentur, atque ut majori pompa dedicaretur, multos e diversis Provinciis Episcopos, & magnum Monachorum numerum convocavit; nominatim Evagrium ex Ponto accersivit, quem tanto præ cœteris honore colebat, ut e fontibus baptismi, quem hujus solemnitatis occasione accepit, ipsius manu levari voluerit. Itaque videmus, in baptismo adultorum, æque ac parvulorum Patrinos fuisse adhibitos. Sæculum IV. A. C. 394. *Herad. Paracl. c. 2. Rosw. p. 947.*

Hujus Dedicationis occasione celebratum fuisse creditur Concilium Constantinopolitanum, cujus unam Sessionem habemus, datam tertio Calendas Octobr. Arcadio tertio, & Honorio secundo Consulibus, id est, vigesima nona Sept. anno 394. præter Episcopos novemdecim, quorum nomina leguntur, dicitur, plures alios interfuisse. Omnium primus ponitur Nectarius Constantinopolitanus, deinde Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Palladius Cæsarienſis in Cappadocia, seu potius Helladius S. Basilii successor, Gelasius Cæsarienſis in Palæstina, Gregorius Nyssenus, Amphilochus Iconiensis, Paulus Heracleensis, Arabianus Ancyranus, Ammon Andrinopolitanus, Phalerius Tarsensis, Lucinus Hierapolitanus, Elpidius Laodicenus, omnes *To. 2. Conc. p. 1151.*

ex

Sæculum IV. A. C. 394.

ex diversis Provinciis in Oriente Metropolitani, si S. Gregorium Nyssenum excipias, qui non erat Metropolitanus, at ætate, & eximiis meritis venerabilis; præterea inter omnes Episcopos Ponti ipse solus nominatus fuerat in testimonium, ut quisquis cum eo communicare sciretur, Catholicus haberetur; Lex ista Theodosii trigesima Julii, anno 381. data erat. Inter hos Episcopos etiam Theodorus Mopsuestenus invenitur, ex quo sequitur, eum pro Catholico fuisse habitum. Id quoque Nota dignum, Nectarium Constantinopolitanum in hoc Concilio, præsentibus Alexandrino, & Antiocheno præsedisse. Locus, in quo hoc Concilium agebatur, erat Ecclesiæ Constantinopolitanæ baptisterium, unde vastissimum fuisse cognoscitur, nam unacum Episcopis omnes quoque Clerici intererant.

Sup. l. IX. §. 27.

In hoc Concilio judicata est causa duorum Episcoporum Agapii, & Bagadii, qui de Sede Bostrensi, Arabiæ Metropoli contendebant. Ambo præsentes erant, & coram aliis Episcopis stabant, tanquam partes in judicio litigantes. Per acta probatum, Bagadium a duobus tantum Episcopis fuisse depositum, & absentem. Arabianus, Episcopus Ancyranus, Patres rogavit, ut lege universali quæstionem deciderent, an duo Episcopi Confratrem deponere

deponere possint? & an quisquam absens deponi possit? Theophilus dixit; ut futuris temporibus ejusmodi malis præcaveretur, optimum sibi videri, si tribus Episcopis unum deponere neutiquam liceat, sed omnes, si fieri possit, Provinciales adsint, & accusati præsentia requiratur. Eadem sententia Nectarii fuit, quæ canonibus Apostolicis conformis erat; accessit Flaviani, & reliquorum omnium consensus. Itaque decisum, ut trium Episcoporum numerus ad ordinationem sufficiens, ad depositionem non sufficiat. Sæculum IV. A. C. 394.

§. LII.

Epistola Canonica S. Gregorii Nysseni.

Post hoc Concilium nulla amplius mentio S. Gregorii Nysseni recurrit, cujus memoria in Ecclesia ob viri virtutem, & scripta, atque S. Basilii fratris ejus, in honore est. Ejus festum Ecclesia Græca decima Januarii, & Latina nona Martii celebrat. Nihil amplius etiam legitur de S. Amphilocho, cujus memoria vigesima tertia Nov. agitur; de eo S. Gregorius Nazianzenus testatur, quod ægrotos precibus suis, & oblatione Sancti Sacrificii sanaverit. Plura reliquit scripta, quæ antiquitati magno in pretio erant, & paucissima ad nos pervenerunt. *Menol.* *Martyr.* *Carm. 51. p. 125.*

Sæculum IV. A. C. 394.

Inter libros vero, qui S. Gregorii Nyſſeni ſunt, habemus Epiſtolam Canonicam, in ſua ſenectute ſcriptam ad Letoium, Epiſcopum Melitinenſem in Armenia, quem Filium ſuum Spiritualem vocat. Hæc videtur eſſe pars epiſtolæ cujusdam Paſchalis, atque pœnitentiæ regulæ, quas in ea ſtatuit, illis rigidiores ſunt, quas frater ejus S. Baſilius poſuit, quamvis eodem modo in antiquorum traditione fundentur; ex quo harum traditionum differentia etiam in Eccleſiis vicinis cognoſcitur. Pro Apoſtaſia pœnitentia tota vita duret, pœnitens a precibus publicis ſemper excludatur, ſed privatim oret, & Communionem ſolum in mortis articulo recipiet. Si infirmitate humana, & ob tormentorum vim fidem negavit, aget pœnitentiam, quæ pro fornicatione præſcribitur, id eſt, novem annis. Cui cum incantatoribus, & ſortilegis commercium eſt, ſi in Religionis contemptum fecerit, ut Apoſtata habebitur, ſi ſimplicitate, & ruditate, ſicut illi, qui tormentis ceſſerunt.

To. 2. Conc. p. 1775.

c. 3. Pro ſimplici fornicatione novem anni pœnitentiæ ponuntur, tribus annis a precibus excluſi ſint, tribus aliis auditores, & tribus ultimis proſtrati. Pro adulterio geminantur anni in quolibet gradu, nempe ponuntur anni novemdecim. Peccata contra naturam ſicut adulterium puniuntur.

Sæculum IV. A. C. 392.

niuntur. Juxta S. Basilium pœnitentia pro fornicatione annos quatuor, & pro adulterio quindecim durabat. Pro homicidio voluntario S. Gregorius ponit annos ter novem, id est, viginti septem, nempe novem annos in singulis gradibus, quorum primus erat ab Ecclesiæ ingressu penitus excluforum, secundus auditorum, tertius prostratorum in precibus. Pro homicidio non voluntario eadem pœnitentia, quæ fornicationi, injungitur, nempe novem annorum. S. Basilius pro homicidio non voluntario decem annos requirit. S. Gregorius rapinæ eandem pœnitentiam, quam homicidio constituit; pro simplici furto pœnitentiæ tempus non definit, sed furem ad id reparandum eleemosinas largiendo teneri dicit, & qui nihil habet, obligari, ut manuum suarum labore satisfaciat, secundum Apostoli Præceptum. Miratur Patrum traditione non graviores pœnas ad reprimendam avaritiam fuisse constitutas, & tantum abest, ut de rigore queratur, ut potius in variis articulis eorum indulgentiam admiretur. Regulam universalem esse vult, ut ille, qui sponte peccatum suum confessurus advenit, lenius habeatur, quam alter, qui ab aliis accusatur, & invitus convincitur, atque in Episcopi potestate sit pro pœnitentis fervore non nihil de pœnitentiæ tempore

Sup. XVII. §. 15. Ep. ad Amphil. cap. 22. c. 80. c. 58. Greg. c. 4.

c. 56. 57.

c. 5.

Eph. 4. 28.

Sæculum IV. A. C. 394.

remittere. (*) Dicit, illum, cui communio concessa est, quod morti proximus crederetur, si sanitati restituatur, ad supplenda, quæ deerant, teneri.

§. LIII.

(*) Hier kömmt unser Protestant mit einigen Puncten aus der Gottesgelehrtheit aufgezogen, die er vermuthlich von dem Bingham ausgeschrieben. Erstlich saget er: Es scheinet, als ob man bey der grossen äusserlichen Strengigkeit zu wenig an die innerliche Herzens-Aenderung gedacht. Das ist ein Vorurtheil seiner Religion, in welcher man überhaupt aus den äusserlichen Werken gar zu wenig machet; wir sind aber aus der Heil. Schrift eines bessern belehret. Denn Christus der HErr saget: Olim in Cilicio, & Cinere Pœnitentiam egissent. Matth. XI. Zweytens: daß man vielen Gelegenheit gegeben ärger zu werden, da man ihnen gänzlich die äusserlichen Gnaden-Mittel entzogen, und z. E. grobe Missethäter 9 Jahre hingehen lassen, ohne daß sie GOttes Wort hören, oder dem Gebet beywohnen dürfen ꝛc.

Das schreibet er so hin ohne allen Erweis. Drittens saget er ferner: Es hat sich unter diese Uebungen gar bald die *opinio meriti* gemenget, und derjenige, der seine Jahre ausgehalten, nicht geglaubet, daß er die Vergebung der Sünden dem Blute Christi zu danken habe, sondern daß er sie der Kirche abverdienet. Das ist gar eine Lüge. Viertens: Daß eben daher die schädliche und dem Verdienste JEsu so verkleinerliche Lehre vom Ablaß entstanden ꝛc.

Wie

Sæculum IV.
A. C. 394.

§. LIII.

Donatiſtæ.

Illo circiter tempore S. Auguſtinus, adhucdum Presbyter, adverſus Donatiſtas ſcribere cœpit; eorum multitudo eo usque in Africa excreverat, ut ultra quadringentos Epiſcopos numerarent, & eorum copia Eccleſia Catholica oppreſſa videretur. Primo contra eos ſcripſit Acroſticha ſecundum ordinem Alphabeti, ut diſcentium memoria juvaretur; ea S. Auguſtinus compoſuit ſtilo valde ſimplici, nec latinorum proſodiam obſervavit, ne verbis, vulgo incognitis, uti cogeretur, quippe hoc canticum ad rudis populi inſtructionem conſcripſit. Inde colligimus, quamvis in illa Africæ parte adhucdum linguæ punicæ uſus eſſet, paucos tamen fuiſſe, qui latinam ignorarent. In hoc Cantico S. Auguſtinus hiſtoriam

Poſſid. c. 7.

1. Retr. c. 20.

Wie könnte er doch erweiſen, daß die Lehre vom Ablaß ſchädlich, oder gar dem Verdienſte JEſu verkleinerlich ſey? Es erhellet, daß er von der Lehre der Catholicken gar keinen Begriff habe. Der Gewalt Ablaß zu ertheilen, iſt gegründet auf die Worte JEſu Chriſti, da er zu dem Heil. Petrus geſagt: Et tibi dabo Claves Regni Cœlorum &c. welche Wahrheit die eingeſchlichenen Mißbräuche ſo wenig, als das Läſtern eines Luthers, und ſeiner Lehrlinge umſtoſſen können.

Sæculum IV. A. C. 394.

Schiſmatis Donatiſtarum ſummatim indicat, & argumenta, quæ maxime ad hominem ſunt, eos eſſe rejiciendos. Non omittit iis objicere, quod Circumcelliones, aliosque homines improbos apud ſe vivere paterentur. Aliud quoque opus ante Epiſcopatum ſcripſit, quod non habemus, contra Epiſtolam Donati, ſecundi Donatiſtarum Carthagine Epiſcopi. Nam tunc temporis ipſi adverſariis ſuis contra ſe ſcribendi anſam domeſticis ſuis diviſionibus præbebant; præter corpus hujus Sectæ præcipuum, qui ſimpliciter Donatiſtæ dicebantur, alias inveniere erat paucorum ſocietates, quarum unaquæque apud ſe tantum verum Baptiſmum, & veram Eccleſiam reperiri credebant. Inter hos obſcuros Donatiſtarum Schiſmaticos leguntur Claudianiſtæ, Urbaniſtæ in quodam Numidiæ angulo, Rogatiſtæ in Mauritania Cæſarea; eorum caput erat aliquis Rogatus, qui ante annos circiter triginta novo ſchiſmate ſe a cœteris ſeparaverat. Tyranno Firmo bellum movente, nempe circa annum 372. hos alii Donatiſtæ perſecuti ſunt, hinc eis perſecutionem paſſi Firmianorum nomen dedere. At ſcandalum maximum in Schiſmate Maximianiſtarum exſtitit.

1. *Retr. c.* 20.

Aug. hær. 69 *de bapt.* 1. *c.* 6. *in Pſ.* 36. *n.* 20. *Cont. Creſc. IV. c.* 60. *contr. litt. Petil.* 11. *c.* 83 *Ep.* 93. *ad Vinc. n* 11. 12

§. LIV.

§. LIV.

Sæculum IV.
A. C. 394.

Schisma Maximiani.

Parmeniano, Donati Successore, defuncto, Donatistæ Primianum in Episcopum Carthaginensem elegerunt; cum postea Maximianus Diaconus a Primiano fuisset condemnatus, & excommunicatus, vicinos Episcopos adiit, & factione contra eum concitata, inter alia accusabat, quod indignos ad suam Communionem reciperet. Seniores ad omnes suæ factionis Episcopos hac de re scripserunt, rogantes, ut prompte convenirent, & Primiani molimina reprimerent. Carthaginem igitur convenere Episcopi quadraginta tres; at Primianus coram eis comparere renuit, nihilque aliud tunc factum, quam quod mandarent, ut liberum ei esset in Concilio alio frequentiore, quod celebraturi erant, se purgare. Porro, ut decreverant, Carbasucii in Provincia Bizacena Episcopi plusquam centum congregati sunt, & Primiano tunc quoque comparere recusante, tanquam multorum criminum convictum condemnarunt; quod Successores Episcopis viventibus constituisset; quod reos, nulla antecedente pœnitentia, ad Communionem recepisset; quod Presbyteros, ut contra Maximianum, aliosque tres Diaconos conjurarent, sollicitasset; quod

in Ps. 36. *n.* 20 *de gest. cum Emer. n.* 9.

Cont. Cresc. IV. c. 6. 7.

Sæculum IV. A. C. 394.

ejus jussu Presbyter Fortunatus in cloacam fuerit conjectus, quia ægrotos baptizasset; quod Presbytero Demetrio Communionem denegasset, quo eum cogeret, ut filium suum jure filiali exueret; quod Seniores acerbe tractari jussisset, quia, ab ipso Claudianistas ad Communionem admitti, non probarent. His Concilii istius Episcopi subjunxere: *Quod coram nobis noluerit comparere, ut audiretur, quod cum populo, & civilibus ministris Basilicarum portas obstruxerit, ne ingredi possemus; quod Delegatos, a nobis missos, injuriose rejecerit.*

Ob hæc crimina, & aliqua alia, quæ adducunt, quibusdam vero, ut ipsi dicunt, pudoris causa, silentio præteritis, Primianum condemnant, omnesque Episcopos, Clericos, populosque monent, ut ejus communionem devitent; omnibus tamen semestre concedebant, ut, quid facturi essent, aperirent, nempe a vigesima quarta Junii, qua die hanc sententiam proferebant, usque ad vigesimam quintam Dec. Hæc anno 393. acta creduntur. Episcopi scripserunt hanc condemnationem in Epistola circulari, quam Tractoriam vocabant, manu plurimorum ex ipsis, nempe quinquaginta trium Episcoporum, subscriptam. Primiano hoc modo damnato, & deposito, in ejus locum Maximianum, Episcopum Carthaginensem,

cont. Cresc. III. c. 13.

Sæculum IV. A. C. 394.

sem, elegerunt, illum ipsum, quem Primianus damnaverat, Diaconum. Eum duodecim Episcopi ordinarunt, &, præsentibus Clericis Carthaginensibus, manus imposuerunt. Primianus videns, plurimos Episcopos Provinciæ Proconsularis, Bizacenæ, & Tripolitanæ, adversario suo favere, Episcoporum Mauritaniæ, & Numidiæ Patrocinio confidebat, multorum præterea ex aliis Provinciis, qui ipsius partes semper secuti fuerant, nam Clientum numero semper prævaluit; igitur Bagaiæ in Numidia trecentorum, & decem Episcoporum Concilium convocavit octavo Calendas Maji, Arcadio tertio, & Honorio secundo Consulibus, nempe anno 394. vigesima quarta Aprilis. In hoc Concilio Primiano, cum pro damnato non haberetur, secundo gradu inter Judices considere licuit. Damnatus est Maximianus, atque Emeritus Episcopus Cæsarienſis in Mauritania sententiam dictavit in hæc verba: *Nobis ex Dei omnipotentis, & Christi ejus voluntate in Civitate Bagaja Concilium agentibus, visum est Spiritui Sancto, qui in nobis est, pacem perpetuam firmare, & sacrilega Schismata rescindere.* Et inferius: *Maximianus, fidei hostis, veritatis adulter, Ecclesiæ, Matris nostræ, inimicus, servus Core, Dathan, & Abiron sententiæ nostræ fulmine e sinu pacis dejectus est.*

cont. litt. pet. 1. to. 10. cont. Cresc. III. 19 53. de unit. Eccl. c. 3.

III. cont. Cresc. c. 56.

IV. cont. Cresc. c. 39. in Ps. 39. Serm. 2. n. 22.

III. cont. Cresc. c. 53. c. 19.

Sæculum IV. A. C. 394.

est. Eodem stilo composita sunt cætera. Duodecim Episcopos, qui Maximianum ordinaverant, nominatim, universim vero omnes Ecclesiæ Carthaginensis Clericos, qui ejus ordinationi interfuerant, condemnarunt. Aliis Episcopis, qui et manus non imposuerant, octo mensium spatium concesserunt, quo ad eorum Communionem redire possent, nempe usque ad 25. Dec. scirentque, hoc tempore elapso, non amplius esse recipiendos, sed semper pro damnatis habendos.

§. LV.

Amicitia S. Augustini, & S. Paulini.

1. *Ret.* 21. Eodem ferme tempore, quo erat Presbyter, S. Augustinus cum S. Paulino, post hæc Episcopo Nolano, amicitiam iniit, opera S. Alipii, nuper in Episcopum Tagastenum, in patria sua, electi. S. Alipius ex commoratione Mediolanensi, dum ibi baptizatus est, nempe anno 387. S. Paulinum noverat. Comperta Paulini conversione, eidem circa annum 394. quinque libros S. Augustini contra Manichæos transmisit. Verosimile est, fuisse libros de moribus Ecclesiæ, de libero Arbitrio, de vera Religione, de utilitate Fidei, & duabus Animabus. S. Paulinus, gratias agens per Epistolam, simul a S. Alipio petebat, ut vitæ suæ historiam sibi conscriberet; huic Epistolæ & aliam ad-

Ap. Aug. ep. 24. *ep.* 25.

adjunxit ad S. Auguſtinum, qua ſe operum ejus lectione mirifice delectari teſtatur, ſeque in preces ejus commendat; utrique etiam panem per modum Eulogiæ, id eſt, Benedictionis, ſubmittit. Tam una, quam altera Epiſtola præfert nomen Paulini, & Tharaſiæ, ſeu Thereſiæ uxoris ejus, quæ unacum viro mundum reliquerat. In Epiſtola ad Alipium S. Paulinus fratribus, qui in Eccleſiis, & Monaſteriis Carthagine, Thagaſtæ, Hippone, aliisque locis exiſtunt, ſe commendat; ex quo cognoſcimus, quantum Profeſſio Monaſtica jam tunc in Africa fuerit prolata. Dum S. Auguſtinus S. Paulino reſpondet, in ſua Epiſtola inter alia dicit: *Non totum te in admirationem rapi patiaris ob ea, quæ per os meum veritas loquitur, ita ut ad illa, quæ ex me ipſo dico, non attendas, ne dum cibum vitæ, quo alias paſco, poſtquam & ego accepi, avida mente excipis, pro peccatis meis orare obliviſcaris.* Et deinde: *Verum eſt, quis neget? qui majora dona a Deo accepit, melior eſt, quam cui minus datum eſt, verumtamen præſtat Deo gratias agere pro dono mediocri, quam ob donum majus cupere ab hominibus laudari.* Poſtea vitam Alipii ipſe promittit, quam ut de ſe ipſo ſcriberet, S. hic Epiſcopus adduci non potuerat; hanc Epiſtolam S. Auguſtinus ferendam dedit Romaniano, anti-

Sæculum IV. A. C. 394.

Aug. ep. 27. n. 4.

quo

Sæculum IV. A. C. 394.

quo ſuo amico; hinc Licentium Romaniani filium S. Paulino commendat; nec-dum enim hujus juvenis animum a bonorum ſenſibilium, & ſæculi amore abſtrahere poterat, atque non parum ob ſaluti ejus periculum angebatur, quod ex illa Epiſtola, quam paulo ante ad eum ipſum dederat, diſpicimus. Cœterum dignißimus S. Auguſtini amicitia erat S. Paulinus; is illuſtriſſima Romanorum familia ortus magna prædia in Aquitania poſſidebat, natusque erat Burdegalæ; quippe nobiles Romani plurimorum agrorum in Provinciis Domini erant, ubi nonnunquam verſabantur. Igitur Paulinus, qui quandoque etiam Pontius, & Meropius dicitur, in diſcendis litteris Magiſtrum habuit celeberrimum Auſonium, quo docente ita profecit, ut ſive proſa, ſive verſibus ſcriberet, ob ſtili elegantiam laudatiſſimis ſuæ ætatis Scriptoribus accenſeri meruerit. Prima Reipublicæ munia obiit, ipſumque Conſulatum, quamvis nomen ejus in faſtis non legatur. Uxori ejus pares tanto marito divitiæ erant, nec quidquam terrenæ proſperitati deeſſe videbatur, niſi dulce parentum nomen; poſtquam diu liberos ſuſcipere ſummis votis expetierant, tandem natus eſt eis filius, cum Compluti in Hiſpania morarentur, at ecce! vix octiduanus ceſſit e vita, eumque penes

Ep. 26.

Uran. ep. init.

Auſ. 20. *init.*

Marty-

Martyres inhumari curarunt. In hoc Sæculum IV.
rerum ſuarum ſtatu, cum diu deliberaſſent, mundo valedicere, ſeque totos Deo addicere ſtatuerunt; uxor non modo non refragabatur, ſed & animos marito addebat. Ipſe a S. Delfino, Epiſcopo Burdegalenſi, annos natus circiter triginta octo, baptizatus eſt, anno 392. unde ſequitur, S. Auguſtino fuiſſe coætaneum, atque circa annum 354. primo lucem aſpexiſſe. Quia usque ad plenam vitæ converſionem baptizari diſtulerat. Accepto Baptiſmo ſtatim Monaſticum inſtitutum amplexus, in Hiſpaniam cum Conjuge ſua ſe contulit, quam exinde non alio, quam fraterno affectu proſecutus eſt. Illuſtriſſimi viri ſeceſſum volans per orbem fama vulgavit; multi obſcurum vitæ genus vituperabant, atque inter iſtos amicus ejus Auſonius, qui objurgabat, quod ſe virum a fœmina regi pateretur, jamque atra bile vexaretur; At S. Paulinus Auſonio, verſibus ſcriptis ſe aggredienti, reſcriptis verſibus, ut oportebat, reſpondit.

A. C. 394.

Paul. Pœm. 15. *ſub fin.*

Auſ. ep. 23. 25. *ad Auſ.* *ep.* 3. *Pœm.* 11. 12.

§. LVI.

Epiſtola S. Hieronymi ad S. Paulinum.

Vigilantio, Eccleſiæ Barcenonenſis Presbytero, Hieroſolymam proficiſcenti, S. Paulinus Epiſtolam ad S. Hieronymum ferendam dedit, qua eum de vitæ ratione,

Hier. ep. 13. *ad Paulin.* *Paul. ep.* 9. *al.* 28. *ad Sev.* *Gennad. in Paul.*

Sæculum IV. A. C. 394.

ne, in solitudine tenenda, consulebat, & gratulabatur, quod ei in sanctis locis vivere datum esset; simul submisit sermonem, quem amici cujusdam rogatu in defensionem Imperatoris Theodosii adversus Paganorum calumnias scripserat, sed non publicaverat. Vigilantius Palæstinam attigit illo tempore, quo terra mota est, idque Theodosii mortem præcessisse creditur versus finem anni 394. S. Hieronymus responsorias ad S. Paulinum dedit, in quibus inter alia dicit: *Noli credere, quidquam fidei tuæ perfectioni deesse, eo quod Jerosolymam nunquam videris, aut me ideo vivere sanctiorem, quod Bethlehemi habitem. Ea solum locorum diversitas ad sanctum tuum propositum faciet, si relictis urbibus, ruri degas. Jerosolyma vasta urbs est, in qua Senatum publicum, Curiam, officiales, Mimos, histriones, scorta invenies, & quidquid in aliis urbibus videris, ingentem populi multitudinem, & omnium nationum ex mundo concursum. Itaque quidquid in aliis civitatibus fugienda existimas, tibi Jerosolymæ occurrent.*

Hier. in Vig. c. 4. Id. op. 13. c. 2.

Tum Conditionis Clericalis, & instituti Monastici diversitatem indicat. *Si placet functiones Presbyteri, aut Episcopi in te suscipere,* inquit: *in urbibus, & opidis vive, & dum aliorum salutem procuras, etiam tuæ invigila; si autem no-*

c. 3.

men

men Monachi, id est, solitarii, quod geris implere cupis, quid tibi, & urbibus, quæ multitudinis commodo paratæ sunt? omni conditioni hominum præclara exempla ante oculos posita sunt; Episcoporum, & Presbyterorum est Apostolos, virosque Apostolicos imitari; nostri autem Duces sunt Pauli, Antonii, Hilariones, & si originem nostram altius ex Scriptura repetamus, Elias, Prophetarum filii, & Recabitæ. Rogo te igitur, quia Sorori tuæ sanctæ alligatus es, nec integra uteris libertate, hominum conventus, convivia, & comitatem urbanam devita. Ante solis occasum non manduces, nec nisi vilissima, qualia sunt olera, & legumina. Libros adversus Jovinianum habes, ubi de commessationibus contemnendis prolixe tractatur. Sacra Scriptura semper in manibus tuis sit; sæpe orandum, sæpe vigilandum. Eleemosinas, quas largiris, tuis manibus distribue. Aliorum eleemosinas distribuendi curam in te non suscipias; sed & tua non sine prudentia, & discretione eroga, eorumque jam te dispensatorem esse memento, non Dominum.

Sæculum IV. A. C. 394.

Deinde orationem ejus, qua Theodosium defendit, laudat; erat illa Panegyris, qua demonstrabat, Theodosii fidem magis, quam arma de Tyrannis triumphasse, atque hunc Principem supremam potestatem cum humilitate Christiana pul-

Sæculum IV. A. C. 394.

pulcherrima societate conjunxisse. S. Hieronymus hanc orationem prudentia plenam, elegantem, & ad omnes artis regulas exactam judicat. S. Paulinum hortatur, ut datum sibi eloquentiæ donum excolat, ingeniumque suum Sacræ Scripturæ, & Scriptorum Ecclesiasticorum lectione fœcundet; S. Hieronymus hic Scriptores memorat, & transeundo sua crisi perstringit. Illo ferme tempore, a S. Hieronymo consilium expetiit per Epistolas Furia, Romæ ex primis stirpibus orta, Camillorum, & S. Paulæ propinqua; ea, cum esset vidua, juvenis, & improlis, quid sibi ad salutem optimum esset, exquirebat. Eam S. Hieronymus hortatur, ut in eo, quo erat, statu permaneat, quantumcunque Pater ejus Letus instaret, & familiares alterum matrimonium suaderent. Secundarum nuptiarum incommoda ante oculos exhibet, & suadet, ut non tantum ab esu carnium abstineat, & a vino, sed etiam delicatiora legumina non gustet; lectioni, orationi, eleemosinæ distribuendæ intendat animum, & procul ab hominum commercio vivat. Eam quoque ad libros, adversus Jovinianum, ante annos duos scriptos, remittit.

§. LVII.

S. Paulini Conversio.

Ep. 10. Cum S. Paulinus Barcenone officio Ecclesiæ

cleſiæ die Nativitatis Domini inter- Sæculum IV.
eſſet, populus, zelo flagrans, ſubito ei A C. 394.
manus injecit, Epiſcopo Lampio ſiſtit, cogitque, ut Presbyterum conſecret. Reſiſtebat S. Paulinus, quod nihil niſi ſolitudinem cogitaret, & vitæ monaſticæ obſcuritatem. Jam diu apud ſe ſtatuerat, *Ep. 1. al. 6. ad Sever. 2. al. 25. ad Amand.* Nolæ in Italia reliquos vitæ dies apud S. Felicis ſepulchrum tranſigere. Illa ergo ſolum conditione in ordinationem ſuam conſenſit, ut communibus quidem Sacerdotii legibus, ſed non ſtabiliter Eccleſiæ Barcenonenſi ſervire teneretur; atque hoc exemplum ordinationis ab omni vinculo liberæ inter omnium prima reperitur. Id quoque videtur, Paulinum ſtatim fuiſſe in Presbyterum ordinatum, cum prius inferioribus ordinibus non eſſet initiatus, nam teſtem Deum invocat, quod non modo Presbyteratum non ſpernat, ſed initium ſerviendi Eccleſiæ facere in ordine oſtiarii in votis fuerit. Tunc vero S. Paulinus, ut perfectius Deo uniretur, bonorum ſuorum omnium impedimentis animum liberavit, eaque inter pauperes diſtribuit; horrea, *Uran. ep. c. 4.* cellasque quibuscunque petentibus aperuit, nec id beneficii vicinis tantum exhibuit, procul etiam agentes convocabat, ut nutriret, & veſtiret. Innumeros captivos, & pauperes debitores, ad ſervitutem redactos, quod ſolvendo non

Sæculum IV. A. C. 394.

essent, pretio redemit; pro pluribus aliis, non habentibus, debita solvit. Rebus suis ita dispositis, in Italiam migrans, Mediolanum venit, ubi eum S. Ambrosius retinere volebat, & suis Clericis annumerare, ita ut, ubicunque degeret, pro Presbytero Mediolanensi haberetur; noluit S. Paulinus consentire, & cœpto itinere pergens in urbem pervenit, ibique a populo perbenevole, non autem a Clericis exceptus est, quorum pars, & ipse Pontifex, nullum sibi cum eo commercium esse voluere. S. Paulinus, invidiæ cedens, discessit; at ad amicum suum Severum scribens, de contemptu conqueritur. Forte Pontifici displicebat, S. Paulinum, Neophytum, & simplicem Laicum in Presbyterum fuisse ordinatum contra Canones, quorum observantiam ipse in una Epistolarum suarum inculcat. Sed Paulinus ob vim, sibi illatam, excusatione dignus erat.

Ep. 3. *al.* 45. *ad Alyp.*

Ep. 1. *al.* 5.

Siric. ep ad Orthod.

Tandem Nolam se recepit, ubi omnes vitæ dies, quod jam ante quindecim annos in voto habuerat, consumpsit. Ut ibi magis, quam alibi vivere mallet, permovit devotio erga S. Felicem Martyrem, cujus miracula magnum populi concursum ex omnibus Italiæ partibus attrahebat. Hæc S. Paulino perspectius nota erant, ob patrimonii sui fundos quos in vicinia habebat; itaque a puero S. Felicem,

Natal. 2.

cem, Patronum ſuum, & Tutorem colere cœpit, quæ devorio ad ejus converſionem multum contulit. Ergo prope Eccleſiam habitabat, ubi S. Felicis Reliquiæ quieſcebant; locus erat ſuo ſitu amœnus, ab urbe Nola quingentos paſſus diſtans; ibi cum S. Thereſia Conjuge ſua ex modici prœdii redditibus, quod ſibi reſervaverat, ſuſtentabatur. Hujus Eccleſiæ Cuſtos eſſe ſibi videbatur, portas mane verrebat, noctu ibi vigilabat. Singulis annis Poema in Sancti honorem concinnabat, quod die ejus feſto 14. Jan. in lucem edebat; talia nobis decem ſuperſunt Poemata, quorum primum compoſuit, cum adhuc in Hiſpania eſſet, omnia ad iter ſuum in Italiam præparans; ſecundum, primo anno, quo ibi moratus eſt; at certe plura alia ſcripſerat, quippe triginta quinque circiter annos ibi fuit. In illo receſſu S. Paulinus pauperem vitam ducebat, ex vaſis ligneis & fictilibus comedens; vili, & inculto veſtitu tegebatur, jejunabat, orabat, omnem vitæ Monaſticæ Diſciplinam ſervabat. Sæculum IV. A. C. 395.

S. Ambroſius, audita Paulini converſione, ad S. Sabinum, Epiſcopum Placentinum, amicum ſuum ſcripſit, prævidens fore, ut tanta mutatio hominibus profanis bilem moverer. *Intolerabile*, inquit: *ipſis videbitur, ut primæ nobilitatis vir, tanto ingenio, rara eloquentia, relicto Se-* *Ep. Ambr.* 38.

Sæculum IV. A. C. 395.

natu, clarissimum genus suum extingui patiatur. Illi, qui caput, & supercilia radere solent, cum Isidi consecrantur, indignum exclamabunt, Christianum Religionis amore vestitum mutare.

§. LVIII.

Imperatoris Theodosii obitus.

Soer. V. c. ult. Soz. VII. c. ult.

Theodosium Imperatorem Constantinopolim revertentem, anni 395. initio, hidropisis mortifera invasit, quam ultimi belli fatigationibus contraxerat. Ubi ægritudinem sensit, illico S. Joannis Ægyptiaci vaticinium in memoriam rediit, certusque se ex hoc morbo decessurum, usque ad ultimum, quæ ad Reipublicæ quietem facerent, disponere non desiit, magnos enim tumultus post mortem suam extituros ominabatur. Ambos filios Stiliconis prudentiæ, & fidei commendavit; is, Theodosio conciliante, ipsius Neptem, nomine Serenam, duxerat, tuncque statuit Theodosius, ut eorum filia, Maria, Honorio nuberet. Dum Imperium divisit filiis, hortabatur, ut ambo sollicite defenderent Religionem, sine qua Regnum stare non posset. Omnibus circa filios compositis, testamentum in bonum populorum condidit. Veniam, iis concessam, confirmavit, qui contra se arma tulerant, cujus veniæ litteræ necdum expediri poterant. Etiam tributi cujus-

Claud. de 33. Cons. Honor. Theod. V. c. 25.

Ambr. de ob. Theod. n. 4. 5.

cujusdam remissionem, quam promiserat, rati habuit; nec satis sibi visum, si utriusque rei executionem filiis mandaret, sed legem in optima forma edidit. Extremas curas utilitati Ecclesiarum impendit. Tandem quieta morte defunctus est Mediolani decima septima Januarii, Olybrio, & Probino Consulibus, id est, anno 395. postquam regnasset sedecim, vixissetque annos sexaginta. Sæculum IV. A. C. 395. *Socr. V. c. ul.*

S. Ambrosius orationem funebrem in Ecclesia in officio quadragesimæ diei, Imperatore Honorio præsente, dixit. In ea mentionem facit ab aliquibus observari tertiam, & trigesimam obitus diem, ab aliis septimam, & quadragesimam, quod & alibi ex antiquitate Ecclesiastica probatur. Partas a Theodosio victorias, præsertim ultimam de Eugenio, sinceræ fidei ejus fuisse præmia asserit. Milites hortatur, ut defuncti filiis inviolatam fidem servent, & non minorem eorum ætatem, sed, quantum defuncto Parenti debeant, perpenderent. Singularem Theodosii Clementiam laudat, cujus effectibus modo tot Rebelles frui gauderent, & actam pœnitentiam, cujus ipse fidelis testis esset. Sperat, defunctum Parentem filiorum suorum juventutis potentem apud Deum Protectorem futurum. Post hæc Theodosii corpus conditum, & Constantinopolim translatum, quod ab Impe- *n.* 3. *Const. Apost. VIII. c.* 5. *not. Bened. in Ambr. n.* 7. 8. *n.* 13. *n.* 14. *n.* 15. *Socr. VI. c.* 1

Sæculum IV. A. C. 395. ratore Arcadio exceptum, in Cæsarum sepulchrum octava Nov. ejusdem anni illatum est.

Chro. Pasch. p. 306.

§. LIX.

Theodosii indoles, & mores.

Lib. 4. p. 758. 768. 773. Ita e vivis abiit Imperator Theodosius, quem omnes Scriptores Christiani, & plerique etiam Gentiles maximis laudibus exornarunt. Solus Zosimus magnos in eo defectus deprehendere potuit; mollem fuisse incusat, & voluptatis plus æquo amantem; commessationibus, saltatoribus, Circi, Theatrique spectaculis nimium indulsisse; *Ita ut valde mirer*, inquit: *morum ipsius inæqualitatem, nam nulla premente adversitate, qua ad virtutes compelleretur, suam indolem sequebatur, at imminente Reipublicæ periculo, damnatis deliciis, propriæ virtutis, & fortitudinis memor, rursus curarum, & laboris patiens erat.* *p. 754.* Altera accusatio Zosimi est, quod pecuniæ Theodosius inhiasset, ut haberet, unde in epulas, aliasque profusiones ingentes sumptus faceret, atque quod Præfecturas, & munera vendidisset, ita ut nummularii, vilesque homunciones publicis Magistratus insignibus fulgere conspicerentur. Multitudinem quoque, & maximum spadonum potentiam vituperat; & profecto negari non potest, immensam Eutropii fortunam huic insimula-

mulationi aliquam veritatis ſpeciem præbere. Sæculum IV. A. C. 395.

At contra Symmachus, æque ac Zoſimus, Gentilis, & res illius temporis melius edoctus, quia Synchronus, ad Flavianum, amicum ſuum, ſcribens, & loquens de Panegyri in Theodoſium, quam ipſe Symmachus publice pronuntiaverat, fatetur, ſe hujus viri laudes ſolummodo delibaſſe, laudatque præprimis animum ab avaritiæ ſordibus purum; hoc teſtimonium in Epiſtola familiari Gentilis ad Gentilem, & ſuæ Religioni addictiſſimi, de adulatione ſuſpectum eſſe non debet. *Symm. II. Epiſt. 13.*

Sophiſtæ Themiſtio in duabus orationibus Theodoſius maximis viris, quos antiquitas coluit, major videtur. *Themiſt. Orat. 15. 19.*

Tandem Aurelius Victor Hiſtoricus Gentilis de hoc Imperatore loquitur in hunc modum: *Vict. Ep. in fin.*

Theodoſius animi, & corporis dotibus Trajano ſimillimus erat, ſi veterum ſcriptis, & picturis credimus. Alta erat, ſicut Trajano, corporis ſtatura, nihil in habitu diſtortum, Cæſaries, vultus ab illius Imperatoris ſpecie non multum abhorrens, ingenium perſimile; lenis, obſequioſus, populo blandus, nulla re, quam ſola purpura ſe ab cæteris hominibus diſcerni ratus; erga omnes, præſertim viros probos comis. Commercio eorum, quos animo ſincero eſſe noverat, delectabatur. Doctos magni æſtimabat, ſi eruditionem magis,

Sæculum IV. A. C. 395.

quam calliditatem profiterentur. Dona maxima liberali animo largiebatur. Illos diligebat, quorum amicitia, cum privatæ adhucdum sortis esset, sibi fuerat perspecta, hos honoribus, pecuniis, gratiis cumulabat, & inter cæteros maxime, quorum fidem vel ipse, vel Parens suus in adversis expertus fuerat. At vero Trajani vitia, puta temulentiam, & fastum post victoriam ita aversatus est, ut nunquam, nisi compulsus bella moverit, & edita lege caverit, ne quis, in convivio assidenti, sibi a pellicibus dapes inferri juberet, aut cantatrices adhibere liceret. Ut pudori consuleret, legem tulit, ne quis, sicut sorori non licebat, ita etiam agnatæ matrimonio jungatur. Litteris mediocriter erat imbutus, si cum doctissimis compares, at in lectione Historiarum avidus, & perspicax; superbiam, crudelitatem, Tyrannidem, quibus vitiis Cinnam, Marium, Syllam notatos legebat, fastum quoque, & super omnia perfidiam, & ingratitudinem detestabatur.

Negari non potest, data causa sæpe iram non tenuisse; sed cito erat placabilis, & mandata, non nunquam severissima quidem, si brevis mora intercessisset, retractabat. Illa certe rarissimi exempli

Theodosius.

virtus fuit, quod, postquam summam potentiam adeptus fuisset, pristinos mores mutaverit in meliores, & multo magis,

quod

quod bello civili Victor, optimi Principis partes impleverit. Summo studio incubuit, ne populis annonæ abundantia deesset, cumque Tyrannus magnam pecuniæ vim expressisset, & consumpsisset, ipse multorum damnum sua pecunia reparavit, dum alii Principes, etiam boni, vix hæreditatem spoliatis, hancque omnibus fructibus nudam restituebant.

Sæculum IV. A. C. 395.

Domi suæ, & inter familiares Theodosius Patruum reverebatur, ut Parentem; fratris, sororisque liberos, tanquam ex se genitos, fovit, omnesque propinquos, & affines affectu paterno complectebatur. Convivia instruebat, in quibus comitas, & hilaritas, excluso luxu, regnabat. In colloquiis dicta sua eorum, quibuscum agebat, Dignitati, & genio accommodabat, gravis simul, & jucundus. Optimus æque Pater, & Maritus. Corpus motu, sed nunquam immodico exercebat; præ aliis ambulatio placebat, ut spiritum, ubi otium a seriis erat, remitteret. Optima, ne ægrotaret, medicina utebatur, sobrietate. Hanc Theodosii imaginem Aurelius Victor nobis reliquit.

Alteram illarum legum, quarum in isto Theodosii Elogio mentionem facit, adhucdum habemus, datam Constantinopoli, octavo Calendas Julii, Arcadio, & Bautone Consulibus, id est, 24. Junii, anno 385. qua omnibus prohibetur, ne

Sæculum IV. A. C. 395.

quis fœminas inſtrumenta muſica tractare edoceat, aut hanc artem edoctas emat, vel vendat; ne quis eas ad convivia, aut ſpectacula adhibeat, imo ne quis ſervos, Muſicam callentes, habeat. Erat iſte antiquiſſimus abuſus, in quem ſæpiſſime Patres declamavere. Lex alia prohibens matrimonia Patruelium non amplius invenitur, ſed alii eam Scriptores memorant, præprimis S. Ambroſius ad Paternum. Erat is, vir inter Romanos ſpectatiſſimus, qui, conſentiente ſuo Epiſcopo, conſilium expetierat, an filium ſuum cum filia ſororis ſuæ, id eſt, patrueles, nuptias inire expediret? S. Ambroſius hoc matrimonium maximopere diſſuadet, tanquam Legi divinæ, & legibus humanis ſui temporis contrarium.

v. Gothof. ib.

Ambr. ep. 60. n. 8.

L. 6. C. Th. ad Jul. de adult. l. 2. c. Nic. de teſta.

Lex a Theodoſio lata invenitur anno 390. ad Vicarium Romæ directa, qua crimen, quod naturæ adverſatur, igne puniri præcipitur. Alia de anno 389. exſtat, qua illa, quæ Imperatori per Codicillum donantur, rejicit, & illa, quæ teſtamento obveniunt, acceptat. Symmachus magnis laudibus hanc legem extollit.

L. II. ep. 13.

§. LX.

De Anicio Probo, & ejus familia.

Hujus anni 395. Conſules ſplendore generis ſui, quod totum Chriſtianam Reli-

Religionem suscepit, memorabiles sunt, nempe duo fratres Olybrius, & Probinus; quod nunquam huc usque auditum, ut duo fratres Consulatum simul gererent. Parens eorum Sextus Anicius Petronius Probus, Romanorum suæ ætatis facile illustrissimus, nobilitate, opulentia, Dignitatibus nulli concedebat. Pater ejus, & avus Consulari Dignitate fulserant; & ipse, Gratiano Imperatore Collega, anno 371. eandem gesserat. Olim Pro-Consul Africæ fuit, tum quater Prætorio modo in Italia, modo in Galliis, Præfectus, qua potestate præditus, S. Ambrosio Æmiliæ, & Liguriæ Præturam contulit. Divitias possidebat immensas, multorum prœdiorum, in omnibus Imperii Provinciis dissitorum, Dominus. Par tantæ opulentiæ erat munificentia. Christianus fuit, & Baptismum in fine vitæ suscepit, quod ex ipsius Epitaphio apparet, in quo uxor, & liberi ejus defuncti precibus commendantur. Magnificum ei Mausoleum in Vaticano erectum, prope Ecclesiam S. Petri; Sandapila ex marmore erat, opere sculptili ornata, quod JEsum Christum Crucem, gemmis splendidam, manu tenentem exhibebat; Christum comitabantur duodecim Apostoli; atque supra columnas bini ex vasis bibentes conspiciebantur. Hæc pictura Romæ hodieque visitur. Tanta viri per

Sæculum IV. A. C. 395.

Amm. Marcell. Lib. XXVII. c. 11. & ib. Val.

Sup. Lib. XVII. §. 21.

Claud. de Cons. Olyb. & Prob. ap. Baron. an. 395. init.

Sæculum IV. A. C. 395.

per orbem fama, ut, cum duo nobiles Persæ in Occidentem, Theodosio Imperante, venissent, duos viros videndi desiderio se teneri dicerent, nempe S. Ambrosium Mediolani, & Probum Romæ. Uxorem habuit Probam Faltoniam, fœminam pietate insignem, ad quam post hæc S. Augustinus celeberrimam de Oratione Epistolam dedit. Tres ex matrimonio suo genuit filios, Probinum, & Olybrium hujus anni Consules, atque Probum anno 406. eadem Dignitate ornatum. Olybrius Julianam sibi uxorem delegit, & brevi post tempore viduam cum filia, cui nomen Demetriades, reliquit; hæc Virgo permansit. Hæc est illa Juliana, cui S. Augustinus librum de Bono Viduitatis dicavit. Ad Demetriadem vero S. Hieronymus Tractatum de modo servandi Virginitatem scripsit. Talis erat Anicii illustris, & sancta familia.

Paul. vit. Ambr. n.

Ep. 130. *al.* 121. *Hier. ep. ad Demetri. c.* 4.

To. 6.

Epist. 8.

FINIS TOMI IV.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM
TOMI IV.

A.

Absolutio post pœnitentiam peractam. Pag. 922. 925.
Acacius. Ipse, & ejus assecla sequuntur fidem Principis. p. 180. Accedit S. Meletio. p. 181.
Acacius Bereensis. p. 306. 323. 563.
Acacius Monoculus. p. 324.
Acceptus seipsum diffamans. p. 487.
Adam. ante peccatum incorporeus. p. 1010.
Adelphius Massalianus convincitur. p. 940.
Adelphius Onuphinus. p. 336.
Adulterium. in viro, & in muliere inæqualiter punitur. p. 454.
Aerius. ejus hæresis. p. 978.
Ætas Professionis in Virginibus. p. 458.
Aetius Episcopus. p. 111. ejus doctrina de Spiritu Sancto. p. 442.
Agape Marci discipula. p. 593.
Agapes abusus. p. 999.

Agelius

Agelius Novatianorum Episcopus. p. 719.
Albia Dominica Valentis Uxor. p. 238.
Alexandria. cædes Christianorum. p. 75. post obitum S. Athanasii ingens persecutio. p. 332. Seditio Gentilium. p. 947.
Alipius. p. 809.
Alipius Præfectus ædificandæ Jerosolymæ. p. 136.
Amantius Aruspex. p. 313.
S. *Ambrosius*. eligitur. p. 479. ejus Opera. p. 540. & seqq. dissuadet Concilium. p. 557. tres Libri de Fidei. p. 559. eligit Sirmii Anemium Catholicum. p. 560. in Concilio Aquilejensi. p. 658. ejus Opus de Spiritu Sancto. ibid. Epistola ad Theodosium de statu Sedis Constantinopolitanæ, & Antiochenæ. p. 683. Romæ. p. 694. apud Marcellinam Sororem. p. 695. ejus Tractatus de Incarnatione. p. 707. Treviris apud Maximum. p. 728. Epistola ad Valentinianum II. contra relationem Symmachi. p. 737. Templum Arianis non concedit. p. 768. explicatio in Librum Job. p. 773. recusat judicari ab Imperatore. p. 781. Sermo contra Maxentium. p. 783. Author Hymnorum. p. 791. Sermo in Translatione Martyrum. p. 795. Augustinum baptizat. p. 820. Liber de Mysteriis. ibid. alia Opera. ibid. secundo Treviri. p. 835. Epistola ad Theodosium. p. 894. ejus constantia. p. 897. cædem Thessalonicensium dolet, & ad Theodosium

sium de illa scribit. p. 917. & seqq. Epistola ad Theophilum. p. 944. Oratio Funebris de Valentiniano p. 971. ad Eugenium scribit. p. 1024. Bononiæ, & Florentiæ. p. 1026.
Ammianus Marcellinus Historicus Ethnicus. p. 138.
Ammonius Abbas. p. 290.
Amphilochus Iconiensis. p. 439. in Concilio Constantinopolitano III. illius forte factum. p. 723. Concilium convocat. p. 941.
Anastasia Ecclesia. p. 579.
S. Anastasia Martyr. p. 579.
Anathema quid sit. p. 880.
Andragathius Gratiani interfector. p. 726. 891.
Anemius Episcopus Sirmiensis. p. 560. in Concilio Aquilejensi. p. 659.
Angeli. a quibusdam adorantur. p. 252.
Anicius Probus. p. 1066. seq.
Animæ. aliquando fuerunt Angeli. p. 1010.
Anthimus Thyanæus. adversatur S. Basilio. p. 391.
Antidico-Marianitæ. p. 497.
Antiochia. Schisma in hac Ecclesia. p. 95. Persecutio. p. 301. Status illius Ecclesiæ. p. 407. 506. lis de Episcopo eligendo. p. 626. Schisma ob Paulinum, & Flavianum durat. p. 694. Seditio ibidem. p. 847. 854. Schisma cessat. p. 946.
Antiochus Samosatenus. p. 565.
Antitypa. p. 266.

Antonius Papæ Damasi Pater. p. 225.
Antropomorphitæ. p. 1015.
Anysius Thessalonicensis. p. 704. 943.
Aones Monachorum Pater in Syria. p. 421.
Apamiense Templum. p. 762.
S. Aphraates. p. 303.
Apollinaris. quid doceant ejus discipuli. p. 287. ejus doctrina, & condemnatio. p. 492. Antiochiæ. p. 562. 686. 706. Apollinistarum astutia. p. 710.
Apollinaris Junior. p. 18. ejus scripta. ibid.
Apollinaris Pater. p. 18. ejus scripta. ibid.
Apollonius Confessor. p. 103.
Apostatæ. Lex Theodosii. p. 656.
Apostoli. non unusquisque propriam Sedem voluit erigere. p. 353.
Apotactitæ. p. 451. 656.
Appellationes ad Sedem Romanam. p. 551. appellatio ad Sedem Romanam, in Concilio Sardicensi concessa, videtur in Constantinopolitano revocari. p. 645.
Arbogastus p. 891. 965. Valentinianum perimit. p. 970. & seipsum. p. 1034.
Arcadius. declaratur Augustus. p. 723. in Oriente. p. 1036. Imperator. p. 1061. seq.
Ariani. Inter se divisi. p. 184. vincunt Semi-Arianos. p. 216. Consubstantialem fatentur. p. 222. formulam Fidei Catholicam tradunt. ibid. Conciliabulum eorum in Caria. p. 234. pelluntur ab Ecclesiis, & Catholici reducuntur. p. 553. Ariana Virgo morte punita. p. 560. Constanti-

ſtantinopoli ejiciuntur. p. 609. Ariani, & Semi-Ariani quinam. p. 639. in Concilio Aquilejenſi. p. 662. Lex pro illis ſub Valentiniano II. p. 778. dividuntur. p. 976.

Arſaces Rex Armeniæ. p. 140.

Artemius Dux Ægypti Martyr. p. 72.

Aſcetæ. quales ab Eccleſia approbati. p. 532.

Aſcolus Theſſalonicenſis. p. 370. 589. in Concilio Conſtantinopolitano. p. 629. obit. p. 704.

S. *Aſella.* p. 701.

S. *Aſterius* in Concilio Alexandrino. p. 92.

Aſterius S. Juliani Diſcipulus. p. 306.

Aſterius Sophiſta Epiſcopus Cyrenſis Arianus. p. 309.

Athanaricus Rex Gothorum. p. 364. 659.

S. *Athanaſius.* rediit Alexandriam. p. 79. celebrat Concilium. p. 81. jubetur Alexandria diſcedere. p. 105. ejus fuga, & latebræ. p. 110. Juliano mortuo redit. p. 176. Epiſtola ad Jovianum Imp. ibid. ad Imperatorem proficiſcitur. p. 179. accuſatur ab Arianis. p. 184. apud S. Pacomium. p. 188. ſub Valente iterum latere cogitur. p. 236. redit ad Eccleſiam ſuam. ibid. ſcribit ad Damaſum. p. 282. convocat Epiſcopos. ibid. Epiſtola ad Africanos. p. 285. ad Epictetum. p. 286. ad Ammonium. p. 290. aliæ Epiſtolæ. p. 293. obit. p. 330.

Athanasius Arianus. p. 323.
Atharides. p. 367.
Attalus Presbyter damnatur. p. 680.
Audiani. p. 535.
S. Augustinus. Mediolani in Translatione SS. Gervasii, & Protasii. p. 795. ejus Parentes, & vita 799. Manichæus. p. 801. Opera, quæ hodie non supersunt. p. 803. Mediolani p. 806. Conversio. p. 812. Libri. p. 815. baptizatur. p. 820 Mediolano discedit. p. 832. Opera 904. Mores Ecclesiæ. ibid. Varia Opera. p. 910. in Africa. p. 980. Duo Libri in Genesin contra Manichæos. p. 982. alia opera. p. 983. Presbyter ordinatur. p. 984. vita communis. p. 985. Patrimonium vendidit. ibid. Liber de utilitate fidei. p. 987. Colloquium cum Fortunato. p. 989. ad Aurelium scribit. p. 999. contra Donatistas. p. 1045. ad S. Paulinum. p. 1051.
Aurelius Carthaginensis. p. 981. 999.
Aurelius Luciferianus Episcopus. p. 350.
Aurelius Victor. p. 1063.
Ausonius. p. 1053.
Auxentius Mediolanensis Arianus. p. 205. excommunicatur. p. 282. 479. 780.

B.

S. Babylas ejus Translatio. p. 116.
Bachanalia reprehenduntur. p. 852.

Bala-

Balanius. p. 762.

Baptiſmus. Solemnis non dabatur ſine Evchariſtia. p. 97. baptiſmus Montaniſtarum rejicitur, & ipſi rebaptizantur. p. 252. ad finem vitæ differtur. p. 314. rebaptizantes puniuntur. p. 361. baptiſmus hæreticorum quando validus. p. 451. rebaptizantes. p. 550. Quinam hæretici rebaptizandi. p. 648. Ariani non rebaptizandi. p. 746. Neobaptizatis duo alia ſtatim conferebantur Sacramenta. p. 756. in JEſu Chriſti morte confertur. p. 977. Patrini adhibentur. p. 1039.

S. Barſes Epiſcopus Edeſſenus. p. 325.

S. Baſilius. Presbyter ordinatur. p. 48. reſiſtit Valenti. p. 257. Epiſcopus Cæſarienſis eligitur. p. 270. Epiſtolæ illius ad S. Athanaſium. p. 276. ad Damaſum Papam. p. 279. ejus diſcretio. p. 294. calumnia, quod reticuerit vocem Deus. ibid. Epiſtola nomine Concilii Antiocheni. p. 299. 371. in fide ſuſpectus. p. 375. coram Modeſto. p. 381. præſente Valente. p. 384. & ſeqq. Epiſtola ad Occidentales. p. 403. ad Evagrium. p. 407. Monaſteria. p. 428. Regulæ. p. 429. Epiſtola ad Chorepiſcopos. p. 431. ad Epiſcopos ſuæ Provinciæ. p. 434. ad Gregorium. p. 436. aliæ. p. 438. Liber de Spiritu Sancto. p. 442. Epiſtolæ Ca-

nonicæ. p. 449. ad Cæsariam de frequenti Communione. p. 465. ad S. Ambrosium. p. 484. ad Terentium. p. 507. ad S. Epiphanium. p. 513. Apologia contra Eustathium. p. 524. obitus. p. 565.
Basilius Joannis Chrysostomi Amicus. p. 869.
S. Basilius Presbyter Ancyranus. p. 39. ejus prophetia. p. 40.
Benevolus Brixiensis. p. 779.
S. Bibiana Martyr. p. 99.
Blesilla S. Hieronymi discipula. p. 699.
Bonosus Hæreticus. p. 943. ejus errores. ibid.
Bonosus Martyr. p. 122.
Bonosus S. Hieronymi collactaneus. p. 409.
Bretannion, seu Vetrannion Scytharum Episcopus Catholicus. p. 254.
Britannius Trevirensis. p. 601.
Busiris. p. 41.

C.

Cæsarea Metropolis in Palæstina. p. 1016.
Cæsarius S. Gregorii Frater. p. 29. obit. p. 264.
Callixene. p. 38.
Canones Apostolorum. p. 1041.
Canonici, & *Canonicæ* quales. p. 429.
Canopus Urbs Ægypti. p. 960. ejus Idolum. p. 961.

Cappa-

Cappadocia. quales fuerint Episcopi. p. 391. Ecclesiarum persecutio. p. 518.
Carterius Monachus. p. 267.
Castitas. Monachi eam nondum vovebant, sed S. Basilius suadet. p. 459.
Catholicus. quis sit. p. 547. unde sic dictus. p. 591.
Cesarius Judex delegatus. p. 858.
Chorepiscopi. p. 431.
Christiani. quid sub Juliano passi. p. 15. obediunt Juliano Apostatæ. p. 74. persecutio in Ægypto sub Valente. p. 334. de nocte ad psalmodiam surgunt. p. 478. non tantum Monachi, sed omnes Christiani, tenentur ad rigorem Evangelii. p. 875. quales tempore S. Augustini. p. 905.
Christus. quomodo ignoret diem judicii. p. 441.
Chromatius in Concilio Aquilejensi. p. 678.
Chrysanthus. p. 4. Pontifex constituitur. p. 6.
Chrysanthus Scriptor. p. 154.
Chrysma. eo unguntur baptizati. p. 251.
Clearchus Asiæ Proconsul. p. 219.
Cledonius Monachus. p. 267.
Cledonius Presbyter. p. 711.
Clerici. non sint hæredes mulierum. p. 362. sunt mercatores. p. 555. Clericorum quorumdam Romanorum mores. p. 753.
Collyridiani. p. 497.

Communio. Corpus, & Sanguis Christi ibi sumitur. p. 465. quoties sumenda. ibid. quoties a S. Basilio, & Presbyteris sumatur. p. 466. Communionem manu accipiebant Laici, asservabant, & seipsos communicabant. ibid. an sub utraque specie. p. 467. in Missa Fidelibus in manus datur. p. 831. ad eam sine Confessione accedere cujusque conscientiæ relinquitur. p. 930. quotidie a Fidelibus accipitur. p. 1005. non nunquam domi sumitur. ibid.

Communio Ecclesiastica. in quo consistat. p. 386. aliud cum aliquo non communicare, aliud anathematizare. p. 880.

Concilia. Orientales in Oriente, Occidentales in Occidente celebrant. p. 663. sunt inutilia. p. 689. eorum necessitas. p. 690. authoritas. p. 945.

Concilium Alexandrinum. p. 81. Disciplina circa hæreticos, & doctrina de Spiritu Sancto. p. 86. Epistola Synodalis. p. 91.

Concilium Antiochenum. p. 181. Epistola Synodalis. ibid. p. 298.

Concilium Aquilejense. p. 658. Disputatio cùm Arianis. p. 661. Acta Concilii. p. 662. Palladius, & Secundianus deponuntur. p. 677. Epistolæ Concilii. p. 680.

Concilium Burdegalense contra Priscillianistas. p. 729.

Concilium Cæsar-Augustanum. p. 596. Canones. ibid.

Concilium Capuanum. p. 942.
Concilium Carthaginenſe ſub Epiſcopo Genethlio. p. 926.
Concilium Conſtantinopolitanum. p. 617. S. Gregorium Nazianzenum conſtituit Epiſcopum Conſtantinopolitanum. p. 621, & Flavianum Antiochenum. p. 628. adveniunt Epiſcopi Ægyptii, & Macedones. p. 629. S. Gregorius reſignat. p. 630. eligitur Nectarius. p. 634. Præſides quatuor. p. 638. Symbolum Fidei. p. 639. quinam hæretici anathematizati. ibid. Canones. p. 640. Epiſtola Synodalis ad Theodoſium. p. 649. Conſtantinopolitanum II. p. 688. epiſtola ad Occidentales. p. 691. Orientalium Fides. p. 692. Conſtantinopoiitanum III. p. 719. confunduntur hæretici. p. 720. aliud Concilium. p. 1038. ejus Decretum. p. 1041.
Concilium Corinthiacum. p. 287.
Concilium Gangrenſe. p. 530. Canones. p. 531.
Concilium Hipponenſe ſub Aurelio. p. 1001.
Concilium Illyricorum. eorum Confeſſio Fidei Catholica. p. 284.
Concilium Lampſacenum. p. 215. Formula Seleucienſis confirmatur. p. 216. Anomei damnantur. ibid.
Concilium Laodicenum. p. 246. Canones. ib. & ſeqq. Cæremoniæ Eccleſiaſticæ. p. 247. unus tantum celebrat Miſſam. p. 248.
Concilium Romanum. p. 281. Epiſtolæ Synodales.

dales. p. 283. contra Auxentium. p. 298. ſub Damaſo contra Apollinarem. p. 492. 549. epiſtola ad Imperatores. ibid. ſcribit Paulino, & non Flaviano. p. 694.
Concilium Sangarienſe Novatianorum. pag. 978.
Concilium Sidanum. p. 941.
Concilium Tyanæum. p. 229. confirmantur Acta Legatorum Concilii Lampſaceni. p. 233.
Concilium Valentinum in Gallia. p. 485. Canones. p. 486.
Confeſſio peccatorum. ſecreta. p. 924. 929. publica. 930. Confeſſionis publicæ Miniſter Epiſcopus. p. 931. aliqua ſolum gravia peccata Fideles publice confitentur. ibid. confeſſionis regulæ. p. 1042.
Confirmatio cum Baptiſmo confertur. p. 821. unctio. p. 827.
Conſecrationis verba alta voce proferuntur. p. 823.
Conſtantia. p. 244.
Conſtantinopolitana Eccleſia. quantæ turbæ. p. 609. prima poſt Romanam declaratur. p. 650.
Conſtantius Arauſicanus in Concilio Aquilejenſi. p. 664.
Conſtantius Epiſcopus Romandiolæ. p. 545.
Conſtantius Manichæus. p. 902.
Conſuetudo mala. p. 997.
Conſul. unus pro Oriente, & alter pro Occidente. p. 779.

Conti-

Continentia. ad eam Clerici in majoribus tenentur a die Ordinationis ſuæ. p. 749. 927.
Copiates. p. 502.
Corpus puniri non poteſt. p. 996.
Crux. S. Crucis Cultus probatur. p. 149. Particula Crucis Domini. p. 571.
Cynici. p. 859.
Cyriacus Adanenſis Nectarii Informator. p. 637.
Cyrillus Diaconus. p. 57.
S. Cyrillus Jeroſolymitanus. ab exilio redux in Deo confidit. p. 137. 324. ad Sedem ſuam redit. p. 563. in Concilio Conſtantinopolitano. p. 618. obit. p. 756. ejus Catecheſes. ibid. Catecheſes Myſtagogicæ. p. 824.
Cyrillus Jeroſolymitanus Senior. p. 324.

D.

Dæmon. creatus ante ſæcula. p. 213.
Damaſus Papa. p. 225. Schismaticos vincit. p. 281. Carmina in honores Martyrum. ibid. celebrat Concilium. ibid. damnat Apollinarem. p. 492. rejicit Priſcillianiſtas. p. 599. ſcribit ad S. Aſcolum. p. 607. incitat S. Hieronymum ad corrigendam Verſionem Latinam. p. 696. Anyſio poteſtatem Legati in Illyrico concedit. p. 705. epiſtola ad Paulinum. ibid.

ad Orientales de Apollinari, & Timotheo. p. 707. obit. p. 741.
Daphne Oppidum, & Templum. p. 114. conflagrat. p. 119.
Decretales. omnium prima. p. 744. ordinarie sunt Recessus Concilii alicujus. p. 746.
Defuncti. eorum memoria nominatim in precibus, & Missæ Sacrificio. p. 504. dies trigesima. p. 568. eorum memoria in Miss. p. 831. dies tertia, & trigesima. p. 1061.
Demetriades. p. 1068.
Demophilus Arianorum Caput. p. 721.
Demophilus Constantinopolitanus Arianus. p. 255. pulsus. p. 610.
Demosthenes ignorans. p. 386.
Demosthenes Prætorii Præfectus. p. 518.
Depositio pœna Canonica. p. 927.
Diaconissæ. p. 932.
Dianeus Episcopus. p. 43.
Didymus cæcus. ejus visio de Juliani cœde. p. 162. Libri ejus. p. 417. 755.
Diodorus Episcopus Tarsensis. p. 302. in Concilio Constantinopolitano. p. 634.
S. *Dionysius* Papa scribit ad Ecclesiam Cæsarienſem. p. 280.
Dioscorus Monachus, & Fratres Magni. p. 414.
Disciplina ob multitudinem Christianorum non relaxanda. p. 459.
Domitius Monachus Martyr. p. 142.
Donatistæ. a Juliano obtinent suorum Episcoporum revocationem. p. 101. eorum sævitia.

sævitia. ibid. & p. 102. eorum Episcopi Romani. p. 351. 352. Leges Gratiani contra eos. p. 553. de eorum receptione. p. 1001. 1045. Conciliabula. p. 1047. & seqq.
Dorotheus Antiochenus Arianus. p. 495.
Dorotheus Constantinopolitanus Arianus. p. 892.
Dorotheus Diaconus. p. 298.
Dorotheus Presbyter. p. 404.
Doxologia quid sit. p. 443.

E.

Ecclesia. non indiget auxilio Potestatis Sæcularis. p. 209. est unica. p. 353. Ecclesiæ unitas in Cathedra S. Petri servanda. ibid. Ecclesia est in Statu Romani Imperii. p. 358. Ecclesiarum dispositio cui competat, & a quo confirmetur. p. 523. tributum pendit. p. 784. mores Ecclesiæ Catholicæ. p. 904. Auctoritas Ecclesiæ sicut Auctoritas JEsu Christi sequenda. p. 988.
Ecclesia Orientalis. indiget auxilio Ecclesiæ Orientalis. p. 276. status illius. p. 299. sub Valente in miserabili statu. p. 404. enumeratio Ecclesiarum Metropolitanarum in Oriente. p. 652.
Ecclesia Romana. Disciplinam approbat. p. 93. testimonium Primatus, & veræ Doctrinæ conservatæ. p. 353. ex successione Episcoporum

coporum probatur esse Catholica. p. 354. cum ea necessaria est communio. p. 509. implorat Brachium Sæculare. p. 550. Leges Gratiani, & Valentiniani Ecclesiæ favventes. p. 552. sola est Catholica. p. 562. inde jus communionis ad omnes diffunditur. p. 682.

Ecebolius Sophista. p. 19.

Edesius Philosophus. p. 153.

Electio Episcopi. p. 271. 565. Imperator nominat, Episcopi confirmant. p. 636.

Eleusius Cyzicenus. a Juliano pulsus. p. 112. a Valente seductus. p. 220. in Concilio Constantinopolitano. p. 619. 638. Macedonianorum Primas. p. 722. 884.

Elpidius Satalienſis. p. 374.

S. Emmelia. p. 263.

Encratitæ. p. 451. 656.

S. Ephrem. p. 422. ejus Scripta. p. 424. obitus. p. 568.

Epictetus Episcopus Corinthiacus. p. 286.

S. Epiphanius Episcopus Salaminæ in Cypro. p. 325. colloquium cum Vitale. p. 495. epistola pro Virginitate S. Mariæ. p. 497. ejus ortus, vita, scripta, Episcopatus, Liber de hæresibus, & Ecclesiæ Disciplina. p. 498. & seqq. in Concilio Romano. p. 694. Hieronymum excipit. p. 755. & S. Paulam. p. 757. vituperat mendicitatem, & laudat Episcopos, ac Presbyteros. p. 936. contra Aerianos scribit. p. 979. in Palæstina Paulinianum ordinat.

nat. p. 1007. ejes epistola ad Joannem Jerosolymitanum. p. 1009.

Episcopus. Laicis non licet de electione Episcoporum cognoscere. p. 46. Character Episcopi per hæresin non amittitur. p. 85. Episcopi soli ordinant. p. 97. ex antiqua Traditione a tribus aliis ordinari debet Episcopus. p. 226. judicatur ab Episcopis, non a Laicis. p. 228. Episcopi Concilia non spernant. p. 247. Episcopi Translatio. p. 522. Episcopi sunt Judices in Concilio, quamvis ab Imperatore convocato. p. 662. Episcoporum est Laicos judicare, non judicari. p. 678. Episcoporum Translatio nulla. p. 684. Episcopum judicare non pertinet ad Imperatorem. p. 730. quomodo Episcopus a Presbytero distinctus. p. 980. Episcopus Ecclesiæ Patres, Presbyter Filios generat. ibid. ab Apostolis Episcopi sine Presbyteris, & Presbyteri sine Episcopis constituti. ibid. soli Episcopi prædicant in Africa. p. 986. non in Oriente. ibid. Episcoporum depositio. p. 1041.

Evagrius Constantinopolitanus Catholicus. p. 255. mittitur in exilium. p. 256.

Evagrius Origenista Auctor Libri Secundi de Vitis Patrum. p. 1021.

Evagrius Presbyter Antiochenus. p. 97. 215. 406. Paulini Successor. p. 942.

Evangelium explicandi potestatem Valerius dat S. Augustino adhuc Presbytero, repugnan-

pugnante licet Africæ consuetudine. p. 986.
Evangelium S. Joannis invenitur. p. 138.
Evchariſtia. a Donatiſtis projicitur canibus p. 102. ſolis Presbyteris in Sanctuario ſumere licet. p. 248. in Quadrageſima quando offeratur. p. 250. eſt aliquid aliud quam panis benedictus. ibid. offerre panem eſt conſecrare Evchariſtiam. ibid. eſt medicina. p. 266. Evchariſtiæ conſecratio. p. 269. Corpus Chriſti in ea eſt, ſicut in Cruce fuit. p. 360. eſt verum Sacrificium. ibid. Evchariſtiæ panis a quolibet ſua manu præparabatur. p. 385. eſt Corpus, & Sanguis Chriſti. p. 434. poſt Conſecrationem aſſervatur. p. 467. JEſu Chriſti Sanguis virtutem Redemptionis imprimit aureo Calici. p. 545. aſſervatur etiam a Laicis itinerantibus. p. 547. non licet eam aſpicere niſi Fidelibus. ib. creatura mutatur in Corpus Chriſti. p. 823. præbetur ſtatim poſt Baptismum. p. 821.
Euchites hæretici. p. 934.
Eudoxius Conſtantinopolitanus Arianus. p. 217. obit. p. 255.
Eugenius Imp. p. 970. Bellum cum Theodoſio. p. 1022. vincitur. p. 1033. occiditur. p. 1034.
Eulalius Amaſeenſis. p. 561.
Eulalius Monachus. p. 267.
Eulalius Nazianzenus. p. 717.
Eulogia. p. 250. *S. Eulo-*

S. Eulogius Edeſſenus. p. 564.
Eulogius Epiſcopus. p. 336.
Eulogius Presbyter. p. 327.
Eunapius Scriptor Gentilis. p. 154. 962.
Eunomius. ei Valens favet. p. 238. S. Euſebii Samoſateni Succeſſor. p. 469. in Concilio Coſtantinopolitano. p. 722. 884.
Euphemites, ſeu *Martyriani*. p. 935.
Euphronius Nicopolitanus. p. 522.
Euſebius Bononienſis in Concilio Aquilejenſi. p. 666.
Euſebius Cæſarienſis. p. 44. 259. obit. p. 270.
Euſebius Cubicularius. p. 2.
Euſebius Præfectus. p. 389.
S. Euſebius Samoſatenus. p. 263. ejus ardor prædicandi, & exilium. p. 467. reſtituitur. p. 563. occiditur. p. 564.
S. Euſebius Vercellenſis. in Concilio Alexandrino. p. 81. Antiochiæ. p. 93. redit in Italiam. p. 97. obit. p. 215.
Euſtathius Sebaſtenus. Legatus ad Occidentales. p. 221. in Sicilia. p. 229. hypocrita. p. 373. Formula Fidei ſubſcribit. p. 375. 520. 524.
Euſtochium cum Matre in Palæſtinam proficiſcitur. p. 757.
Eutychius Eleuteropolitanus. p. 324.
Euzojus Antiochenus Arianus. p. 94. 111. 331.
Euzojus Cæſarienſis ab Arianis conſtitutus. p. 324.
Excommunicatio. qualis fuerit. p. 293. ordo

do Excommunicationis. p. 437. effectus p. 465. qualis. p. 729. quomodo sublata. p. 923. diversitas Excommunicationum. p. 927.
Exorcismus. ante Baptismum necessarius. p. 359. ejus antiquitas. p. 447.

F.

S. Fabiola. p. 701.
Faustus Manichæus. p. 804.
Fegadius Episcopus. p. 486.
Felix Comes. p. 121. tristis exitus. p. 127.
S. Felix Martyr. p. 1058. seq.
Felix Episcoporum ex Africa primus in Concilio Aquilejensi. p. 667.
Felix Trevirensis. p. 845.
Festa Martyrum. p. 250.
Fides humana est necessaria. p. 988.
Fides Vera est illa, quam S. Petrus Romanos docuit, & Damasus Papa sequitur. pag. 591.
Filii Divinitas, & Æqualitas theologice probatur. p. 673.
Flaccilla Imperatrix. p. 848.
Flavianus Presbyter. p. 302. 618. Episcopus Antiochenus eligitur. p. 626. ejus electio ab Occidentalibus non probatur. p. 686. apud Theodosium. p. 849. Massalianos convincit. p. 939. & cum Concilio damnat. p. 940. 1038.
Florentius Episcopus Viennensis. p. 485.

Florentius Monachus. p. 418.
Florus Inquisitor primus. p. 657.
Formula Fidei. in Concilio Antiocheno. p. 181. Paulini Antiocheni. p. 183. Auxentii. pag. 207. Legatorum Concilii Lampsaceni. p. 222. Eustathio proposita. p. 375. Constantinopolitana. p. 639. particula Filioque omissa. p. 640. S. Damasi Papæ. p. 705.
Fortunatus Manichæus. p. 989.
Franci in Aula Valentiniani II. p. 966.
Fritigernus Gothorum Rex. p. 364. 539.
Fronton Nicopolitanus. p. 521.
Furia. p. 1056.

G.

Galates Valentis Filius moritur. p. 387.
Gaudentius Brixiensis. p. 779.
Gelasius S. Cyrilli Nepos restituitur Cæsaream in Palæstina. p. 563.
Genethlius Carthaginensis. p. 926.
Gentiles. Lex Theodosii contra eos. p. 656. eorum Decretum ad Valentinianum. p. 735. dicunt se unum Deum sub diversis nominibus adorare. p. 736. eorum argumenta. p. 1037.
Georgius Alexandrinus trucidatur. p. 74.
Germinius Sirmiensis fatetur Filium Consubstantialem. p. 232.
S. Gervasii, & *Protasii* Reliquiæ. p. 792.

Gildo Maurus. p. 351.
S. Gorgonia. p. 265.
Gothi. p. 237. eorum Ecclesiæ, & Martyres. p. 363. Arianorum hæresin amplectuntur. p. 534. Mediolani. p. 772. in exercitu Theodosii. p. 1030.
Grachus Romæ Præfectus. p. 492.
Gratia Divina a S. Gregorio Nazianzeno explicata. p. 887.
Gratianus Imp. p. 239. Leges, quas tulit. p. 490. sincere Catholicus petit libros a S. Ambrosio. p. 540. Leges pro Ecclesia contra Donatistas. p. 553. convocat Concilium Aquilejense. p. 658. occiditur. p. 726. ejus indoles, & mores. ibid.
Gregorius Illiberitanus Luciferianus. pag. 350.
S. Gregorius Nazianzenus. ejus epistola ad Fratrem. p. 30. ordinatur Presbyter. p. 47. Oratio in Julianum. p. 167. Patri Seni assistit. p. 266. Oratio. p. 268. destinatur Episcopus. p. 393. ordinatur. p. 394. Ecclesiam Patris sub Eo regit. p. 396. & post obitum provisorie. p. 400. recedit Seleuciam. p. 402. Constantinopoli. p. 575. Orationes. p. 579. Discursus Theologicus. p. 581. unde dictus Theologus. ibid. a Maximo decipitur. p. 602. Sedi Episcopali invitus imponitur. p. 613. Episcopus in Concilio Constanti-

ſtantinopolitano legitime eligitur. p. 621. reſignat. p. 630. ejus teſtamentum. p. 632. non vult adire Concilium Conſtantinopolitanum II. p. 689. epiſtola ad Cledonium. p. 710. ſecunda ad Cledonium. p. 715. ad S. Gregorium Nyſſenum. p. 718. epiſtola ad Nectarium. p. 884. ejus Carmina. p. 887. obit. p. 888.
Gregorius Nazianzenus Senior. p. 45. in Concilio Tyanæo. p. 233. 266. epiſtola ad Cæſarienſes. p. 271. obit. p. 399.
S. Gregorius Nyſſenus. p. 394. 519. peregrinatur Jeroſolymam. p. 573. de peregrinationibus ſententia. ibid. epiſtola Canonica. p. 1041.

H.

Hæretici. his prorſus omnibus exercitium prohibet Gratianus. p. 554. eorum ſanguis non fundendus. p. 731. ab Imperatore ad necem condemnati. ibid. eorum ſanguis non fundendus. p. 837. quinam ſint. p. 988.
Helladius Epiſcopus Cæſareæ. p. 567.
Hellenius Ærario Urbis Nazianzenæ præfectus. p. 397.
Helvidius S. Mariæ Virgini injurius. p. 697.
Hero apoſtata. p. 125.
Heſichius S. Hilarionis diſcipulus. p. 241.
S. Hieronymus. ejus vita. p. 408. auditor

Apollinaris. p. 410. epistolæ ad Damasum Papam. p. 509. alia opera. p. 589. Romæ in Concilio. p. 694. corrigit Versionem Latinam. p. 696. varia opera. ib. contra Helvidium scribit. p. 697. redit Palæstinam. p. 752. Tractatus de modo servandi Virginitatem. ibid. varia opera. p. 756. Bethlehemi. ibid. inde non amplius discessit. p. 760. Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum. p. 1003. adversus Jovinianum scribit. ibid. Apologia. p. 1004. non vult Sacrificium offerre. p. 1006. epistola ad Pammachium. p. 1014. ad Theophilum. p. 1018. ad S. Paulinum. p. 1053.

S. Hilarion. p. 63. persecutio. ibid. ejus itinera. p. 239. & seqq. miracula. p. 240. & seqq. obitus. p. 244.

S. Hilarius. Galliam ab hæresi purgat. p. 98. in Italia. ibid. resistit Auxentio. p. 205. Scripta contra Auxentium. p. 208. obit. p. 214.

Hilarius Diaconus rebaptizat. p. 96.

Hilarius Magus. p. 310.

Himerius Tarraconensis. p. 744.

Honorius. Consul annos duos natus. p. 779. 901. Augustus. p. 1029. in Occidente. p. 1037. Imperator. p. 1061.

Hormisdas Regis Saporis Frater. p. 123.

Hydroparastatæ. p. 656.

Hypo-

Hypoſtaſis. quomodo intelligi debeat. p. 87. 181. 508.
Hypſiſtarii. p. 934.

I.

S. Jacobi Niſibitani Reliquiæ. p. 143.
Jamblicus Philoſophus. illius Tractatus de Spiritibus. p. 153.
Idacius Emeritanus. p. 594. fugere cogitur. p. 598.
Idololatria. p. 7. everſa a Theodoſio. p. 901. ejus nefanda myſteria, & ruina. p. 957.
Idolorum natura. p. 951.
Jejunium Quadrageſimale. obſervatur commedendo carnem fumo exſiccatam. p. 250. quomodo ſit obſervandum. p. 852.
Jeroſolyma. hanc Julianus vult reſtituere. p. 136. ignis miraculoſus. p. 138. illius ſtatus. p. 547. illius Epiſcopus eſt ſubjectus Cæſarienſi, aut Antiocheno. p. 1016. qualis tempore S. Hieronymi. p. 1054.
Imaginum cultus. p. 908. rejectæ a S. Epiphanio. p. 1011.
Imperator. neminem habet ſupra ſe niſi Deum. p. 358.
Incarnationis explicatio. p. 88.
Innocens miraculoſe ſanatus. p. 981.
Inquiſitoris in hæreticos nomen primo legitur. p. 657.
Inſtantius Priſcillianiſta. p. 593. 599. relegatur. p. 732.

Joannes Apamienſis. pag. 302. reſtituitur. p. 563.
S. Joannes Ægyptiacus. Propheta. p. 888. conſulitur a Theodoſio. p. 974. 1021. 1022.
S. Joannes Baptiſta. ejus Reliquiæ. p. 65. 956. Caput. p. 1030.
S. Joannes Chryſoſtomus. p. 849. Homiliæ ad Antiochenos. p. 850. 859. ejus vita. p. 868. Libri de Sacerdotio. p. 871. Monachus. p. 872. Libri pro defenſione Monachorum. ibid. alia opera. p. 877. & ſeqq.
Joannes & *Paulus* Martyres. p. 99.
Joannes Monachus Epiſcopus Jeroſolymitanus. p. 756. 1006. 1009.
Joſeph Patriarcha eſt Idolum Serapis. p. 950.
S. Joſeph Virginitatem ſervavit. p. 697.
Jovianus. Confeſſor. p. 35. Imperator. p. 163. pacem cum Perſis init. p. 165. pacem Eccleſiæ reddit. p. 175. ſcribit S. Athanaſio. p. 176. revocat Epiſcopos. ibid. moritur. p. 202.
Jovinianus. ejus errores. p. 912. damnatur. p. 914.
Irenæus Jeroſolymitanus. p. 324.
Iſaac Monachus prædicit Valenti mortem. p. 538.
Iſidorus Monachus. p. 339.
S. Iſidorus Presbyter. p. 412. 1017.
Ithaciani. p. 842.

Ithacius. perſequitur Priſcillianiſtas. p. 729. confirmatur ejus condemnatio. p. 915.
Judæi. non medicant. p. 24. eis Julianus favet. p. 135. prohibentur habere mancipia Chriſtiana. p. 725.
Judicii extremi dies adeſſe creditur. pag. 1018.
Judicium Clerici in Criminalibus in Foro Civili. p. 491.
Juliana. p. 1068.
Julianus. Conſtantinopoli ſævit. p. 2. revocat Epiſcopos. p. 11. occulte perſequitur Chriſtianos. p. 13. epiſtolæ ad Pontifices. p. 23. & ſeq. vult ſeducere milites. p. 32. movet in Perſas. p. 38. Antiochiæ. p. 50. epiſtola ad Boſtrenſes. p. 70. ad Alexandrinos. p. 77. ad Ecdicium. p. 79. duæ ad Alexandrinos Paganos, & ad Catholicos. p. 105. & ſeq. ejus ſuperſtitiones. p. 113. Templum Antiochiæ claudi jubet. p. 121. ejus imprudentia. p. 128. Miſopogon. p. 131. movet in Perſas. p. 139. Opus contra Religionem Catholicam. p. 144. alia ſcripta, & Philoſophia. p. 151. vincitur. p. 155. cæditur. p. 159. exequiæ. p. 166.
Julianus Comes. ejus impietas. p. 120. exitus. p. 126.
S. Julianus Sabbas Anachoreta. ejus revelatio. p. 162. Antiochiam venit. p. 306.
Julius Judæorum Patriarcha. p. 135.

Junius Soranus Dux. p. 369.
Justina Valentiniani Uxor. p. 239. Ariana. p. 318. odit S. Ambrosium. p. 559. Templum pro Arianis postulat. p. 768.
S. *Justus* Lugdunensis. p. 659.
Juventinus & *Maximinus* Martyres sub Juliano. p. 72.

L.

Labor manuum. non est Monachis in Monasterio S. Martini. p. 317. Clerici, & Presbyteri Sæculares laborant. p. 429.
S. *Lea.* p. 701.
Letojus Melitinensis. p. 941.
Libanius Sophista. p. 163. 166. 866.
Liberius Papa. Epistola de recipiendis lapsis. p. 93. veniunt ad Illum Legati Semi-Arianorum. p. 221. recipit conversos. p. 224. obit. p. 225.
Libertas hominis. p. 994. & seqq.
Liturgia S. Basilii. p. 261.
S. *Lucianus* Martyr. p. 234.
Lucifer. p. 12. 81. ordinat Paulinum. p. 94. separat se a communione Catholicorum. p. 95.
Luciferiani. p. 96. 349. Libellus ad Theodosium. p. 765.
Lucius Arianorum Alexandrinorum caput. p. 184. 237. 331. 338. pro S. Eusebio Samosatam missus. p. 469. iterum ejicitur. p. 537.

M.

Macarii duo. p. 339. 341.
Macarius Luciferianus. p. 349.
Macedoniani. p. 110. 180. Concilio exeunt. p. 638.
Macedonius Critophagus. p. 857.
Macedonius Officiorum Magiſter. p. 600. 727.
S. Macrinæ obitus. p. 569.
Macrobius Donatiſtarum Papa. p. 355.
Magi, ſeu *Majuſii*. p. 514.
Magnus Quæſtor. p. 331.
Manichæi. p. 361. varia nomina. p. 656. pœna mortis in eos decernitur. p. 657. Romæ. p. 902. mores eorum. p. 909. animas duas eſſe in homine dicunt. p. 988. eorum doctrina. p. 990. & ſeqq.
Maouvia Regina. p. 345.
S. Marcella p. 698.
Marcellina S. Ambroſii Soror. p. 483. 541. 548.
Marcellus. p. 278. ejus cauſa. p. 517.
Marcellus Ancyranus. p. 298.
S. Marcellus Apamienſis. p. 762.
Marcus Ægyptius. p. 593.
Marcus Arethuſanus. p. 55.
Mardonius Juliani Pædagogus. p. 152.
S. Maria. Mater Dei. p. 147. hæreſes circa Eam. p. 497. ejus Virginitas propugnatur. p. 697. an Virgo poſt partum. p. 915.

915. post Christum natum eam liberos genuisse dicit Bonosus. p. 943.
Maris Calcedonensis exprobrat Juliano apostasiam. p. 9.
S. Martinus Episcopus Turonensis. p. 315. Valentinianum accedit. p. 317. ejus labores pro Fide. p. 318. apud Maximum. p. 730. 839. tandem cum Ithacianis communicat. p. 842.
Martyres. sub Juliano p. 58. eorum sepulchra an vera. p. 319.
Martyriani. p. 935.
Martyrius Nectarii Amicus. p. 637.
Massaliani. varia eorum nomina. p. 934. eorum deliria. p. 937. convincuntur. p. 939.
Matrimonium. Maritus derelictus potest aliam ducere. p. 455. potestas Ecclesiæ pro valore matrimonii. p. 457. cum Altaris officio incompatibile. p. 1005.
Matronianus Priscillianista. p. 734.
Maximianus & *Maximianistæ.* p. 1047.
Maximilianus Martyr. p. 122.
Maximus Cynicus. p. 601. ordinatur furtive. p. 604. rejicitur. p. 605. communicat cum Ecclesia Alexandrina. p. 684.
Maximus Magus. p. 4. punitur. p. 218. capite plectitur. p. 312.
Maximus Seleucienſis. p. 869.
Maximus Tyrannus Gratiani percussor. p. 725. jubet Concilium Burdegalense convocari.

vocari. p. 729. ſuadet Valentiniano, ut Catholicos perſequi ceſſet. p. 798. in Italia. p. 882. vincitur & occiditur. p. 890.
S. Melania. p. 412. in perſecutione Alexandriæ. p. 417. in Palæſtina p. 418.
S. Melas Rinocorurenſis. p. 337.
Meletiani Antiochiæ Paulinum recuſant. p. 94.
S. Meletius. redit Antiochiam. p. 12. 94. in Concilio. p. 181. in exilium miſſus. p. 301. revocatur. p. 560. in Concilio Conſtantinopolitano. p. 619. S. Gregorium conſtituit Epiſcopum. p. 621. obit. ibid.
Mendici. quibusnam ſuccurrendum. p. 703. vituperatur mendicitas. p. 936.
Miraculum. negant Ariani miracula. p. 797. inſigne miraculum. p. 982.
Miſſa privata. p. 269. 695. Cæremoniæ illius. p. 830. pro defuncta. p. 834. privatim celebratur. p. 927.
Mithra Alexandrinorum Idolum. p. 75. illius caverna vaſtata. p. 492. illius ſacrificia. p. 957.
Modeſtus Præfectus. p. 325. 381. 384.
Monachi. non adeunt Clericos, ſed Clerici Monachos. p. 191. eorum ſuperſtitio ridicula. p. 290. Monachi Montis Nitrienſis. p. 341. in Eccleſia conveniunt ſingulis Sabbatis, & Dominicis. p. 342. in Cappadocia. p. 397. in Syria & Palæſtina. p. 419.

p. 419. Monachi S. Basilii. p. 428. Monachi & Moniales in Hispania. p. 748. ad Clericatum, & Episcopatum admittantur. p. 750. Monachi Presbyteri & Diaconi. p. 760. intercedunt pro reis. p. 856. defenduntur. p. 872. Monachi pueri necdum omnes obligati. p. 876. nuptiæ illis illicitæ. p. 877. quales tempore S. Augustini. p. 905. Lex adversus Monachos. p. 933. in Canopo. p. 961. ad Ecclesias custodiendas constituti. p. 963. Monachorum & Clericorum differentia. p. 1054.

Monasterium S. Martini. p. 316.

Monasterium sub S. Ambrosio. p. 812.

S. Monica. p. 799. 801. 806. obit. p. 832.

Mortui. pro eis oratur. p. 979.

S. Moyses Episcopus Saracenorum. p. 345.

Musonius Episcopus. p. 262.

Mysteria. in Ecclesia habentur secreta. p. 447. de iis coram Ethnicis tacendum. p. 583. habebantur secreta, & haberi jubentur. p. 821.

N.

Nativitas JEsu Christi in Oriente festive celebratur ad Exemplum Occidentis. p. 881.

Natura. peccatum contra naturam igne punitur. p. 1066.

Navigius S. Auguſtini Frater. p. 815.
Nebridius. p. 809.
Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus. p. 634. ejus Electio improbatur. p. 684. vocatur ab Imperatore ante Concilium. p. 719. Pœnitentiarium auffert. p. 930.
Neſtor. p. 59.
S. Nicetas Gothus. p. 365.
Nitriæ Mons Monaſteriis celeberrimus. p. 341. 412. 759.
Novatiani. eorum Eccleſiæ occluſæ. p. 220. Catholicis contra Arianos junguntur. p. 725. eorum diviſiones. p. 977.

O.

Oblatum quid ſit. p. 385.
Occidentales. accuſantur faſtus, & quod hæreticos confirment. p. 516.
Olybrius Præfectus. p. 348.
Olympus Philoſophus. p. 948. 953.
Optatus Gildonianus. p. 351.
S. *Optatus* Milevitanus. contra Donatiſtas ſcribit. p. 351.
S. Or Monachus. p. 414.
Oraculorum ludibria. p. 957.
Orarium quid ſit. p. 248.
Ordinatio. coram Auditoribus non inſtituenda. p. 246. cura ordinationum. p. 430. ſi quis crimen falſum fateatur, ut evitet Ordinationem, fides ei habeatur. p. 487.

in

in qualibet Provincia ab Episcopo Provinciæ fieri debet Ordinatio. p. 693. ordinare non potest Presbyter. p. 980. Ordinatio in aliena Diæcesi. p. 1009.
Ordines Clericales. enumerantur. p. 247. statuta de iis conferendis. p. 748. collati ab Episcopo interdicto. p. 943.
Oribasius Medicus. p. 219.
Orientalium Ecclesiarum ordo. p. 642.
Origenes. de confessione. p. 931. errores ei, & Joanni Jerosolymitano imputati. p. 1010.
Orion Episcopus Erythrensis. p. 291.
Ostiensis Episcopus consecrat Romanum. p. 226.

P.

Pacomius. visitatur a S. Athanasio. p. 189. ejus Monasterii Institutum. ibid. aliquot Monachorum millia ei subsunt. p. 192. Monasterium Sororis ejus. p. 193. ejus miracula. p. 195. obitus. p. 693.
Palæstina Loca Sacra. p. 758.
Palladius Ægypti Præfectus. p. 331.
Palladius Episcopus hæreticus. p. 557. in Concilio Aquilejensi. p. 663.
Palladius Origenista. p. 1019.
Palladius Pambonis discipulus. p. 413.
S. Pambo in Deserto Nitriensi. p. 412.
Pammachius S. Hieronymi amicus. p. 700.
Papa. etiam lapsus est Papa. p. 225. vita eorum exterior. p. 227. examinat causas aliorum

aliorum Episcoporum. p. 228. ejus Authoritas. p. 278. ejus sententia ante omnes alios requirenda. p. 283. S. Petri Successores usque ad Damasum. p. 353. est omnium Judex. p. 550. potest coram Imperatoris Curia se defendere. p. 551. constituit Vicarium in Illyrico Orientali. p. 590. confirmare debet Electionem Episcopi Constantinopolitani. p. 636. ejus Authoritas in Episcopum Antiochenum. p. 945.

Parmenianus Episcopus Donatista. p. 352.

Paternus Petricoriensis depositus. p. 98.

Paula Romana. p. 694. ejus vita. p. 699. Familia ejus. ibid. & seq. itinera p. 757. obitus. p. 760.

Paulinianus S. Hieronymi Frater. p. 754. ordinatur invitus. p. 1006.

Paulinus Antiochenus Eustathianorum caput. ordinatur Episcopus Antiochenus. p. 94. ejus Fidei Formula. p. 183. non relegatur. p. 302. dicitur Marcello favere. p. 494. non vult cedere Meletio. p. 562. in Concilio Romano. p. 694. Thessalonicæ. p. 704. cum eo non communicat Flavianus. p. 881.

S. Paulinus Nolanus. p. 1050. 1056. & seq.

Paulinus Scriptor vitæ S. Ambrosii. p. 787. 924.

Paulinus S. Ephrem Discipulus. p. 568.

Paulus Constantinopolitanus. ejus Reliquiæ. p. 657.

Paupertas in vita communi. p. 986.

Peccatum. illius author Deus. p. 994.

Pecca-

Peccatum Originale. quomodo S. Optatus explicet. p. 359.
Pelagius Episcopus Laodicenus. p. 322.
Pemenius Satalienſis. p. 375. 522.
Pepuziani. p. 451.
Peregrinationes. p. 573.
Perſona. hæc vox in Concilio Illyricorum habetur. p. 284. quomodo S. Basilius intellexerit. p. 508. hac voce utitur Gregorius Nazianzenus. p. 632.
Petronius S. Pacomii Succeſſor. p. 963.
S. Petrus. primus Romæ Episcopus. p. 353. omnium Apoſtolorum Princeps. ibid. Apparet ei Chriſtus in Porta Romana. p. 785.
Petrus Alexandrinus. p. 330. fugit ex Eccleſia. p. 332. Romæ. p. 347. in Concilio Romano. p. 492. obit. p. 629.
S. Petrus Sebaſtenus. p. 263.
Philaſtrius Brixienſis. p. 215. 779.
Philippus Scythopolitanus Arianus. p. 323.
Philoromus. p. 41.
Philumenes Cæſarienſis. p. 324.
Plotinus Philoſophus. p. 153.
Pœnitentes. in Concilio Laodiceno. p. 251. quales admittantur ad Communionem. ibid. non licebat illis nomen militiæ dare, nec nuptias inire, aut ad uxorem accedere. p. 747. ad Ordines non promoventur. p. 751.
Pœnitentia. publica. p. 450. publicam Clerici

ci non ſubeunt. p. 751. pœnitentia Theodoſii p. 918. de Jure Divino. p. 923. abſolutio a culpa vel a cenſuris. ibid. illius Miniſter ordinarius Epiſcopus. p. 925. quomodo Romæ id obſervatum. ib. Presbyter abſente Epiſcopo eſt Miniſter. p. 926. pœnitentiæ modus. p. 929. pœnitentia privata. ibid. Canones pœnitentiales. p. 1042. pœnitentiæ partem Epiſcopus poteſt remittere. p. 1043.

Pœnitentiarius in Oriente. p. 929.

Pontifex Gentilium. p. 492.

Pontinianus Auguſtini Amicus. p. 812.

Porphyrius Philoſophus. p. 153.

Prætextatus Proconſul. p. 204. dictum ad Damaſum Papam. p. 228.

Presbyter, illis committitur prædicatio p. 987.

Primianus Carthaginenſis Donatiſta. p. 1047.

Priſcillianiſtæ. p. 596.

Priſcillianus hæreticus. p. 593. in Concilio Burdegalenſi. p. 729. appellat ad Imperatorem p. 730. morti datur. p. 731. & plures alii. p. 732. ejus morte non extinguitur ſecta. p. 733.

Priſcus. p. 5. 219.

Proba Faltonia. p. 1068.

Procopius. ei Julianus dat purpuram. p. 143. deducit funus. p. 166. vincitur & capite plectitur. p. 218.

Proereſius Sophiſta. p. 20.

Proſopa quid ſit. p. 479.

Prosopon seu Persona. primo adhibetur in Mysterio SS. Trinitatis. p. 632.
Protogenes exul. p. 328.
Publia Vidua. p. 118.

Q.

Quadragesima quomodo observata. p. 250. 502.

R.

Regula S. Basilii. p. 261.
Regula S. Pacomii de Cælo. p. 189.
Religio. non coacte sed libere suscipienda. p. 397. Disputationes de ea damnantur. p. 582. ejus Status sub Imperatoribus Christianis. p. 760. Roma est Caput Orbis in Religione. p. 798.
Reliquiæ. in locis Deo consecrandis collocatæ. p. 962. non transferantur, non vendantur. p. 1027.
Restitutio furti per distributionem in pauperes. p. 462.
Resurrectio. solus Christus resurrexit. p. 290.
Romanus p. 34.
Ruffinus. p. 409. 412. in Palæstina. p. 417. Origenista. p. 1019.
Ruffinus Arcadii Minister. p. 1036. 1038.
Ruffinus Theodosii Minister. p. 921.
Rufus Episcopus Hispaniæ depositus. p. 731.

S.

Sanctus Sabas Gothus. p. 365. ejus vita. ibid. Martyrium. p. 367. Reliquiæ. p. 369.

Sabbatius Novatianus Schiſmaticus. p. 977.
Sabellianiſmus. p. 478.
Sabinus Diaconus. p. 298.
Sabinus Placentinus in Concilio Aquilejenſi. p. 676.
Sacerdotes Gentilium. eorum fraudes, & flagitia. p. 957.
Sacra. in ea Principes nullum jus habent. p. 771.
Sacramenta. tria conferebantur neobaptizatis. p. 821.
Sacrificium Miſſæ. quotidie S. Ambroſius offerebat. p. 484. in domibus privatorum celebratum. p. 695. Preces in Miſſa. p. 1008.
Sacrificuli Filius convertitur. p. 52.
Saluſtius Galliæ Præfectus. p. 100.
Sancti. eorum Cultus probatur. p. 148. eorum invocatio. p. 543. 831. eorum imagines. p. 962. apud Deum interceſſores. p. 963.
Sapor Dux. p. 561.
Saraceni. p. 345.
Sataniani. p. 935.
Saturninus Arelatenſis ejicitur. p. 98.
Satyrus S. Ambroſii Frater. p. 546. obit. p. 548.
Schiſma Urſini. p. 226.
Scriptura Sacra. aliqui Libri omittuntur. p. 249. In linguam Gothicam vertitur. p. 535.
Secundianus Epiſcopus hæreticus. p. 557. in Concilio Aquilejenſi deponitur. p. 677.

Selinas Gothorum Episcopus. p. 976.
Semi-Ariani. volunt uniri Liberio Papæ, & Ecclesiæ Romanæ. p. 221.
Senatus Romanus. in eo Catholici & Gentiles sunt. p. 735.
Sepulchrum. qui aperuerit, decem annis pœniteat. p. 454.
Serapis Templum. p. 949. evertitur. p. 952.
Severus Sulpitius Vitæ S. Martini Scriptor. p. 846.
Siderius Episcopus Palebiscensis & Ptolemaides. p. 291.
Simonia. p. 434.
Simplicianus. p. 811.
Siricius Papa. p. 744. ejus Decretalis. ibid. damnat Manichæos. p. 911. Concilium celebrat. p. 912. in altero Concilio damnat Jovinianum. ibid.
Sisinnius Lector Novatianus. p. 720.
Socrates Historicus. de Confessione. p. 930.
Solon Episcopus. p. 338.
Sophronius Scriptor. p. 956.
Sozomenus Historicus. p. 161. 926.
Spiritus Sanctus. qualis de eo doctrina. p. 86. est Deus. p. 179. eadem cum Deo Patre & Filio Substantia. p. 284. de Ejus Divinitate. p. 286. Patri & Filio æqualis. p. 443. est Deus. p. 584.
Statua JEsu Christi. p. 66.
Stephanus Germaniciensis Catholicus. p. 302. 563.
Stilico Minister Honorii. p. 1037.

S. Syl-

S. Sylveſter. cauſam dicit coram Conſtantino. p. 552.
Symbolum Fidei oretenus propagatur, non ſcripto. p. 1016.
Symmachus Romæ Præfectus. ejus relatio. p. 735. Chriſtianorum vitam innocentem teſtatur. p. 741. Legationis Dux. p. 899. Conſul. p. 965.

T.

Tabennæ Monaſterium S. Pacomii. p. 189.
Tarquitius Scriptor. p. 158.
Tatianus Ægypti Præfectus. p. 235.
Taurus. p. 2.
Tentationes carnis quomodo victæ. p. 410.
Terentius Comes. p. 374. 538.
Themiſtius Philoſophus. p. 322.
Theodoretus Hiſtoricus. p. 306.
Theodorus ab Epiſtolis. p. 312.
Theodorus Heracleenſis Conſtantinopolitanum conſecrat. p. 255.
Theodorus Martyr. p. 117.
Theodorus Mopſueſtenus. p. 877.
Theodorus Presbyter & Martyr. p. 122.
Theodoſius Imp. p. 555. baptizatur a S. Aſcalo. p. 589. Lex pro Eccleſia Catholica. p. 590. Arianos Conſtantinopoli proſcribit. p. 609. inducit S. Gregorium in Sanctuarium. p. 611. Lex ut ejiciantur omnes hæretici. p. 652. in Concilio Conſtantinopolitano confundit hæreticos. p. 720. Idololatriam perſequitur. p. 760.

Fœdus cum Maximo non renuit. p. 761. Antiochenis ignoſcit. p. 865. Valentinianum recipit. p. 883. Lex contra hæreticos. ibid. vincit Maximum. p. 890. Mediolani. p. 892. Romæ. p. 901. cædes Theſſalonicenſis. p. 915. ejus pœnitentia. 918. Leges contra Gentiles. p. 947. 959. duæ aliæ Leges. p. 694. bellum parat. p. 972. bellum contra Eugenium. p. 1022. vincit. p. 1029. dividit Imperium. p. 1036. obit. p. 1061.

Theodoſius Imperatoris Parens capite minutus. p. 556.

Theodotus Nicopolitanus. p. 371.

Theophilus Alexandrinus. p. 755. 942. Templum Bacchi impetrat. p. 947. Idola deſtruit. p. 959.

Theotecnus Apoſtata. p. 125.

Theſſalonica. Seditio ibidem oritur. p. 916.

S. Thomæ Eccleſia. p. 325.

Tiberianus Priſcillianiſta. p. 733.

Timotheus Alexandrinus. in Concilio Conſtantinopolitano. p. 629. obit. p. 755.

Timotheus Apollinaris diſcipulus. p. 492.

Titus. Libellus ejus ad Julianum. p. 69.

Traditiones clariſſime probantur. p. 444.

Trajanus Dux. p. 537.

Trinitas. quid dixerit Sabellius. p. 508.

Tyrannus Saturni Sacerdos. p. 957.

V.

Valens. p. 35. Imperator. p. 203. favet puris Arianis. p. 217. persequitur Episcopos. p. 219. 234. baptizatur ab Eudoxio. p. 237. vincit Gothos. p. 254. Scythæ Catholici nolunt cum eo communicare. ibid. Antiochiæ. p. 255. persecutio Antiochiæ. p. 301. Magi trucidantur. p. 310. in Syria. p. 322. Cæsareæ in Cappadocia. p. 381. Monachos persequitur. p. 491. Lex ut militent. ibid. jubet cessare persecutionem. p. 536. revocat omnes exules. ibid. movet in Gothos. p. 538. perit in prælio. p. 539.
Valens Petavinus hæreticus. p. 681.
Valentiniani. p. 13.
Valentinianus Imp. p. 35. 202. Leges pro Christianis. p. 203. Idololatras tolerat. p. 314. obit. p. 488. qualis fuerit. ibid. & seq.
Valentinianus II. Imp. p. 239. 489. quibus Provinciis imperaverit. p. 556. Leges contra hæreticos. p. 723. fugit ad Theodosium. p. 882. ejus mores. p. 966. exitus. p. 968.
S. Valerianus Aquilejensis. p. 298. in Concilio Aquilejensi. p. 658.
Valerius Hipponensis. p. 984.
Vasa Sacra vendenda sunt. p. 544.
Versio. circa illam regula S. Hieronymi. p. 1019.

Victor

Victor Historicus. p. 1063.
Victor Maximi Filius. p. 727. occiditur. p. 891.
Victorinus. p. 20.
Victricius Episcopus. p. 100.
Vincentius. constans in fide est. p. 283.
Virginitas quantum bonum sit. p. 541.
Vitalis Antiochenus Apollinarista. p. 494. fert Epistolam Damasi Papæ. p. 705. 715.
SS. Vitalis & Agricola. p. 1026.
Ulfila Gothorum Episcopus eos seducit. p. 534.
Urbanus & *Socii* Martyres. p. 256.
Urbica. p. 733.
Ursacius & *Valens* in Concilio damnati. p. 282.
Ursinus Antipapa. p. 226. revocatus & secundo pulsus. p. 280. 348. turbas ciere pergit. p. 549. Arianis jungitur. p. 681. in Electione Siricii. p. 744.
Usurarius. quomodo ad Sacerdotium admittendus. p. 462.

X.

Xerophagia quid sit. p. 503.

Z.

Zeno Martyr. p. 58.
Zosimus Historicus. p. 1062.

Th 4
5178